STATE LIBRARY OF PENNSYLVANIA
3 0144 00376598 9

SR
CLASS 875.1 BOOK C48314

VOLUME 2

PENNSYLVANIA
STATE LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
In 2019 with funding from
This project is made possible by a grant from the Institute of Museum and Library Services as administered by the Pennsylvania Department of Education through the Office of Commonwealth Libraries

https://archive.org/details/vol2operaexedit00uice

M. TULLII CICERONIS

OPERA.

VOL. II.

M. TULLII CICERONIS

LIBRI RHETORICI

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN SECUNDUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.

PRINCETON THEOL. LIBRARY

M. TULLII CICERONIS
RHETORICORUM
SEU
DE INVENTIONE RHETORICA
LIBER II.

ARGUMENTUM.

Quod in libro primo de reprehensione et confirmatione non satis distincte et accurate, sed disperse dixerat, hoc libro certos reprehendendi et confirmandi locos in singula causarum genera tradere suscipit c. 3. Itaque docet quomodo confirmationes reprehensionesque tractandæ sint in judiciali genere et constitutione conjecturali, qui loci cum ab actore sint tum ab reo adhibendi: item in constitutione definitiva et translativa; in generali porro, cui negotialis et juridicialis subjectæ tanquam formæ sunt; in scripti controversiis; in genere deliberativo, quod cum ab honesto, tum ab utili argumenta ducit; denique in demonstrativo.

I. 1. Crotoniatæ [a] quondam,[1] cum florerent omnibus copiis,[a] et in Italia cum primis [2] beati numerarentur, templum Junonis,[b] quod religiosissime [3] colebant, egregiis pic-

[a] *Cum rerum omnium abundantia divites essent.*

Cap. I. 1 ω 2. caret *quondam.*—2 Vulg. *cum in primis. In* ante *primis* cum Lambino delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur: de-

NOTÆ

[a] *Crotoniatæ*] Croto urbs Brutiorum in Magna Græcia, quæ pars Italiæ est, nunc regno Neapolitano respondens: dicitur *Crotone;* multo minus celebris quam priscis illis temporibus quibus ceteros belli pacisque artibus longe superabat, ut patet ex Justin. l. xx.

[b] *Junonis*] Saturni filia fuit Juno, Jovis, ut fabulantur, et soror et conjux.

80331

turis locupletare voluerunt. Itaque Heracleotem Zeuxin,[4] [c] qui tum longe ceteris excellere pictoribus existimabatur,[5] magno pretio conductum adhibuerunt. Is et ceteras complures tabulas[6] pinxit, quarum nonnulla pars usque ad nostram memoriam propter fani [b] religionem remansit:[7] et, ut excellentem muliebris formæ[8] pulchritudinem muta in sese imago contineret, Helenæ [d] se pingere simulacrum velle[9] dixit: quod Crotoniatæ, qui eum [10] muliebri in corpore pingendo plurimum aliis præstare sæpe accepissent, libenter audierunt: putaverunt enim, si, quo [11] in genere plurimum posset, in eo magnopere [12] elaborasset, egregium sibi opus illo in fano relicturum. Neque tum [13] eos illa opinio fefellit. 2. Nam Zeuxis[14] illico quæsivit ab eis, quasnam virgi-

[b] *Templi.*

est etiam in W θ.—3 Leid. 1. *religiose.*—4 ω 2. et duo Mss. Ond. ac ed. Omnib. *Eracleotem:* quatuor Mss. ejusdem *Eracleontem.* Tum tres Mss. ejusdem et ed. Omnib. *Zeusin,* et mox *Zeusis.*—5 Sch. Leid. 2. *æstimabatur.*—6 ω 2. et ed. Omnib. *quam plures tab.* et mox eadem ed. *usque nostram ad mem.*—7 Lamb. conjecit *permansit* legend.—8 θ *mulieris formæ.* Dein Sch. Leid. 2. *muta in se im.*—9 Tur. *pingere se sim. velle:* Altorf. *ping. sim. velle se:* unde Orell. conjicit *se* delend.—10 ω 2. *quod Crot., cum eum.*—11 ψ, Junt. Lamb. Oliv. et Græv.-Burm. *enim eum si quo.*—12 Sch. *si in eo.* Pro *magnopere,* M *maxime* habet.—13 Edd. ante Ald. *Neque tamen:* Lamb. *Neque,* omisso *tum.* Dein Leid. 2. *ea opinio.* Leid. 3. non habet pronomen; et quod Schutz. de-

NOTÆ

[c] *Heracleotem Zeuxin*] Zeuxis pingendi arte celeberrimus florere incepit, teste Plinio XXXV. 9. Olymp. XCV. anno 4. ante Chr. 397. Immensis opibus acquisitis, opera sua gratis largitus est, quod ea nullo pretio permutari posse diceret. Dicitur Heracleotes: at ex qua Heraclea oriundus? sunt enim hujus nominis urbes omnino octodecim. Nullus, quod sciam, veterum tradidit; ex ea ortum duxisse conjicimus, quam in Magna Græcia inter Metapontum et Tarentum collocat Appianus in Annibalicis.

[d] *Helenæ*] Quæ filia Jovis ex Leda nupsit Menelao, et a Paride rapta propter excellentem pulchritudinem, belli Trojani causa fatalis extitit. Ita post Homerum poëtæ omnes et plerique historici. Tradit tamen Herodotus, ex multorum sententia, Helenam nunquam venisse Trojam, et Dion Prusiensis eam parente fratribusque consentientibus collocatam fuisse Paridi; neque Trojanos a Græcis devictos, sed Græcos icto fœdere ab obsidione destitisse; Homerum autem, quo gentis suæ tegeret ignominiam, rerum omnium seriem fabulis immutasse.

nes[15] [e] formosas haberent. Illi autem statim hominem deduxerunt[16] in palæstram,[f] atque ei pueros ostenderunt multos, magna præditos dignitate. Etenim quodam tempore[g] Crotoniatæ multum omnibus corporum viribus[17] et dignitatibus antesteterunt,[c] atque honestissimas ex gymnico certamine[h] victorias domum cum maxima laude retulerunt. Cum puerorum igitur formas et corpora magno hic opere miraretur:[18] Horum, inquiunt illi,[19] sorores sunt apud nos virgines: quare, quæ sint illæ dignitate, potes ex his suspicari. Præbete igitur mihi,[20] quæso, inquit, ex istis virginibus[1] formosissimas, dum pingo id, quod pollicitus sum vobis, ut mutum in simulacrum ex animali exemplo[d] veritas transferatur. 3. Tum Crotoniatæ, publico de consilio,[2] virgines unum in locum conduxerunt, et pictori, quas vellet,[3] eligendi potestatem dederunt. Ille autem quinque delegit;[4] quarum nomina multi poëtæ memoriæ tradide-

[c] *Corporum robore ac liberali specie præstiterunt.*
[d] *Ex animato exemplari.*

levit.—14 κ *Nam pictor Zeuxis:* Sch. *Nam Zeuxes.*—15 Junt. et Lamb. *ab his.* Tum Lamb. conj. legend. *ecquasnam virg.*—16 Sch. *adduxerunt:* ψ, Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *duxerunt:* al. Mss. et edd. *deduxerunt.* In κ *illum hom. deduxerunt.*—17 Voss. 1. *omnibus corporibus corp. vir.*—18 Sch. *hic form. et corp. magnopere mir.* Voss. 1. *form. et corp. hic magnop. mir.* Schutz. e Grev. *corp. et form. magno hic op. mir.* Vid. Nott. Varr.—19 Leid. 2. Grut. et Græv.-Burm. non habent *illi.*—20 *Mihi* non est in Sch.—1 ω 1. *et ex istis virg.*—2 Al. *Tunc.* Dein Grev. *communi de cons.* quod præferebat Gulielmius. Guelf. 1. *publico consilio,* sine *de.*—3 ω 1. Sch. a m. pr. Voss. 2. Leid. 3. *quam vellet:* Voss. 1. *quod vellet;* pro *quot,* ut Oud. opinatur.—

NOTÆ

[e] *Quasnam virgines*] Idem præstitit Zeuxis cum Agrigentinis: facturus tabulam, quam in templo Junonis publice dicarent, eorum quinque virgines elegit, ut quod in quaque laudatissimum esset, pictura redderet. Plin. XXXV. 9.

[f] *Palæstram*] Locum ubi exercentur pueri. Ἀπὸ τῆς πάλης, *a luctatione,* nomen ductum, quod ad eam ibi formarentur.

[g] *Etenim quodam tempore*] Hinc illud ad Crotoniatarum commendationem proverbium, Κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος, πρῶτος τῶν ἄλλων Ἑλλήνων· *Crotoniatarum postremus, primus reliquorum Græcorum.* Fluxit adagium, ut ait Strabo, l. VI. ab incomparabili eorum in certaminibus excellentia; adeo ut aliquando septem athletæ, qui in ludis Olympiacis ceteros vicerant, omnes pariter fuerint Crotoniatæ. Jactabatur et illud, Μάταια τἄλλα παρὰ Κρότωνα τἄστεα· *Frustra sunt aliæ præ Crotone urbes.* Milo Crotoniata reliquos omnes athletas incredibili corporis robore longe superavit.

[h] *Gymnico certamine*] In quo scilicet pro more veterum athletæ nudi certabant. Γυμνὸς, *nudus.*

runt,[5] quod ejus essent judicio probatæ, qui verissimum pulchritudinis habere judicium debuisset: neque enim putavit, omnia, quæ quæreret ad venustatem, uno in corpore se reperire posse; ideo quod nihil, simplici in genere,[e] omni ex parte[6] perfectum natura expolivit: itaque,[7] tanquam ceteris non sit habitura quod[8] largiatur, si uni cuncta concesserit, aliud alii[9] commodi, aliquo adjuncto incommodo, muneratur.[f]

II. 4. Quod quoniam nobis quoque voluntatis[10] accidit, ut artem dicendi[11] perscriberemus,[g] non unum aliquod proposuimus exemplum, cujus omnes partes, quocumque essent in genere, exprimendæ[12] nobis necessario viderentur: sed, omnibus unum in locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissime præcipere[13] videbatur, excerpsimus, et ex variis ingeniis excellentissima quæque libavimus.[h] [14] Ex his enim,[15] qui nomine et memoria digni sunt,[i] nec nihil optime, nec omnia præclarissime quisquam dicere vobis videbatur: quapropter stultitia visa est,[16] aut a bene inventis alicujus recedere, si quo in vitio[17] ejus offenderemur,[k] aut ad vitia quoque ejus accedere, cujus aliquo bene præcepto[18] duceremur.[l] 5. Quodsi in ceteris quoque studiis a multis[19] eligere ho-

[e] *In re quæ sit uniusmodi.* [f] *Tribuit.*
[g] *Quandoquidem id consilii cepimus, ut scriberemus institutiones oratorias.*
[h] *Collegimus.*
[i] *Qui nominis sui memoriam apud posteros commendarunt.*
[k] *Si quis ejus error nobis displiceret.*
[l] *Cujus aliquibus bonis institutionibus delectaremur.*

4 M *quinque elegit:* Voss. 1. *quinque virgines elegit:* ed. Omnib. *quinque virgines delevit.*—5 Unus Ms. ap. Lamb. *prodiderunt.*—6 B L κ, ω 1. 2. Tur. omnes Mss. Ond. cum Oliv. Lall. Schutz. et Orell. *omnibus ex partibus:* ψ *omnibus partibus.* Vulg. *omni ex parte.*—7 Sch. *ita,* prob. Ern.—8 M *quid.*—9 Sch. *aliud enim alii;* et Voss. 2. *commodum.* Mox Voss. 2. *juncto incomm.* et θ *muneraretur.*

Cap. II. 10 *Quoniam* non est in κ; nec *quoque* in W θ. Tum Grev. *voluntati.*—11 Pro *dicendi,* ω 1. *loquendi* habet.—12 Ed. Omnib. *sive in demonstrativo sive deliberativo exprimendæ.* Dein Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. *necessarie:* ed. Omnib. *necessariæ.*—13 B *commodi se;* et B W *percipere.*—14 Voss. 2. *prælibavimus.*—15 Tur. et paucæ edd. vett. cum Orell. *Ex iis.* Vox *enim* in κ deest.—16 L, Junt. Lamb. et Lall. *stult. nobis visa est:* B M W θ κ ac Oliv. *stult. vobis visa est.* ψ *stult. vobis est,* sine *visa.*—17 Pal. 3. et Gulielm. *si quo vitio:* unus Ms. ap. Lamb. *si quo invento:* Sch. a m. pr. *si quo inventio.* Dein Leid. 2. *offenderemus.*—18 Duo Mss. ap. Lamb. *bono præcepto.*—19 W θ *stu-*

mines commodissimum quodque,[20] quam sese uni alicui certo vellent[1] addicere, minus in arrogantia[2] offenderent; non tantopere[3] in vitiis perseverarent; aliquanto levius ex inscientia[4] laborarent.[m] Ac si par in nobis hujus artis, atque in illo picturæ, scientia fuisset,[n 5] fortasse magis hoc suo in genere opus nostrum, quam ille in sua pictura nobilis[6] eniteret. Ex majore enim copia nobis, quam illi, fuit exemplorum eligendi potestas. Ille una ex urbe, et[7] ex eo numero virginum, quæ tum erant, eligere potuit: nobis omnium, quicumque fuerunt,[8] ab ultimo principio hujus præceptionis usque ad hoc tempus, expositis copiis, quodcumque placeret, eligendi potestas fuit.

6. Ac veteres quidem scriptores artis, usque a principe illo atque inventore Tisia[9 i] repetitos, [*p.* 63.] unum in locum conduxit Aristoteles,[o] et nominatim cujusque præcepta magna conquisita cura perspicue conscripsit, atque enodata[p] diligenter[10] exposuit: at tantum[11] inventoribus ipsis suavitate et brevitate dicendi præstitit, ut nemo illorum præcepta ex ipsorum libris[12] cognoscat, sed omnes, qui, quod illi præcipiant, velint intelligere, ad hunc, quasi ad quendam multo commodiorem explicatorem, revertantur.[13] 7. Atque hic quidem ipse et sese ipsum[14] nobis,

[m] *Paulo minor esset eorum ignorantia.*
[n] *Si tam periti essemus artis hujus oratoriæ, quam Zeuxis picturæ.*
[o] *Aristoteles veterum rhetorum omnium præcepta in unum volumen collegit.*
[p] *Explicata.*

diis artium a multis.—20 W θ *commodissimum est;* et L M *quodque potius.*—1 Deest *uni* Leid. 2. In ed. Omnib. et Lamb. *mallent,* improb. Oud. Pro *addicere,* B habet *affigere* supra lin.—2 Octo Oxonn. Mss. ac omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. et Oliv. *in arrogantiam.*—3 θ *et non tantop.* ψ *non tanto tempore.*—4 Voss. 1. Leid. 1. *aliquando levius.* κ ψ, Leid. 3. Junt. ed. Omnib. et Schutz. *ex inscitia.*—5 M *pictore, scientia extitisset.*—6 Lamb. *quam illius pictura nobilis:* Guelf. 1. *quam ille in sua pictura nobili:* Guelf. 2. *quam ille nobilis in sua pictura.* Pro *sua,* ed. Junt. *una.* Ern. conj. *quam illius in suo pictura nobilis.*—7 Copula deest Voss. 1.—8 Leid. 2. *quic. fuerint:* ed. Omnib. *quæcumque fuerunt.*—9 Pro *usque,* in κ *hujus* legitur. B θ *ad principem illum;* et sic quoque Sch. qui habet *atque inventorem Tysiam.* In Voss. 1. 2. Victorin. et ed. Omnib. *Tysia.* In ω 1. *Tisia* deest.—10 Edd. pr. *enodate et dilig.*—11 Ern. e Sch. Leid. 1. *at tantum,* prob. Oud. Al. edd. et Mss. *ac tantum.*—12 Sch. *ex illorum libris.*—13 θ *convertantur.*—14 Voss. 1. 2. *et se ip-*

NOTÆ

[i] *Tisia*] De quo Tullius de Orat. l. I. § 91. et in Bruto § 46.

et eos qui ante se fuerant,[16] in medio posuit,[q] ut et[15] ceteros et seipsum per se cognosceremus:[17] ab hoc autem[k] qui profecti sunt,[r] quanquam in maximis philosophiæ partibus operæ plurimum consumserunt, sicut et ipse,[18][1] cujus instituta sequebantur, fecerat; tamen permulta nobis præcepta dicendi reliquerunt. Atque alii quoque alio ex fonte præceptores[19] dicendi emanaverunt, qui item permultum ad dicendum, si quid ars proficit,[20] opitulati sunt: nam fuit tempore eodem, quo Aristoteles, magnus et nobilis rhetor Isocrates;[1] cujus ipsius quam constet esse artem, non invenimus.[2] 8. Discipulorum autem, atque eorum[3] qui protinus ab hac sunt disciplina profecti, multa de arte præcepta reperimus.[4] III. Ex his duabus diversis sicuti familiis,[s] quarum altera,[t] cum versaretur in philosophia, nonnullam[5] rhetoricæ quoque artis sibi curam assumebat, altera vero omnis[u] in dicendi erat studio et præceptione occupata,[6] unum quoddam est conflatum genus a posterioribus, qui ab utrisque ea, quæ commode dici videbantur, in

[q] *Palam exhibuit.* [r] *Aristotelis discipuli.*
[s] *Aristotelis et Isocratis sectis.* [t] *Secta Aristotelis.*
[u] *Secta Isocratis.*

sum.—15 In Leid. 2. non legitur *se.* Sch. cum tribus aliis *fuerunt.*—16 Octo Mss. Oxonn. cum Tur. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. non habent *et.*—17 M *cognoscamus.*—18 Sch. *consumserint*, prob. Ond. Tum in Tur. *sicuti ipse.*—19 Pro *præceptores*, in ω 1. *inventores* legitur.—20 κ *profecit.*—1 Voss. 1. Sch. a m. pr. *Socrates.*—2 ω 2. Sch. Leid. 1. ed. Omnib. *quam constat esse artem:* Leid. 3. *quam instituisset artem.* Dein ω 1. *non inveniemus.*—3 θ *autem ejus atque eorum.*—4 M *de hac arte præcepta:* Sch. a m. pr. *de arte præfata.* θ, ω 1. *reperiemus.*

NOTÆ

[k] *Ab hoc autem*] Peripatetici, quorum princeps fuit Aristoteles, magistri vestigia persecuti, præcipuam philosophiæ operam ita dederunt, ut rhetoricæ studia non abjicerent. Theophrastus Aristotelis discipulus inter alia quamplurima, quæ recenset Laërtius, scripsit περὶ τέχνης ῥητορικῆς α'· περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν εἴδη ξα'· *De arte rhetorica librum unum, de artibus rhetoricis formas* LXI. Demetrius Phalereus, eodem teste Laërtio, Theophrasti auditor, duos de rhetorica libros composuit.

[1] *Sicut et ipse*] Gloria Xenocratis Calchedonii philosophi, qui Platonem audiebat, motus Aristoteles, inquit Victorinus, philosophiam exercuit: gloria Isocratis motus rhetoricæ præcepta conscripsit.

suas artes contulerunt:[7] quos ipsos simul,[8] atque illos superiores, nos nobis omnes, quoad facultas tulit, proposuimus, et ex nostro quoque[9] nonnihil in commune contulimus. 9. Quodsi ea, quæ in his libris exponuntur, tantopere eligenda fuerunt, quanto studio electa sunt, profecto neque nos neque alios industriæ nostræ pœnitebit.[10] Sin autem temere aliquid alicujus[11] præterisse, aut non satis eleganter secuti videbimur, docti ab aliquo, facile et libenter sententiam commutabimus.[12] Non enim parum cognosse,[13] sed in parum cognito stulte et diu perseverasse, turpe est: propterea quod alterum communi hominum infirmitati, alterum singulari uniuscujusque vitio[14] est attributum. 10. Quare nos quidem sine ulla affirmatione, simul quærentes, dubitanter unumquodque[15] dicemus, ne, dum parvulum hoc consequimur,[16] ut satis commode hæc perscripsisse[17] videamur, illud amittamus, quod maximum est, ut ne cui rei[18] temere atque arroganter assenserimus. Verum hoc quidem nos,[19] et in hoc tempore, et in[20] omni vita studiose, quoad facultas feret, consequemur.[1] Nunc autem, ne longius oratio[2] progressa videatur, de reliquis, quæ præcipienda videntur esse, dicemus.

11. Igitur primus liber, exposito genere hujus artis, et officio, et fine, et materia, et partibus, genera controversiarum, et inventiones, et constitutiones, et judicationes[3] continebat, deinde partes orationis, et in eas omnes omnia præcepta. Quare cum in eo ceteris de rebus[4] distinctius

Cap. III. 5 M *nonnunquam.*—6 ω 1. *et præceptione ejus occ.*—7 Voss. 2. *retulerunt.*—8 M *similes.*—9 W, Grev. Pall. 1. 2. *ex nostra quoque:* κ *ex nostra quoque parte.*—10 Leid. 2. *pigebit.*—11 Lamb. *Sin autem aut temere.* ω 2. et Sch. *aliquod.* Voss. 1. *alicui.*—12 M *mutabimus.*—13 M W *cognoscere.*—14 L, ω 1. Leid. 2. et Sch. a m. pr. *sing. cujusque vitio.*—15 Sch. a m. pr. Voss. 2. Lamb. Grut. et Græv.-Burm. *unumquidque.*—16 Abest *hoc* Sch. a m. pr. In eodem et Voss. 1. *parv. hoc consequamur:* ed. Omnib. *hoc parv. sequimur.*—17 Sch. Leid. 1. Voss. 2. *præscripsisse.*—18 *Rei* in θ ψ deest.—19 Leid. 1. *Verum hæc quidem nos,* quæ vocula postrema non est in L M, nec in duobus Mss. ap. Gronov. Eam Schutz. delevit.—20 ω 1. et unus Ms. ap. Lamb. omittunt *tempore,* prob. Oud. Tum Voss. 1. caret præpositione ante *omni.*—1 Sch. *fert, consequemur:* κ *fert, consequimur:* M *feret, consequimur.*—2 M et Sch. *ratio.*—3 Verba *et constitutiones* absunt ab M W θ κ, ω 1. et quibusdam edd. vett. item *et judicationes* a B L W θ ψ, Sch. Leid. 1. et Pal. 1. Verba *et const. et jud.* Schutz. delevit. In ω 2. *et const. eorum cont.* Voss. 1. 2. *et*

dictum sit, disperse autem de [5] confirmatione et de reprehensione; nunc certos confirmandi et reprehendendi in singula causarum genera locos tradendos [6] arbitramur. Et quia, quo pacto tractari conveniret [7] argumentationes, in libro primo [8] non indiligenter expositum est, hic tantum ipsa inventa unamquamque in rem exponentur simpliciter,[9] sine ulla exornatione, ut ex [10] hoc inventa ipsa, ex superiore autem expolitio inventorum petatur. Quare hæc, quæ nunc præcipientur,[11] ad confirmationis et reprehensionis partes referre oportebit.[12]

IV. 12. Omnis et demonstrativa, et deliberativa, et judicialis causa, necesse est in aliquo eorum,[m] quæ ante exposita sunt, constitutionis genere, uno pluribusve, versetur. Hoc quanquam ita est, tamen cum communiter [13] quædam de omnibus præcipi possint, separatim quoque aliæ sunt cujusque generis, et diversæ [14] præceptiones. Aliud enim laus aut vituperatio,[15] aliud sententiæ dictio, aliud accusatio,[16] aut recusatio,[x] conficere debet. In judiciis, quid æquum sit, quæritur; in demonstrationibus, quid honestum; in deliberationibus, ut nos arbitramur, quid honestum sit, et quid utile: [17] nam ceteri utilitatis [18] modo finem in suadendo et in [19] dissuadendo exponi oportere arbitrati sunt. 13. Quorum igitur generum [20] fines et exitus diversi sunt,

[x] *Defensio.*

const. earum cont.—4 κ *in eo libro;* et ψ *cunctis de rebus.*—5 Leid. 2. *dispersim.* Vox *autem* omittitur in θ, et *de* in Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2.—6 ω 1. *tractandos.*—7 Sch. Leid. 3. *convenisset.*—8 Sch. *in libro priori.*—9 θ non habet præpositionem ante *rem,* nec ω 1. adverbium *simpliciter.*—10 *Ex* non est in θ.—11 M *præcipiuntur.*—12 In W θ, post *oportebit* sequentia verba adduntur: *Idem confirmando, et reprehendendo, communia argumenta habeant, judiciale, demonstrativum, deliberativum, tamen secundum proprios fines diversantur.*

CAP. IV. 13 κ, ω 1. Leid. 2. *ita sit.* M *tamen comm.* omisso *cum.*—14 Leid. 2. *possunt, sep.* Leid. 3. *possunt, et sep.* W θ *quoque alicujus generis.* Tum copula deest in L M W κ, Tur. Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. et ed. Omnib. Pro *diversæ,* Altorf. habet *divisæ.*—15 θ *laus et vitup.* κ *laus aliud vitup.*—16 M *excusatio.*—17 Leid. 3. *quid hon.* sine *sit;* et ω 1. *et quod utile.*—18 ω 1. *utilitatem.*—19 Præpositio non est in Voss. 2. Leid. 2. 3. Sch. a m. pr.—20 Deest

NOTÆ

[m] *In aliquo eorum*] Scilicet in genere constitutionis vel conjecturali, vel definitivo, vel generali, vel translativo; de quibus jam, quantum satis fuit, dictum supra.

eorum præcepta eadem esse non possunt. Neque nunc hoc dicimus,[1] non easdem incidere constitutiones:[2] verumtamen oratio quædam ex ipso fine et ex genere[3] causæ nascitur, quæ pertineat ad vitæ[4] alicujus demonstrationem, aut ad sententiæ dictionem. Quare[5] nunc in exponendis controversiis, in judiciali genere causarum et præceptorum[6] versabimur. Ex quo pleraque in cetera quoque causarum genera, simili implicata[7] controversia,[y] nulla cum difficultate transferentur: post autem[8] separatim de reliquis dicemus.

14. Nunc ab conjecturali constitutione proficiscemur;[z9] cujus exemplum sit hoc expositum:[10] In itinere quidam proficiscentem ad mercatum quendam, et secum aliquantum[11] nummorum ferentem, est consecutus:[12] cum hoc, ut fere fit,[13] in via sermonem contulit; ex quo factum est, ut illud iter familiarius[14] facere vellent: quare, cum in eandem tabernam devertissent,[15] simul cœnare, et in eodem loco somnum capere voluerunt. Cœnati discubuerunt ibidem. Caupo[16] autem (nam ita dicitur post inventum, cum[17] in alio maleficio deprehensus esset) cum illum alterum, videlicet qui nummos haberet, animadvertisset;[18] noctu, post-

[y] *Quæ simile habent controversiæ genus.* [z] *Incipiemus.*

generum Voss. 1.—1. Guelf. 1. omittit *nunc*, prob. Ern. Dein θ *hoc dicemus.* —2 Lamb. ed. sola, *non easdem in unumquodque genus causæ inc. const.* Ern. conj. *non in easdem inc. const.*—3 B *ex ipsa fine.* B L M W θ κ ψ, ω 1. Sch. cum Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *et genere:* ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. *ex genere:* Ern. e Mss. dedit *et ex genere,* et eum sequuntur Wetzel. et Orell. Schutz. e suspicione delevit *et ex genere.*—4 Lamb. *aut ad vitæ.*—5 Lamb. *dict., aut ad judicium. Quare.*—6 In Leid. 2. non leguntur verba *et præceptorum.* Unus Ms. ap. Ursin. *et præceptionum.*—7 ψ, Leid. 1. 2. cum Junt. Crat. et Orell. *implicita.* In κ deest.—8 L θ, Sch. Voss. 2. *transferuntur;* et ω 1. Leid. 2. *post hæc autem.*—9 κ, Sch. a m. pr. Leid. 3. Tur. a m. sec. et quædam edd. vett. ut ed. Omnib. et Lamb. *ad conjecturalem constitutionem.* Tum ψ *proficiscimur:* κ, ω 2. Sch. *proficiscamur.*—10 Sch. et Leid. 2. non agnoscunt verbum *expositum,* prob. Oud.—11 L et Leid. 3. *aliquantulum.* —12 B κ ψ, ω 1. 2. Sch. a m. pr. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. et edd. ante Grut. cum Oliv. *est comitatus.* Oud. suspic. *est continuatus.*—13 M, Voss. 2. *ut sæpe fit:* Sch. a m. pr. *ut sereret.*—14 Voss. 1. *ut illud tum famil. iter.*—15 B L M ψ, ω 2. Voss. 1. Leid. 1. ac Var. Lect. Sch. et edd. ante Grut. cum Oliv. *in quandam tab.* Dein omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *divertissent.*—16 B, Tur. Sch. a m. pr. *Copo.*—17 Voss. 2. *qui;* et sic suprascr. in Sch. in quo legitur *depreh. est.*—18 L *habuit;* et ω 1. *animum advertisset.* Lamb. tentabat *cum il-*

quam illos arctius,[a] ut fit,[19] ex lassitudine dormire sensit, accessit, et alterius eorum, qui sine nummis erat, gladium propter appositum[b] e[20] vagina eduxit, et illum alterum occidit, nummos abstulit, gladium cruentatum in vaginam[1] recondidit, ipse sese in lectum suum recepit.[2] [*p.* 64.] Ille autem, cujus gladio occisio erat facta, multo ante lucem surrexit, comitem suum[3] inclamavit semel et sæpius. 15. Illum[4] somno impeditum non respondere existimavit: ipse gladium,[5] et cetera quæ secum attulerat, sustulit,[6] solus profectus est. Caupo non multo post conclamavit,[7] hominem esse occisum, et cum quibusdam deversoribus[c][8] illum, qui ante exierat, consequitur: in[9] itinere hominem comprehendit, gladium ejus e vagina educit,[10] reperit cruentum:[11] homo in urbem ab illis deducitur,[12] ac reus fit. In hac[13] intentio est criminis, Occidisti. Depulsio, Non occidi. Ex quibus constitutio est. Quæstio eadem in conjecturali, quæ judicatio, Occideritne.[14]

v. 16. Nunc exponemus locos, quorum pars aliqua in

[a] *Gravius.* [b] *Juxta positum.* [c] *Hospilibus.*

lum alterum nummos habere, animadv. prob. Grut.—19 Vulg. *arctius jam, ut fit.* Ern. delevit particulam *jam*, quæ abest a Guelf. 1. et eam omittunt Schutz. et Wetzel. In Leid. 2. et Sch. a m. pr. desunt *ut fit.*—20 Præpositio non est in Leid. 2.—1 B L M W ψ, ω 1. 2. Tur. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. Junt. Lamb. Oliv. et Lall. *gladium cruentum.* M et Leid. 2. *in vagina.*—2 ω 1. *ipse se post in suum lectulum:* ω 2. *ipse se in suum lectulum.* Tur. Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. et Schutz. *ipse se:* ψ, Tur. et Orell. *lectulum:* et Leid. 3. cum ed. Omnib. et Lamb. *recipit.*—3 B L W θ κ ψ, ω 1. 2. Tur. Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. habent *illum* post *suum;* quod Ern. delevit: abest ab edd. pr. Schutz. Wetzel. et Orell. id omittunt.—4 Sch. a m. pr. non agnoscit *Illum,* prob. Oud.—5 ω 2. et Leid. 1. *ille gladium.*—6 Sch. *detulerat, abstulit,* non improb. Oud. M κ *attulerat, detulit:* ψ *attulerat, abstulit.*—7 κ *Caupo autem multo:* Sch. Leid. 2. 3. *multum post:* B W θ, ω 2. Tur. et Orell. *conclamat:* ω 1. *clamavit.* Tum Sch. et Schutz. *hom. occisum,* omisso *esse,* prob. Oud.—8 Quidam Mss. *diversoriis:* omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *diversoribus.*—9 κ non habet præpositionem.—10 Tur. *de vagina:* abest præpositio Leid. 2. In ψ *e vag. eduxit:* Leid. 3. *gladium ejus cruentatum eduxit.*—11 Al. *cruentatum.*—12 Sch. et Voss. 1. *ab aliis.* Schutz. e Voss. 1. *ducitur.*—13 Schutz. e Guelf. 2. cum Wetzel. *In hac causa,* prob. Ern.—14 L W θ Voss. 2. Leid. 2. et Leid. 1. a m. sec. Tur. et quidam Mss. ap. Gronov. *constitutio est, id est, quæstio eadem:* B *const. est idem. Quæst. ead.* κ *const. et est Quæst. ead.* Voss. 1. et Sch. a m. sec. *Quæstio est eadem.* Tum κ *et jud.* θ et Leid. 3. *quæ et jud.* Ern. suspic. *Ex quibus quæstio eadem est, quæ jud. Occ.* Schutz. e conj. edidit, *Ex quibus quæstio est eadem in conject. constitutione, quæ jud. Occ.*

omnem conjecturalem incidit[15] controversiam. Hoc autem et in horum[16] locorum expositione, et in ceterorum, oportebit attendere, non omnes in omnem causam[17] convenire. Ut enim omne nomen[18] ex aliquibus, non ex omnibus literis scribitur; sic omnem in causam[19] non omnis argumentorum copia, sed eorum necessaria[20] pars aliqua conveniet. Omnis igitur, ex causa, ex persona, ex facto ipso, conjectura capienda est.

17. Causa distribuitur[1] in impulsionem et in ratiocinationem.[2] Impulsio est,[n] quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, ægritudo, vinolentia,[3] et omnino omnia in quibus animus ita videtur affectus fuisse, ut rem perspicere cum[4] consilio et cura non potuerit; et id, quod fecit, impetu quodam animi[5] potius, quam cogitatione fecerit.[6]

18. Ratiocinatio autem est[7] diligens et considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. Ea dicitur interfuisse[8] tum, cum aliquid faciendum, aut non faciendum,[9]

Cap. v. 15 M *concidit.*—16 θ non habet *horum.*—17 Sch. *in unam causam.*—18 Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *Nam ut omne nomen.*—19 L *in causam convenire.*—20 θ κ ψ, ω 1. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. ac Schutz. et Orell. *necessario.*—1 B W θ, ω 1. et Tur. *tribuitur.*—2 Leid. 2. et Victorin. *et ratiocinationem,* omissa præpositione: ψ *et in rationem.*—3 κ et quædam edd. vett. *violentia.*—4 M caret præpositione.—5 Schutz. e suspic. delevit vocem *animi.*—6 M *fecit.*—7 *Est* non est in θ, nec *autem* in M. Leid. 1. habet *Rat. est animi dil.*—8 ω 1. *dicetur interfuisse.* Ern. suspic. *dic. intercessisse.*—9 Tur. *faciendi aut non faciendi:* B *faciendum aut non faciendi.* Schutz.

NOTÆ

[n] *Impulsio est, &c.*] Impulsio comprehendit animi motus, quibus ad agendum sæpissime excitamur, et causæ efficientis locum habet. Ita cum probare contendit Cicero, non Milonem Clodio, sed Clodium Miloni struxisse insidias, ostendit nullo Milonem, gravissimo Clodium odio exulceratum fuisse, § 35. 'At valuit odium Milonis; fecit iratus; fecit inimicus; fuit ultor injuriæ, punitor doloris sui. Quid si hæc, non dico, majora fuerunt in Clodio quam in Milone, sed in illo maxima, nulla in hoc? quid vultis amplius? quid enim odisset Clodium Milo segetem ac materiam suæ gloriæ, præter hoc civile odium quo omnes improbos odimus? Ille, erat, ut odisset, primum conservatorem salutis meæ; deinde vexatorem furoris, domitorem armorum suorum; postremo etiam accusatorem suum: reus enim Milonis, lege Plotia, fuit Clodius, quoad vixit. Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis? quantum odium illius, et in homine injusto, quam etiam justum?'

certa de causa vitasse, aut secutus esse animus videtur, ut,[10] si amicitiæ quid causa factum dicetur,[11] si inimici[12] ulciscendi, si metus, si gloriæ, si pecuniæ, si denique, ut omnia generatim amplectamur, alicujus retinendi, augendi, adipiscendive commodi, aut contra rejiciendi, deminuendi,[13] devitandive incommodi causa: nam horum in genus[14] alterutrum illa quoque incident, in quibus aut incommodum aliquod majoris vitandi incommodi causa, aut majoris adipiscendi commodi, suscipitur, aut commodum aliquod majoris adipiscendi commodi, aut majoris vitandi incommodi, præteritur.[15]

19. Hic locus sicut aliquod fundamentum est hujus constitutionis; nam nihil factum esse[16] cuiquam probatur, nisi aliquid, quare factum sit, ostenditur.[17] Ergo accusator,° cum aliquid impulsione[18] factum esse dicet,[19] illum

delevit verba *faciendum aut non faciendum;* quæ Wetzel. et Orell. uncis includunt.—10 ω 1. *aut sec. fuisse quis videtur:* B *aut sec. esse animus videbitur:* Sch. *aut sec. esse un videbitur.* In θ et Sch. deest *ut.*—11 Leid. 3. *factum esse;* et Sch. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *dicitur.*—12 ψ *amici.*—13 ω 2. Leid. 1. Voss. 2. *minuendi:* al. *diminuendi.*—14 Tur. et Lamb. *in horum genus.*—15 ω 1. et Tur. *in quibus aut commodi aliquid incommodum* (Tur. omittit *incomm.*) *majoris adipiscendi causa aut majoris vitandi incommodi suscipitur.* Pro *incommodum aliquod,* in B legitur *commodum aliquid.* Ed. Omnib. non habet verba *aut majoris adipiscendi commodi.* Pro *commodum aliquod,* ω 1. *aliquid commodum.* Præterea κ et Leid. 3. *incommodi causa præt.* Ed. Omnib. quoque omittit verba *aut majoris vitandi incommodi.* In Tur. *suscip., aut commodum majoris aliquod adipiscendi commodi aut vitandi majoris incommodi præteritur.*—16 *Factum esse* in L desunt.—17 θ *ostendetur:* ω 2. Guelf. 1. Leid. 3. *ostendatur,* prob. Oud.

NOTÆ

° *Ergo accusator, &c.*] In ea declamatione quæ attributa Quintiliano inscribitur, Cæcus in limine, parricidii crimen cæco affictum in novercam sic retorquetur, sumtis ex hoc loco argumentis: 'Non est difficile ut maritum uxor occidat, si non est difficilius ut filius patrem. Non est, judices, quod putetis inter mulierem et virum de scelere quæri; neque est quod se noverca sexus occasione tueatur. Major est cæcitatis infirmitas. Sunt et fœminis ad scelera vires, cum habent causas virorum. Quinimmo si interroges, facilius hæc pectora metus, odium, ira corrumpunt; et quoniam non habent roboris tantum, unde vitia mentium vincant, plerumque facinus infirmitate fecerunt. Sane tamen illis sceleribus sufficere non possint, quæ discursum, quæ exigunt laborem; quod vero tam muliebre possis invenire facinus, quam occidere hominem juxta te jacentem? aggredi senem, qui se tuis crediderit amplexibus? cujus somnos ipsa disponas? . . . Non est, judices, incredibile ut occiderit mulier hominem,

impetum, et quandam commotionem animi, affectionemque verbis et sententiis amplificare debebit,[20] et ostendere, quanta vis amoris sit,[1] quanta animi perturbatio ex[2] iracundia fiat, aut ex aliqua causa earum,[3] qua impulsum aliquem[4] id fecisse dicet. Hic et exemplorum commemoratione, qui[5] simili impulsu aliquid commiserint, et similitudinum collatione, et ipsius animi affectionis explicatione,[6] curandum est, ut non mirum videatur, si quod ad facinus tali perturbatione commotus animus[7] accesserit. VI. 20. Cum autem non impulsione, verum ratiocinatione[8] aliquem commisisse quid dicet, quid commodi[p] sit secutus, aut quid incommodi fugerit, demonstrabit; et id augebit, quam maxime poterit, ut, quoad ejus[9] fieri possit,[d] idonea quam maxime causa[10] ad peccandum hortata videatur.[10] Si gloriæ causa; quantam gloriam consecuturam existimarit: item si dominationis, si pecuniæ, si amicitiæ, si inimicitiarum; et omnino quicquid erit, quod causæ fuisse dicet,[11] id summe augere[12] debebit. 21. Et hoc eum

[d] *Quantum fieri poterit.*

—18 ω 2. Tur. Lamb. Schutz. et Orell. *impulsione aliquid.*—19 Octo Oxonn. Mss. et Oliv. *dicit.*—20 θ *debet.*—1 ω 1. non habet *sit.*—2 ω 1. caret præpositione.—3 ω 1. *ex aliqua causarum.*—4 *Aliquem* non est in M.—5 θ *quod.* Mox ψ, Leid. 2. et ed. Omnib. *commiserunt.*—6 Sch. *explanatione:* ω 1. *ex amplificatione.*—7 Ern. censet aut *animus* delendum, aut *aliquis* scribendum. Schutz. expunxit *animus.*

CAP. VI. 8 Voss. 1. *ratione.*—9 Deest *ejus* quinque Oxonn. Mss. cum Sch. Voss. 2. ed. Omnib.—10 ω 2. *max. poterit causa.* Dein Leid. 3. *hortatus videatur.*—11 ω 1. *quicquid erat:* et Sch. Leid. 3. *quod causa fuisse dicetur.*

NOTÆ

quem dicitur potuisse cæcus occidere. . . . Cæcus non irascitur, non odit, non concupiscit: et cum corpora nostra vigorem de luminibus accipiant, pereunt cum suis vitia causis.'

p *Quid commodi*] In ratiocinatione spectantur causæ finales. Inde probat Cicero insidiatum fuisse Miloni Clodium, quod huic illius mors utilis fuisset futura, Milon. § 32. 'Quonam igitur pacto probari potest insidias Miloni fecisse Clodium? satis est quidem in illa tam audaci, tam nefaria bellua, docere magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse. Itaque illud Cassianum, Cui bono fuerit, in his personis valeat; etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi sæpe parvo. Atqui Milone interfecto Clodius hoc assequebatur,' &c.

magnopere considerare[13] oportebit, non quid in veritate modo, verum etiam vehementius,[14] quid in opinione ejus, quem arguet,[15] fuerit. Nihil enim refert, non fuisse, aut non esse aliquid commodi aut incommodi,[16] si ostendi potest, ei visum esse, qui arguatur.[17] Nam opinio dupliciter fallit homines; cum aut res aliusmodi est, ac putatur,[18] aut non is eventus est, quem arbitrati sunt. Res aliusmodi[19] est tum, cum aut id, quod bonum est, malum putant;[20] aut contra, quod malum est, bonum; aut quod nec malum est nec bonum,[1] malum aut bonum;[2] aut quod malum[3] aut bonum est, nec malum nec bonum. 22. Hoc intellecto, si quis negabit, ullam esse pecuniam, fratris aut amici vita,[4] aut denique officio[5] antiquiorem aut suaviorem, non erit hoc accusatori negandum:[e] nam in eum culpa, et summum odium transferetur, qui id, quod tam vere et pie dicetur, negabit.[6] Verum illud dicendum erit, illi[f] non esse ita visum;[7] quod sumi oportet ex iis quæ ad personam pertinent, de quo post[8] dicendum est. VII. 23. Eventus autem tum[9] fallit, cum aliter accidit, atque ii, qui arguuntur, arbitrati esse dicuntur; ut, si qui[10] dicatur alium

[e] *Si quis reus dicet nullam esse pecuniam, quæ debeat esse carior aut jucundior quam vita fratris, aut amici, aut denique officium; non oportet hoc ab accusatore negari.*

[f] *Reo qui accusatur.*

In θ *quod causam;* et Tur. *fuisse dicetur.*—12 Leid. 3. *adaugere.*—13 Deest *eum* Voss. 1. In M *magnop. etenim cons.*—14 M *modo considerandum, verum vehementius.*—15 A Voss. 1. abest *quid.* Dein M *quem arguerit:* Sch. *quem arguat.*—16 B *non fuisse aliquid incommodi aut incomm.*—17 Ed. Omnib. *visum fore:* et Sch. *qui arguetur:* M κ, Leid. 1. *qui arguitur.*—18 M *cum res,* omisso *aut.* L κ, ω 1. Sch. Leid. 2. ed. Omnib. *alio modo est.* Tum L et ed. Omnib. *quam putatur:* M *quam putetur:* Sch. *ac putetur.*—19 ω 1. Sch. Leid. 2. ac ed. Omnib. *Res alio modo:* L κ *Res ex alio modo.*—20 W *putent.*—1 L *nec malum, nec bonum:* ω 1. *nec malum est, nec bonum est.*—2 M *malum aut bonum putant.*—3 L *malum est.*—4 Sch. Leid. 2. 3. *si qui neg.* prob. Oud. ω 1. *si qui neg. sibi esse ullam pec. fratris vita aut amici.* In Tur. quoque *esse ullam pec.*—5 Vulg. *officio suo.* In Cass. vox *suo* est inter versus, non in textu. Eam delevit Ern. quem Schutz. et Wetzel. sequuntur: Orell. uncis includit.—6 B M θ κ, Sch. Leid. 1. 3. Voss. 2. *qui quod,* sine *id,* non improb. Oud. Dein Sch. Voss. 2. *dicitur.* In ω 1. *transferetur, quicquid tam vere et pie dicetur si negabitur.*—7 κ et ω 1. *dicendum est.* In ω 1. quoque *illi tam non esse visum.*—8 Leid. 3. *postea.*

CAP. VII. 9 Voss. 1. omittit verba *autem tum.*—10 Vulg. *si quis:* ω 1. 2.

occidisse,[s] ac voluerit,[11] quod aut similitudine, aut suspicione, aut demonstratione falsa deceptus sit; aut eum necasse, cujus testamento non sit hæres, quod ejus testamento[12] se hæredem arbitratus sit. Non enim ex eventu cogitationem spectari † oportere; sed qua cogitatione et spe[13] ad maleficium profectus sit, considerare; et[14] quo animo quid quisque faciat,[15] non quo casu utatur, ad rem pertinere. 24. In[16] hoc autem loco, caput illud erit accusatori,[17] si demonstrare poterit, alii nemini causam fuisse faciendi; secundarium, si tantam, aut tam[18] idoneam nemini. Sin fuisse aliis quoque causa faciendi videbitur; aut[19] potestas[q] aliis defuisse demonstranda est, aut facultas, aut voluntas. Potestas,[r] si aut nescisse, aut non affuisse,[20] aut conficere aliquid non potuisse dicetur.[1] Facultas, si ratio, adjutores, adjumenta, et cetera,[2] quæ ad rem pertinebunt,[3] [*p.* 65.] defuisse alicui demonstrabuntur.

[s] *Alium quam voluerit interfecisse.*

Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. ac edd. ante Ald. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *si qui.*—11 θ *voluit.*—12 M θ, Voss. 1. 2. Leid. 1. *quod eo test.*—† Ms. Cass. a m. sec. et octo Oxonn. Mss. cum Oliv. *spectari oportet;* quod Ernestio placet. —13 B L M W κ ψ, ω 2. Grev. Pall. omnes, libri duo ap. Lamb. et omnes Mss. Oud. ac ed. Omnib. *cogitatione animus et spe;* sed *et spe* in κ ψ omittuntur. Tur. et Lamb. *cog. animi et spe:* θ, Oliv. et Lall. *cog., animo et spe.*— 14 ψ, Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *considerari;* et sic Guelf. 2. a m. pr. prob. Ern. Tum copula deest in B M W θ κ, ω 1. et Tur. Orell. eam uncis includit.—15 Verba *quo animo quid quisque faciat* suspecta erant Oudend.— 16 B θ κ, Sch. Voss. 2. Leid. 2. ed. Omnib. carent præpositione.—17 Sch. Leid. 2. *illud accusatoris erit.* In L *illud* deest.—18 κ et Sch. *aut si tam:* Leid. 2. ed. Omnib. *et tam.* Dein κ *nemini fuisse. Sin affuisse.*—19 Voss. 2. *at.*—20 L κ *Potestas sic si:* et Sch. a m. pr. Leid. 1. *aut non fuisse.*—1 ψ *dicentur:* ω 1. *dicuntur.*—2 ω 1. Tur. et omnes Mss. Oud. cum Lamb. *ceteraque.*

NOTÆ

[q] *Aut potestas*] Quæ vulgo eadem notione sumuntur potestas et facultas, hic distinguuntur, ut annotat Victorinus, cujus mentem recte Vossius explicat. Potestas proprie respicit naturam personæ, qua aliquid ei inest aut deest: quomodo negamus homini debili suppetere vires ac potestatem male mulctandi hominem fortissimum. At facultas respicit res extrinsecus advenientes, locum, tempus, et similia: qua ratione negabat Clodius sibi, qui in urbe non fuisset, facultatem fuisse violandi Cæsaris conjugem.

[r] *Potestas, &c.*] Et potestatem et facultatem et voluntatem interficiendi Milonis fuisse Clodio egregie et fuse Tullius ostendit in Milon. § 53. &c. 'Videamus nunc id quod caput est,' &c. Quem locum, quia longior est, exscribere non vacat.

Voluntas, si animus a talibus factis vacuus et integer esse dicetur. Postremo, quas ad defensionem rationes reo dabimus, iis accusator ad alios ex culpa eximendos abutetur.[h] Verum id brevi[4] faciendum est, et in unum multa sunt conducenda, ut ne[5] alterius defendendi causa hunc accusare, sed hujus accusandi causa defendere alterum videatur. VIII. 25. Atque accusatori quidem hæc fere sunt in causa facienda, et consideranda.[6] Defensor autem ex contrario primum impulsionem aut nullam[s] fuisse dicet, aut, si fuisse concedet,[7] extenuabit, et parvulam quandam fuisse demonstrabit, aut non ex ea[8] solere hujusmodi facta nasci docebit. Quo et erit[9] in loco demonstrandum, quæ vis et natura[10] ejus sit affectionis, qua impulsus aliquid reus commisisse dicetur: in quo et[11] exempla, et similitudines erunt proferendæ, et ipsa diligenter natura[12] ejus affectionis quam lenissime[13] quietissimam[i]

[h] *Utetur.* [i] *Secundum id quod habet mitius.*

—3 Sch. Leid. 3. *pertinent.*—4 Lamb. *breviter.*—5 Lamb. *ut non.*

CAP. VIII. 6 Orell. ex ω 1. et Sch. a m. pr. dedit *faciendi consideranda.* Desunt *et consideranda* Leid. 2.—7 κ *dicet, ac si.* ω 1. *concedat fuisse.*—8 κ *ex ea re.* Superscriptum *re* in Leid. 1. *causa* in Voss. 2. Mox pro *facta*, in M *malefacta* legitur.—9 B L ψ, ω 2. et edd. vett. cum Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Orell. *Quo erit.* Al. Mss. et edd. *Quo et erit.*—10 κ *vis et quæ nat.*—11 θ omittit copulam.—12 Voss. 2. *et erit dil. nat.*—13 B L M W θ κ ψ, et

NOTÆ

[s] *Impulsionem aut nullam*] Objectum Murenæ crimen dissolutæ vitæ ex hoc capite Cicero refellit pro Murena § 13. 'Saltatorem appellat L. Murenam Cato. Maledictum est, si vere objicitur, vehementis accusatoris; sin falso, maledici conviciatoris. Quare cum ista sis auctoritate, non debes, M. Cato, arripere maledictum ex trivio, aut ex scurrarum aliquo convicio, neque temere consulem pop. Rom. saltatorem vocare; sed conspicere, quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum, cui vere istud objici possit. Nemo enim fere saltat sobrius, nisi forte insanit; neque in solitudine, neque in convivio moderato atque honesto: tempestivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Tu mihi arripis id quod necesse est omnium vitiorum esse postremum: relinquis illa, quibus remotis, hoc vitium omnino esse non potest: nullum turpe convivium, non amor, non comessatio, non libido, non sumtus ostenditur; et cum ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent, quæque vitiosa sunt; in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriæ reperturum putas?'

ad partem explicanda, ut et [14] res ipsa[k] a facto crudeli et turbulento ad quoddam mitius [15] et tranquillius traducatur, et oratio tamen [16] ad animum ejus, qui audiet, et ad animi quendam intimum sensum accommodetur.[17] 26. Ratiocinationis [18] autem suspiciones infirmabit, si aut commodum nullum fuisse, aut parvum,[19] aut aliis magis fuisse,[20] aut nihilo sibi magis, quam aliis,[1] aut incommodum sibi majus, quam commodum dicet; ut nequaquam fuerit illius commodi, quod expetitum dicatur, magnitudo aut cum eo incommodo quod acciderit, aut cum illo periculo quod subeatur, comparanda :[2] qui omnes loci similiter in incommodi quoque vitatione[3] tractabuntur. 27. Sin accusator dixerit, eum[4] id esse secutum quod ei visum sit commodum, aut id[5] fugisse quod putarit esse incommodum, quanquam in falsa fuerit opinione; demonstrandum erit defensori, neminem tanta esse stultitia,[6] qui tali in re possit veritatem ignorare. Quod si id concedatur, illud [7] non concessum iri; ne dubitasse quidem hunc,[8] quid ejus juris esset,[9] sed id,[10] quod falsum fuerit, sine ulla dubitatione pro falso, quod verum, pro vero probasse.[11] Quod si du-

[k] *Quæ causa est accusationis.*

quatuor Mss. Oud. ac edd. ante Grut. cum Oliv. et Græv.-Burm. *levissime:* Schutz. e Lamb. conj. *lenissimam et quietiss.* ω 1. 2. et duo Mss. ap. Oud. cum Grut. Wetzel. et Orell. *lenissime.*—14 L M κ *explicanda est ut.* θ et ω 1. omittunt *et.*—15 Lamb. *crud. ac turb.* et ω 2. cum ed. Omnib. *ad quiddam mitius.*—16 Pro *tamen,* Voss. 1. et quædam edd. vett. habent *tunc;* Schutz. et Leid. 1. a m. sec. *tum;* prob. Oud. improb. Ern.—17 Schutz. censet legend. *tamen ad ejus qui audiet intimum sensum;* vel *tamen ad mentem ejus qui audiet, et ad animi, &c.* Pro *accommodetur,* Leid. 3. *accommodabitur.*—18 Voss. 1. *Rationis.*—19 Sch. *nullum esse dicat,* suprascr. *aut parvulum.* Voss. 2. *parum.*—20 B L W, Leid. 2. cum Lamb. *majus;* et ω 1. Sch. *esse.*—1 ω 1. Sch. Leid. 2. 3. Tur. ed. Omnib. ac Lamb. *nih. sibi majus.* Pro *quam aliis,* in ω 1. *esse* legitur. Paulo post, pro *majus,* κ habet *magis.*—2 Sch. *sit comp.*—3 *Similiter* non est in ω 1. nec præpositio in B L M W θ κ ψ, Leid. 3. Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Præterea unus Ms. ap. Gronov. omittit *quoque.* M habet *quoque in vitatione.*—4 Schutz. e conj. cum Orell. *reum.*—5 Deest pronomen Voss. 1.—6 Leid. 1. *esse tanta stultitia:* Voss. 1. *in tanta esse stultitia:* Sch. Leid. 2. 3. Tur. et edd. vett. *tantæ esse stultitiæ.*—7 A Voss. 1. abest *id.* In Sch. *hoc conc. illud:* ed. Omnib. *illud conc. id.*—8 ω 1. 2. tres Mss. ap. Oud. ac ed. Omnib. *nec dub.* Sch. caret *hunc.*—9 Ed. Omnib. *quod:* et ω 2. *ejus rei juris;* et sic κ in marg. Tur. *ei juris.* Pro *quid ejus juris esset,* Schutz. e conj. edidit, *quid verius esset,* prob. Wetzel.—10 B M W, Voss. 1. 2. Leid. 3. *sed et id.*—11 ω 1. *pro falso probasse, et quod verum pro vero.* Schutz. delevit verba *pro falso quod verum;* quæ Wetzel. et Orell. uncis in-

bitaverit,[t] summæ fuisse amentiæ, dubia spe impulsum, certum in periculum se committere. 28. Quemadmodum autem accusator.[12] cum ab[13] aliis culpam demovebit,[14] defensoris locis utetur; sic iis locis, qui accusatori dati sunt, utetur reus, cum in alios ab se crimen volet[15] transferre.

IX. Ex persona autem conjectura capietur, si eæ res,[16] quæ personis attributæ sunt, diligenter considerabuntur, quas omnes in primo libro[17] exposuimus: nam et de nomine nonnunquam aliquid suspicionis nascitur. Nomen[u] autem cum dicimus,[18] cognomen[x] quoque[19] intelligatur

cludunt. Orell. hanc periodum ut corruptam denotavit.—12 ω 1. *Quemadm. accus.* omisso *autem:* Voss. 1. *Nam quemadm. accus.*—13 Præpositio non est in θ.—14 Vulg. *dimovebit.*—15 θ *volens.*

Cap. IX. 16 θ *si ejus res.*—17 Idem Ms. *in primo loco.*—18 Sch. *dicemus.* —19 *Et agnomen* addunt W θ κ ψ, ω 1. 2. Grev. Pal. 1. Voss. 1. Leid. 1. 3. duo Mss. ap. Lamb. ac Mss. ap. Lall. cum ed. Omnib. Junt. Lamb. et Lall. Paucæ edd. vett. habent *cognomenque et agn.* Pal. 2. 3. *agnomen quoque et*

NOTÆ

[t] *Quod si dubitaverit*] Luculentus est Ciceronis locus pro Deiot. § 15. quem delatum reum conjurationis adversus Cæsarem defendit: 'Cujus tanti furoris fuit omnes reges, quorum multi erant finitimi, omnes liberos populos, omnes socios, omnes provincias, omnia denique omnium arma contra se unum excitare? quonam ille modo cum regno, cum domo, cum conjuge, cum carissimo filio distractus esset, tanto scelere non modo perfecto, sed etiam cogitato? At credo hæc homo inconsultus et temerarius non videbat. Quis consideratior illo? quis tectior? quis prudentior? quanquam hoc loco Deiotarum non tam ingenio et prudentia, quam fide et religione vitæ defendendum puto.'

[u] *Nomen*] Ad eliciendam facti conjecturam aut nihil aut parum admodum valet notatio nominis. Quis enim ferat e. g. ideo dici aliquem deceptum quod appelletur Cæcilius, aut Clodius, aut Mutius? quippe et Cæci et Claudi facile subvertantur, muti autem conqueri non possint. Nomen proderit tamen ad ridiculum, cum aliunde factum investigatum fuerit. Tullius Verr. IV. § 52. 'Quod unquam, judices, hujusmodi everriculum ulla in provincia fuit?'

[x] *Cognomen*] Vocabulorum, quibus apud Romanos capita censebantur, quatuor erant genera; prænomen, nomen, cognomen, agnomen. Prænomen est quod nominibus gentilitiis præponitur, ut Marcus, Publius. Nomen proprium est gentilitium, quod originem gentis vel familiæ declarat, ut Porcius, Cornelius. Cognomen est quod uniuscujusque proprium est et nominibus gentilitiis subjungitur, ut Cato, Scipio. Agnomen vero est, quod extrinsecus cognominibus adjungi solet ex aliqua ratione vel virtute quæsitum, ut est Africanus, Numantinus, et similia. Ita Diomedes.

oportet. De hominis enim certo et proprio vocabulo agitur;[20] ut si dicamus, idcirco aliquem Caldum[1 y] vocari, quod temerario et repentino consilio sit; aut si, ea re hominibus Græcis[2] imperitis verba dedisse,[3] quod Clodius, aut Cæcilius,[4] aut Mucius, vocarentur.[l 5] 29. Et de natura[z] licet aliquantulum[6] ducere suspicionis: omnia enim[7] hæc, vir an mulier; hujus an illius civitatis sit; quibus sit[8] majoribus, quibus[9] consanguineis, qua ætate, quo animo, quo corpore, quæ naturæ sunt attributa,[10] ad aliquam conjecturam faciendam pertinebunt. Et[11] ex victu multæ trahuntur suspiciones, cum, quemadmodum, et apud quos et a quibus educatus et eruditus sit, quæritur, et quibuscum vivat,[12] qua ratione vitæ, quo more domestico vivat.[13] 30. Et ex fortuna sæpe argumentatio nascitur, cum servus an liber, pecuniosus an pauper, nobilis an ignobilis, felix

[l] *Vel aliquem induxisse in fraudem homines Græcos ignaros, propterea quod illi appellarentur Clodius, aut Cæcilius, aut Mucius.*

cognomen. Vulg. *et agnomen* omittuntur.—20 Verba *De hominis ... agitur* delevit Schutz. e suspic. utpote ex Invent. I. 14. huc intrusa. Wetzel. ea uncis includit.—1 Leid. 1. a m. pr. et ed. Omnib. *Callidum:* Leid. 3. *Calidum:* al. *Cadum:* Ald. Lamb. Car. et Rob. Steph. Lamb. *Calidium;* quod Oudendorpio placet.—2 κ, Sch. a m. pr. et Leid. 3. *ob eam rem.* Vulg. *ea de re.* Ex Cass. Guelf. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. et edd. pr. *ea re* dedit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur; et sic ω 2. Dein Sch. *homines:* et Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. Sch. a m. sec. Guelf. 1. a m. sec. et edd. pr. item Manut. Victor. *Græcos.*—3 κ *verba dedisse dicamus:* Sch. a m. pr. *verba dederit.*—4 Pauci Mss. *Cælius.* 'Legendum arbitror *Cascellius*, ut sint tria nomina JCtorum clarissimorum.' *Schutz.*—5 M, Sch. Tur. Schutz. et Orell. *vocaretur.* Vulg. *vocarentur.*—6 Voss. 2. *quidem aliquantum.* In omn. Mss. Ond. *aliquantum duc. suspiciones:* ω 1. *aliquantum dicere suspicionis:* Tur. *aliquantum ducere suspicionis.*—7 θ non habet *enim.*—8 Abest *sit* a Voss. 1. et ed. Omnib. —9 θ non habet *quibus.*—10 θ *sint attributa.*—11 Deest copula in ω 2. et Voss. 1.—12 Lamb. omittit *vivat.*—13 Schutz. e conj. rescripsit *utatur.*—

NOTÆ

Testatur Appian. ἐν τῷ προοιμίῳ τῶν Ῥωμαϊκῶν a Romanis primum unum nomen, nempe regnante Romulo et primis regibus, postea duo, deinde tria nomina adhibita.

[y] *Idcirco aliquem Caldum*] Qui caldus sive calidus est, fervida est et præcipiti indole.

[z] *Et de natura*] Hinc perinde atque ex victu, fortuna, et consilio firma conjecturarum ac suspicionum argumenta deducuntur. Quorum omnium insignia reperies exempla in Ciceronis Orationibus, quæ versantur in statu conjecturali, pro Rosc. Am., pro Cluentio, pro Flacco, pro Sylla, pro Deiotaro, &c.

an infelix, privatus an in potestate sit, aut fuerit, aut futurus sit,[14] consideratur: aut denique [15] aliquid eorum quæritur, quæ fortunæ esse attributa intelliguntur. Habitus autem, quoniam in aliqua perfecta et[16] constanti animi aut corporis absolutione consistit, quo in genere est virtus, scientia, et quæ contraria [17] sunt; res ipsa, causa posita,[18] docebit, ecquid[19] hic quoque locus suspicionis ostendat. Nam affectionis quidem ratio perspicuam solet præ se gerere conjecturam,[20] ut amor, iracundia, molestia: propterea quod et ipsorum [1] vis intelligitur, et quæ res [2] harum aliquam rem consequantur, faciles cognitu sunt.[3] 31. Studium autem quoniam est assidua et vehemens [4] ad aliquam rem [5] applicata magna cum voluntate occupatio, facile ex eo ducetur [6] argumentatio, quam res ipsa desiderabit in causa. Item ex consilio sumetur aliquid suspicionis: [7] nam consilium est, aliquid faciendi non faciendive excogitata [8] ratio. Jam facta,[9] et casus, et orationes, quæ sunt omnia (ut in confirmationis præceptis dictum est) in tria tempora distributa, facile erit [10] videre, ecquid afferant [11] ad conjecturam confirmandam suspicionis.

x. 32. Ac personis quidem res eæ sunt [12] attributæ, ex quibus omnibus unum in locum coactis, accusatoris erit improbatione hominis uti:[m] nam causa facti parum firmitudinis [13] habet, nisi animus ejus,[14] qui insimulatur, in eam

[m] *Adhibere vituperationem hominis.*

14 Septem Oxonn. Mss. Leid. 2. et edd. vett. ac Oliv. *an cum potestate.* In Leid. 2. et Voss. 1. quoque *an fuerit, an futurus sit.*—15 *θ aut cum denique.* —16 Copula non est in *κ.*—17 Sch. *contrarie.*—18 Voss. 1. *causa apposita.*— 19 Omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *et quid.* Deest *quoque* Sch.—20 Voss. 2. Leid. 3. *solet per se gerere conj.* ed. Omnib. *solet posse generare conj.*—1 Voss. 1. non agnoscit copulam. In *ω* 2. Leid. 1. *ipsarum.* Post *vis,* M addit *et natura.*—2 Leid. 1. non habet *res.* In *ω* 2. et Voss. 2. *horum.*—3 Tur. Lamb. et Orell. *consequuntur.* Tum Voss. 1. *facile cogn. sunt.*—4 Sch. a m. pr. *Stud. enim quod est:* et *ψ assidua animi et veh.*—5 Al. *aliq. ad rem.* Leid. 3. caret *rem.*—6 *κ,* Sch. Leid. 1. *deducetur.*—7 L *suspicationis.*—8 *κ fac. et non faciendi excog.* B L M W *θ ψ, ω* 1. et Oliv. *fac. aut non faciendi excog.* *ω* 2. *fac. aut non faciendi vere excog.* Vulg. *faciendi non faciendive excog.*—9 *ω* 2. *Nam facta:* B L M W *ψ,* cum Junt. Lamb. Oliv. et Lall. *Item facta: θ κ, ω* 1. omnes Mss. Oud. et duo Mss. apud Lamb. cum Grut. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *Jam facta.*—10 Septem Oxonn. Mss. et Oliv. *erat.* Vulg. *erit.*—11 *ω* 2. *et quid afferant:* Voss. 2. Leid. 3. *quid afferant.*

Cap. x. 12 *ω* 1. *res sunt eæ:* Lamb. *eæ res sunt.*—13 *θ parum similitudinis:*

suspicionem adducatur, ut a tali culpa [15] non videatur abhorruisse. Ut enim animum alicujus [16] improbare nihil attinet, cum causa, quare peccaverit, non intercessit; [17] sic causam peccati intercedere leve est, si animus nulli minus honestæ rationi affinis ostenditur.[n] [18] Quare vitam ejus, quem arguit,[a] ex ante factis [19] accusator improbare debebit, et ostendere, si quo in pari ante peccato [20] convictus sit. Si id non poterit; [1] si quam in similem ante suspicionem venerit, ac maxime, si fieri poterit, simili aliquo in genere ejusdem modi causa aliqua [2] commotum peccasse,[3] aut in æque magna re, aut in majore, aut in minore; [*p.* 66.] ut si, quem pecunia [4] dicat inductum fecisse, possit demonstrare aliqua in re ejus [5] aliquod factum avarum. 33. Item in omni causa naturam, aut victum, aut studium, aut fortunam, aut aliquid eorum quæ personis [6] attributa sunt, ad eam causam,[7] qua commotum peccasse

[n] *Si animus ab omni sceleris labe purus demonstratur.*

Voss. 2. *parum fortitudinis.*—14 θ non habet *ejus.*—15 Sch. *ad eam susp.* ω 1. 2. *adducitur:* B L M W θ ψ, Leid. 1. ed. Omnib. cum Oliv. et Lall. *adducetur:* κ, Sch. Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. et edd. vett. cum Grut. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *adducatur.* Tum ω 1. 2. Sch. Voss. 2. Leid. 1. 2. *ut in tali culpa.*—16 Leid. 2. *alicujus hominis impr.*—17 Voss. 2. octo Oxonn. Mss. cum Ald. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *intercesserit.*—18 Leid. 3. *rationis;* et W *affinis essem ost.* θ κ *affinis esse ost.*—19 Sch. *qui arguitur.* θ *et ex ante factis.*—20 ω 2. *impari;* et ψ *ante facto pecc.*—1 M W θ, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 2. *potuerit.* L addit *monstrare debebit.*—2 Tur. a m. pr. plerique Mss. Oud. et ed. Omnib. cum Junt. Lamb. et Oliv. *ejusmodi.* Sch. Voss. 1. Leid. 3. *in causa aliqua.*—3 Sch. *peccasse dicendum.* Suprascr. in Voss. 2. *dicet.*—4 B L M W θ et omnes Mss. Oud. *ut si quidem pec.* ψ et pauci alii, *ut si quid pec.* κ *ut si quidem quem pec.* sed in marg. *sed si quid quem pec.* Quidam *ut si quis pec.* κ ψ, ω 1. 2. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *ut si quem pec.* Oud. suspic. *ut si qui, quem pec.*—5 B *ejusmodi.* Vocem *ejus* ante *aliqua in re* transposuit Schutz. de

NOTÆ

[a] *Vitam ejus, quem arguit*] Ita Tullius in Philipp. II. præteritam Antonii vitam retexit § 44. 'Visne igitur te inspiciamus a puero? sic opinor: a principio ordiamur. Tenesne memoria, prætextatum te decoxisse? Patris, inquies, ista culpa est: concedo; etenim est pietatis plena defensio. Illud tamen audaciæ tuæ, quod sedisti in quatuordecim ordinibus, cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quamvis quis fortunæ vitio non suo decoxisset. Sumsisti virilem togam quam statim muliebrem stolam reddidisti,' &c.

dicet, adjungere,[8] atque ex dispari[9] quoque genere culparum, si ex pari sumendi facultas non erit, improbare animum adversarii oportebit; ut[10] si avaritia inductum arguas fecisse, et avarum eum,[11] quem accuses, demonstrare non possis; aliis affinem esse vitiis doceas, et ex ea re[12] non esse mirandum, qui in illa re turpis, aut cupidus, aut petulans fuerit, hac quoque in re eum[13] deliquisse. Quantum enim de honestate et auctoritate ejus, qui arguitur, detractum est, tantundem de facultate totius est defensionis deminutum.[o][14] 34. Si nulli affinis poterit vitio reus ante admisso[15] demonstrari; locus inducetur ille, per quem hortandi judices erunt,[16] ut veterem famam hominis nihil ad rem putent pertinere; nam eum ante celasse, nunc manifesto teneri; quare non oporterc hanc rem ex superiori vita spectari, sed superiorem vitam ex hac re improbari, et aut potestatem ante peccandi non fuisse, aut causam: aut, si hæc dici non poterunt,[17] dicendum erit illud extremum, non esse mirum, si nunc primum deliquerit: nam necesse est,[18] eum, qui velit peccare, aliquando primum delinquere. Sin vita ante acta ignorabitur, hoc loco præterito, et, cur prætercatur, demonstrato, argumentis accusationem statim confirmare[19] oportebit.

[o] *Tantum auferetur de potestate defensionis.*

conj. Ern.—6 M *personæ.*—7 θ *ad eandem causam.*—8 Sch. Voss. 1. *pecc. dicitur, adj.* ω 1. *pecc. dicet, poterit adj.*—9 Sch. a m. pr. *ex impari.*—10 B M W κ, ω 1. et omnes Mss. Ond. carent *ut.* Tum θ *inductum fuisse arg. fec.* et sic W, sed *fecisse* delevit recentior manus.—11 L *eum esse.*—12 Schutz. e Leid. 1. cum Orell. *et ea re,* omissa præpositione.—13 ω 2. *ea quoque in re.* Pro *eum,* Schutz. de Purgoldi suspic. edidit *eundem.* Orell. eum uncis includit. —14 Voss. 1. Leid. 1. Tur. et octo Oxonn. Mss. cum Junt. et Oliv. *tantum de fac.* Leid. 2. *tantum et de fac.* Sch. *tantundem de fac. ei:* ω 1. Voss. 2. Leid. 2. 3. Grut. Græv.-Burm. Lall. Wetzel. et Orell. *tantundem de fac.* Schutz. de conj. Ond. *tantundem ei de fac.* Dein L W, Leid. 2. *totius est ejus def.* Mss. ap. Gronov. *totius ejus def.* vel *totius est ejus def.* θ *totius et ejus def.* Leid. 3. *totius def. dim. est.* In quatuor Mss. Ond. *dim. est:* Sch. et ed. Omnib. *imminutum est.*—15 Lamb. putat aut legend. *poterit peccato ante admisso reus dem.* aut delendas voces *ante admisso.* Schutz. de Gruteri sententia expunxit *reus ante admisso:* quæ verba Wetzel. uncis includit.—16 Pro *judices erunt,* in ω 1. legitur *videntur.*—17 θ *potuerunt.*—18 θ non habet *nam.* Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *necesse esse;* et sic legend. Ern. conjecit.— 19 θ *confirmari.*

XI. 35. Defensor autem primum, si poterit, debebit vitam ejus, qui insimulabitur, quam honestissimam demonstrare. Id faciet, si ostendet[20] aliqua ejus nota et communia officia;[1] quod genus,[p] in parentes, cognatos, amicos, affines, necessarios: etiam quæ magis rara[2] et eximia sunt, si ab eo cum magno aliquo[3] labore, aut periculo, aut utraque re, cum necesse non esset, officii causa, aut in rempublicam, aut in parentes, aut in aliquos eorum qui modo expositi sunt, factum aliquid esse dicet:[4] deinde si[5] nihil deliquisse, nulla cupiditate[6] impeditum ab officio recessisse: quod eo confirmatius erit,[q] si, cum potestas impune aliquid faciendi minus honeste fuisse dicetur, voluntas ei faciendi[7] demonstrabitur abfuisse. 36. Hoc autem ipsum genus[8] erit eo firmius,[9] si eo ipso in genere,[b] quo arguetur, integer[r][10] antea fuisse demonstrabitur; ut si, cum[11] avaritiæ causa fecisse arguatur, minime omni in vita pecuniæ cupidus

[p] *Cujus generis sunt officia in parentes, &c.*
[q] *Certiori argumento probatum.* [r] *Innocens.*

CAP. XI. 20 Sch. *si ostendit.*—1 Ab ω 1. abest *nota*, et ab B copula *et*. In Leid. 2. *et comm. ejus officia.*—2 κ *aut quæ magis rara:* L *quæ magis rara:* ω 1. *quæ magna rata:* Grev. *et quæ magis rara.*—3 Panci Mss. *aliquid;* et sic Grut. putavit legend. esse.—4 B M κ, ω 1. 2. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. Tur. *factum esse dicet:* θ *factam esse dicet.* Vulg. *facta esse dicet.* E Mss. optimis Ern. edidit *factum aliquid esse dicet;* et eum sequitur Wetzel.—5 Sch. *denique si:* B W θ κ, Voss. 1. Leid. 1. 3. Tur. et Lamb. *deinde se:* Junt. *deinde*, omisso *si.*—6 κ, Leid. 1. *et nulla cup.*—7 Sch. *vol. a faciendo:* Voss. 2. *vol. ei faciendo:* Voss. 1. Leid. 3. *vol. ejus faciendi:* M *vol. ea faciendi*, suprascr. *ejus.*—8 Schutz. e suspic. delevit *genus.*—9 Leid. 3. *confirmatius.*—10 L, Sch. Leid. 2. 3. *arguitur.* Tum ed. Omnib. *integer animi*, pro *ante*, quod habent Sch. Leid. 1. Voss. 2. Tur. et Orell.—11 M omittit *cum.* Dein θ *fuisse ar-*

NOTÆ

[b] *Si eo ipso in genere*] Hæc est præcipua Tullii solertia, ut in reo eam inesse virtutem ostendat, quæ criminis, quo de agitur, maxime est contraria. Extollit Roscii pietatem, quem parricidii accusabant; Deiotari fidem, quem conjurationis reum ad Cæsarem detulerant. 'Nota tibi est, C. Cæsar,' inquit Cicero pro Deiot. § 16. 'hominis probitas, noti mores, nota constantia. Cui porro, qui modo populi Romani nomen audivit, Deiotari probitas, integritas, gravitas, virtus, fides non sit audita? Quod igitur facinus nec in hominem imprudentem cadere posset, propter metum præsentis exitii, nec in facinorosum, nisi esset idem amentissimus, id vos et a viro optimo, et ab homine minime stulto cogitatum esse confingitis. At quam non modo credibiliter, sed ne suspiciose quidem' &c.

fuisse doceatur. Hic illa magna cum gravitate inducetur indignatio, juncta conquestioni,[12] per quam miserum facinus esse et indignum demonstrabitur,[13] cum animus omni in vita fuerit[14] a vitiis remotissimus, eam causam putare, quæ homines audaces in fraudem rapere soleat, castissimum[s] quoque hominem ad peccandum potuisse impellere; aut iniquum esse, et optimo cuique perniciosissimum,[15] non vitam honeste actam tali in tempore quam plurimum prodesse, sed subita ex criminatione, quæ confingi quamvis facile possit,[16] non ex ante acta vita, quæ neque ad tempus fingi neque ullo modo immutari[17] possit, facere[18] judicium. 37. Sin autem in ante acta vita[c] aliquæ turpitudines erunt;[19] aut falso venisse in eam existimationem dicentur,[20] aut ex aliquorum[1] invidia, aut obtrectatione, aut falsa opinione, aut imprudentiæ, necessitudini,[2] aut persuasioni adolescentiæ,[3] aut alicui non malitiosæ[4] animi

[s] *Optimum.*

guatur.—12 ψ *cum questione.*—13 Schutz. de Grut. suspicione cum Orell. legit *perquam* una voce, et delet *demonstrabitur*, quod placet Oudendorpio. L M, Sch. Voss. 1. Leid. 1. 3. addunt *ut* post *demonstrabitur.*—14 Sch. Voss. 1. et alii cum ed. Omnib. *in vita fuerit omni:* ω 1. *in vita fuerit omnibus.*—15 M *perniciosum.*—16 L *quæ conf. quamvis falso poss.* B, ω 1. *quæ conf. quamvis false possit,* in W suprascr. *facile.* Vox *quamvis* omittitur in edd. ante Ern. Eam habent W θ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. 'In nonnullis Gronovii libris est *quæ conf. quamvis facile possit:* sed in optimis membranis Sch. inveni *quæ conf. quamvis false possit,* suprascr. *facile.* An scripsit auctor, *quæ conf. facile, quamvis false possit?*' Oud.—17 B L M W θ κ, ω 1. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *mutari.*—18 Ern. suspic. *fieri.*—19 Voss. 1. Leid. 3. Schutz. et Orell. *inerunt.*—20 θ *venire.* L et Sch. *in eam æstimationem.* Vulg. *dicetur:* ω 2. *dicantur:* θ, Voss. 1. 2. Leid. 3. Tur. Junt. Grut. Græv.-Burm. Schutz. et Wetzel. *dicentur.*—1 M W θ κ et omnes Mss. Oud. *et ex al.* Vulg. *aut ex al.* L, ω 1. Tur. Schutz. et Orell. omittunt *aut.*—2 κ *aut necess.*—3 B M W θ, Tur. *et pers.* Leid. 2. et Orell. non habent copulam. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. omittunt *persuasioni.* In κ *aut adolescentiæ.* Junt. Crat. Lamb. *aut persua-*

NOTÆ

[c] *Sin autem in ante acta vita*] Occupandi primum auditorum animi, et reo conciliandi, detersa, si qua sit, prioris vitæ labe. Ita Tullius in causa Cœlii § 6. 'Nam quod objectum est de pudicitia, quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est, id nunquam tam acerbe feret M. Cœlius, ut eum pœniteat non deformem esse natum: sunt etenim ista maledicta pervulgata in omnes, quorum in adolescentia forma et species fuit liberalis: sed aliud est maledicere, aliud accusare.'

affectioni attribuentur, aut dissimili in genere[5] vitiorum, ut animus non omnino integer, sed a tali culpa[t][6] remotus esse videatur. Ac si nullo modo vitæ turpitudo aut infamia leniri poterit oratione; negare[7] oportebit de vita ejus et moribus[8] quæri, sed de eo crimine quo de arguatur;[9] quare, ante factis omissis, illud, quod instet,[u] agi oportere.[10]

XII. 38. Ex facto autem ipso suspiciones ducentur, si totius administratio negotii ex omnibus partibus[11] pertentabitur:[x] atque hæ suspiciones[12] partim ex negotio separatim, partim communiter ex personis atque ex negotio[13] proficiscentur. Ex negotio duci poterunt, si eas res, quæ negotiis attributæ sunt, diligenter considerabimus. Ex iis igitur in hanc constitutionem convenire videntur genera eorum[14] omnia,[d] partes generum pleræque.[15] 39. Videre igitur primum oportebit, quæ sint continentia[16] cum ipso negotio, hoc est, quæ ab re separari non possunt.[17] Quo in loco satis erit diligenter considerare,[18] quid sit ante rem factum,[19] ex quo spes perficiendi nata, et faciendi facultas quæsita videatur; quid in ipsa re gerenda, quid postea consecutum sit. Deinde ipsius[20] est negotii gestio[1] pertractanda: nam hoc genus earum rerum, quæ negotio[2] attri-

[t] *Quam actor objicit.* [u] *De quo quæstio est.*
[x] *Si totius rei gestio suis omnibus in partibus examinetur.*

sioni adolescentiæ.—4 Voss. 2. *malitiosi.*—5 Schutz. e Leid. 2. *dissim. generi;* et sic Wetzel.—6 Ed. Omnib. *non modo integer.* Quinque Mss. Ond. *sed ab tali culpa:* Tur. *sed tali ab culpa.*—7 ω 1. *negari.*—8 B L M W θ κ, Tur. duo Mss. Gronovii, et omnes Mss. Ond. cum Schutz. et Orell. *et de moribus.*—9 Sch. Leid. 1. et Lamb. *de quo arg.* unde Schutz. e suspic. dedit *quo arg.*—10 B L M W κ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *quod instat:* et ω 1. *id agi op.*

CAP. XII. 11 Sch. et Mss. ap. Gronov. *ex omn. ipsius part.* θ *ex omn. part. ipsius:* ψ *ex omnibus part. negotii, quæ in libro primo tractatæ sunt, pertent.*—12 Sch. *atque eæ susp.* Voss. 2. *atque susp.*—13 κ *atque neg.* omissa præpositione.—14 Sch. e conj. *earum;* sic Wetzel. et Orell.—15 Sch. *partes eorum pleræque.*—16 Voss. 2. *convenientia.*—17 W κ, Tur. Junt. Lamb. et Orell. *possint.*—18 ω 1. Sch. Voss. 2. *considerasse:* ψ et ed. Omnib. *considerandum.*—19 θ *factam.*—20 Sch. a m. pr. *Denique ipsius.*—1 θ *negotii et gestio:* ω 1.

NOTÆ

[d] *Genera eorum omnia*] Generum nomine, ut ex iis, quæ consequuntur, patet, negotii attributa intelligenda sunt; scilicet primo continentia cum ipso negotio, deinde negotii gestio, tum adjuncta negotio, denique consecutio. Cuique generi partes suas subjicit Tullius.

butæ sunt, secundo in loco nobis est[3] expositum. 40. Hoc ergo in[4] genere spectabitur locus, tempus, occasio, facultas: quorum uniuscujusque vis diligenter in confirmationis præceptis explicata est. Quare, ne[5] aut hic non admonuisse, aut ne eadem iterum dixisse videamur, breviter demonstrabimus,[6] quid quaque in parte considerari oporteat. In loco igitur opportunitas, in tempore longinquitas, in occasione commoditas ad faciendum idonea, in facultate copia et potestas[7] earum rerum, propter quas[8] aliquid facilius fit,[9] aut sine quibus[10] omnino confici non potest,[11] consideranda est. 41. Deinde videndum est,[12] quid adjunctum sit[13] negotio, hoc est,[14] quid majus, quid minus, quid æque magnum sit, quid simile: ex quibus conjectura quædam[15] ducitur, si, quemadmodum res majores, minores, æque magnæ similesque[16] agi soleant, diligenter considerabitur. Quo in genere eventus quoque videndus erit, hoc est, quid[17] ex unaquaque re soleat evenire, magnopere considerandum est;[18] ut metus, lætitia, titubatio.[19] 42. Quarta autem pars erat[20] ex iis, quas negotiis[1] dicebamus esse attributas, consecutio. [*p.* 67.] In ea quæruntur ea, quæ gestum negotium confestim aut ex intervallo consequuntur. In qua videbimus ecquæ consuetudo sit,[y] ecquæ actio,[z] ecquod[2] ejus rei artificium sit,[3] aut usus,

[y] *Num aliqua sit consuetudo.* [z] *Quodnam sit facinus admissum.*

negotii questio.—2 ω 1. *negotiis.*—3 κ omittit *est.*—4 ω 1. non habet præpositionem.—5 Tur. caret *ne.*—6 κ, ω 1. Sch. Medic. *injecimus:* unde Schutz. de conj. Ern. dedit *injiciemus.* κ *demonstrabimus, injecimus quod quaque, &c.* Tum θ κ ψ, ω 1. 2. et Oliv. *considerare oporteat:* M *conveniat considerari.* Vulg. *considerari oporteat.*—7 Pro *potestas,* ω 1. *facultas* habet.—8 Duo Mss. et Lamb. 1566. *per quas,* prob. Oud.—9 θ κ *sit.*—10 Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. Medic. *quibus sine.*—11 ω 2. Leid. 1. *poterit.*—12 ω 1. *considerandum est.*—13 Abest *sit* a Leid. 2.—14 ω 1. *id est.*—15 B *quidem.*—16 ω 1. *similes,* omissa *que.*—17 Sch. a m. pr. *hoc quod,* sine *est.* ω 1. quoque *quod* habet. Dein B L, Cass. Voss. 2. et Lamb. *ex quaque re:* W, Leid. 1. 2. et Sch. a m. pr. *ex qua re,* prob. Oud. Vulg. *ex unaquaque re.*—18 Verba *magnop. consid. est* suspecta Ernestio. Schutz. ea delevit: Wetzel. uncis includit.—19 B W θ ψ, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *titubatio, avaritia:* κ *titubatio, amentia:* ω 1. *turbatio, avaritia.*—20 L κ, Sch. Voss. 1. *restat.* In θ deest.—1 M *ex iis neg. quæ.*—2 Omnes Mss. Oud. *ecquæ consuetudo sit, ecquæ lex, ecquæ actio, ecquod:* ω 1. *ecquæ cons. sit, et quæ lex, et quæ actio, ecquod:* ω 2. *et quæ cons. sit, et quæ lex, et quod:* B L W *ecquæ cons. sit, et quæ lex, actio, ecquod:* W κ *ecquæ cons. sit,*

aut exercitatio, hominum aut approbatio,[4] aut offensio; ex quibus nonnunquam elicitur[5] aliquid suspicionis.

XIII. Sunt autem aliquæ suspiciones,[6] quæ communiter et ex negotiorum et ex personarum attributionibus sumuntur: nam et ex fortuna,[7] et ex natura, et ex victu, studio, factis, casu, orationibus, consilio, et ex habitu animi aut corporis[8] pleraque pertinent ad easdem res,[9] quæ rem credibilem aut incredibilem[10] facere possunt, et cum facti suspicione junguntur. 43. Maxime enim quæri oportet[11] in hac constitutione, primum potueritne[12] aliquid fieri: deinde ecquo ab alio[13] potuerit: deinde facultas, de qua ante diximus: deinde utrum id facinus sit, quod pœnitere[14] [e] fuerit necesse:[a] item[15] quod spem celandi non[16] haberet: deinde necessitudo; in qua, num necesse fuerit id aut fieri aut ita fieri, quæritur.[17] Quorum pars ad consilium pertinet, quod personis attributum est, ut in ea causa quam exposuimus. Ante rem erit,[18] quod in itinere se tam familiariter applicaverit,[b] [19] quod sermonis causam

[a] *Cujus alterum oportuerit pœnitere.*
[b] *Se comitem adjunxerit.*

ecquæ lex, actio, ecquod: Junt. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *ecqua cons. sit, ecqua lex, ecqua actio, ecquod;* præter Junt. et Lamb. quæ habent *ecquæ.* Pro *actio,* in Sch. a m. pr. Tur. et Pal. 2. *pactio* legitur.—3 In B M et Leid. 2. deest *sit.*—4 *Aut usus . . . aut approbatio* in ed. Græv.-Burm. omittuntur.—5 ω 1. *eligitur:* Leid. 2. et Victorin. *ducitur.*

CAP. XIII. 6 ψ, ω 1. et ed. Omnib. *Sunt autem aliæ susp.* κ, ω 2. Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. *Sunt autem et aliæ susp.* prob. Oud. W θ *Sunt autem et aliquæ susp.*—7 ω 1. *Nam ex fort.*—8 θ, ω 2. Leid. 1. *an. et corp.*—9 L et Leid. 2. *ad eas res.*—10 κ omittit voces *aut incredibilem.*—11 L *Max. autem:* et M, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *quærere op.*—12 Voss. 1. Leid. 3. *poteritne.*—13 κ *deinde hoc quomodo ab aliquo fieri:* ψ *deinde si hoc quo ab alio:* ω 2. *deinde hoc, si quo ab alio:* Sch. *deinde hoc quomodo ab aliquo:* Voss. 1. et Tur. *deinde hoc quomodo ab alio:* Voss. 2. *deinde et si quo ab alio:* Leid. 1. *deinde hæc si quo ab aliquo:* Leid. 3. *deinde hoc quomodo ab alio aliquo.* Vulg. *deinde ecquo ab alio.* Schutz. *deinde si quo ab alio.*—14 Guelf. 2. *deinde num id;* et ω 2. *facinus factum sit.* Lamb. conj. legend. *cujus pœn.* improb. Oud.—15 ω 1. et Tur. non habent *item.*—16 ψ, Ald. Junt. Oliv. et Græv.-Burm. omittunt *non.*—17 Voss. 1. *fuerit id ita fieri quæritur:* Voss. 2. Leid. 3. *fuerit id aut fieri, aut ita non fieri quær.* M *fuerit id aut fieri, aut quæritur non fieri:* κ *fuerit id aut fieri, aut deinde quær.*—18 M *erat.* Sch. a m. pr. *erit* non habet.—19 Leid. 2. et ed. Omnib. *ad-*

NOTÆ

[e] *Quod pœnitere*] Non insolens vel ipsi Ciceroni locutio, qui alibi dicit, 'Sapientis est proprium, nihil, quod pœnitere possit, facere.' Tusc. Qu. l. v. § 81.

quæsierit, quod simul deverterit, cœnarit.[20] In re, nox, somnus. Post rem, quod[1] solus exierit, quod illum tam familiarem comitem[2] tam æquo animo reliquerit, quod cruentum[3] gladium habuerit. 44. Horum pars ad consilium pertinet. Quæritur enim,[4] utrum videatur diligenter ratio faciendi esse habita et excogitata, an ita temere,[f] ut non verisimile sit, quemquam tam temere ad maleficium accessisse.[5] In quo quæritur, num quo[6] alio modo commodius potuerit fieri, vel a fortuna[7] administrari. Nam sæpe,[8] si pecuniæ, si adjumenta, si adjutores desint,[9] facultas fuisse faciendi non videtur. Hoc modo si diligenter attendamus, apta[10] inter se esse intelligimus[11] hæc quæ negotiis, et illa quæ personis sunt attributa.

plicuerit.—20 Al. *diverterit, cœn.* ω 1. Leid. 2. *dev., deinde cœn.* L, Sch. Voss. 1. Leid. 3. Tur. *dev., dein. cœn.* prob. Oud. In Junt. Crat. Lamb. *dev., dehinc cœn.*—1 ω 2. *somnus, nox.* Tum M *Postremo quod.*—2 ω 1. et Sch. a m. pr. carent *comitem.* In B L M W θ, Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. Pal. 1. 2. Grut. Oliv. Græv. Burm. et Lall. *comitatum:* κ ψ, ω 1. 2. Guelf. 1. 2. Voss. 1. Pal. 3. Grev. Victor. Schutz. Wetzel. et Orell. *comitem.*—3 E κ et Leid. 3. recepit Orellius *cruentatum.*—4 Pro *Horum pars ... Quæritur enim,* Sch. a m. pr. tantum habet *rursum,* (quod Schutz. recepit,) et a m. sec. *quæritur ergo.* In Voss. 2. desunt *quær. enim.* Pal. 1. totam sententiam ita habet: *quod cruentum gladium habuerit: quorum pars dicit propter facultatem quæ ad consilium non pertinet, si ipsa negatur, vel quorum locorum pars continet ad consilium: pars ad fortunam, pars ad naturam, quod reus hic cruentatum habuit gladium, non pertinet ad consilium. Itaque dicit, Horum pars pertinet ad consilium. Quæritur, &c.*—5 A Grev. et duobus aliis Mss. absunt verba *ut non verisimile ... accessisse.* In ψ *ut verisimile,* omisso *non.* B ψ, Voss. 1. *quemquam temere,* sine *tam.*—6 Voss. 2. caret *quo,* et mox dat *potuit.*—7 Sch. a m. pr. *partim a fort.* Leid. 3. *vel e fort.*—8 In M *sæpe* omittitur.—9 Vulg. deest vocula *si* ante *adjumenta.* Ern. eam addidit e Mss. Guelf. Cass. et eam habent M W θ κ, Voss. 2. Leid. 1. Sch. a m. sec. Pal. 1. 3. Tur. Crat. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *Si* ante *adjutores* omittunt B L M W θ, Voss. 2. Leid. 1. 2. Pal. 3. Pro *adjutores,* W habet *adjutoris;* et pro *desint,* B M, Voss. 1. Leid. 3. *desunt:* W *dest.* Mox *fuisse* non legitur in Voss. 1.—10 Schutz. e conj. habet *attendemus.* Pro *apta,* in B *aperta* legitur.—11 Schutz. et Wetzel. de conj. Ern. *intelligemus.*

NOTÆ

[f] *An ita temere*] Quisquis scelus cogitat, id plerumque cavet, ut ne deprehendi possit facinoris auctor. Vix ullus omnino temere ad maleficium accesserit. Non inepte igitur pro cæco parricidii accusato dicebat rhetor ille in declamatione, quæ inscripta, Paries Palmatus, supponitur Quintiliano: 'Non esse cæci scelus, difficilius probaretur, nisi omnia sic acta essent, ut fecisse cæcus videretur... Quisquis ferrum præparat sceleri, sic illud habet, ut suum negare possit.'

Hic neque facile est neque necessarium [12] distinguere, ut in superioribus partibus, quo pacto quidque accusatorem, et quomodo defensorem tractare oporteat.[c] Non necessarium,[13] propterea quod, causa posita, quid in quamque conveniat,[14] res ipsa docebit eos, qui non omnia hic se inventuros putabunt,[15] sed [ad ea, quæ præcepta sunt, comparationis] [16] modo quandam in commune [17] mediocrem intelligentiam conferent:[d] [18] 45. non facile autem, quod et infinitum est tot de rebus utramque in partem singillatim de unaquaque [19] explicare, et alias aliter hæc in utramque partem causæ solent convenire. XIV. Quare considerare hæc, quæ exposuimus, oportebit. Facilius autem [20] ad inventionem animus incedet,[e] [1] si gesti negotii et suam, et adversarii narrationem sæpe et diligenter pertractabit,[2] et quod [3] quæque pars suspicionis habebit,[4] eliciens, considerabit, quare, quo consilio, qua spe perficiendi quidque factum sit; cur hoc modo potius quam illo; cur ab hoc potius quam ab illo; [5] cur nullo adjutore, aut cur hoc; cur nemo sit conscius, aut cur sit, aut cur hic sit; [6] cur hoc [7] ante factum sit; cur hoc ante factum non sit; cur hoc in ipso negotio; cur hoc post negotium; aut quid [8] factum de industria, aut quid [9] rem ipsam consecutum sit:

[c] *Quomodo accusator et defensor debeant exponere omnia, ex quibus petuntur conjecturæ.*

[d] *Sed nostra præcepta simul conferendo afferent ad ea mediocrem intelligentiam.*

[e] *Facilius aliquis poterit invenire locos status conjecturalis.*

—12 κ, Voss. 1. Leid. 3. *Hic non facile:* et Sch. *neque enim est necess.* θ *Hic neque facile, necess.* ω 1. *Hic nec facile est, neque necess. est.*—13 ω 1. *Non est necess.* κ *Non est nec necess.*—14 ω 1. *quod:* M *in quamque rem:* κ *in quacunque:* et ω 2. *conveniat partem.*—15 Leid. 1. *putabant.*—16 B W, Sch. a m. sec. et Voss. 2. *sed et ea:* Leid. 2. *sed modo ad ea:* κ *si ad ea:* L θ *sed ea.* Verba *ad ea ... comparationis* absunt a Sch. a m. pr. Cass. Tur. Ea delevit Schutz. uncis includunt Wetzel. et Orell.—17 *Modo* quoque delevit Schutz. improb. Orell. Tum ed. Omnib. *quandam animi in comm.*—18 Sch. *conferant.*—19 M *de unaquaque parte.*

Cap. XIV. 20 L *Fac. enim.*—1 Tur. *incidit:* B κ, ω 1. 2. tres Mss. ap. Lamb. et omnes Mss. Oud. *incidet.* Schutz. conj. legend. *animo incident.* Dein Sch. *si gestione negotii.*—2 B *pertractavit.*—3 Tur. et edd. ante Ern. *quid.*—4 κ *suspectionis;* et Leid. 2. 3. *habeat.*—5 ω 1. *hoc cur modo, &c.* Verba *cur hoc modo ... ab illo* in M desunt.—6 M *aut cur hic sit, aut cur hic sit.* In ω 1. non sunt voces *aut cur sit.*—7 θ caret *hoc.*—8 Deest *quid* in B θ, Sch. Leid. 1. Voss. 2. et ed. Omnib.—9 Hic quoque abest *quid* a B M θ, ω 1. Sch.

constetne oratio aut cum re, aut ipsa secum:[10] hoc hujusne rei sit signum, an illius, an et[11] hujus et illius, et utrius potius:[12] quid factum sit, quod non oportuerit, aut non factum, quod oportuerit. 46. Cum animus hac intentione omnes totius negotii partes considerabit, tum illi ipsi in medium conservati[13] loci procedent,[14] de quibus ante dictum est: et tum[15] ex singulis, tum[16] ex conjunctis argumenta certa nascentur:[f] quorum argumentorum pars probabili, pars necessario in genere versabitur. Accedunt autem ad conjecturam sæpe quæstiones,[g] testimonia, rumores; quæ contra[17] omnia uterque simili via præceptorum torquere[18] ad suæ causæ commodum debebit. Nam et ex quæstione suspiciones,[19] et ex testimonio, et ex rumore aliquo pari ratione, ut ex causa, et ex persona, et ex facto duci oportebit.

47. Quare nobis et ii videntur[20] errare,[g] qui hoc genus suspicionum artificii[1] non putant indigere, et ii qui aliter hoc de genere, ac de[2] omni conjectura præcipiendum pu-

f Tum reconditi loci conjecturarum efferent sese in lucem; et cum ex iis separatim sumtis, tum ex iis simul sumtis fient argumenta.

g Inquisitiones criminis per tormenta.

Voss. 1. 2. Leid. 1.—10 Ed. Omnib. *aut cum ipsa secum.* Tum in θ non legitur *hoc.*—11 Vulg. copula deest. Eam habent L θ κ, Tur. omnes Mss. Oud. et Mss. ap. Ern. cum Schutz. Wetzel. et Orell.—12 Voss. 1. *et utriusque potius.*—13 Schutz. suspic. *universi* legend. Orell. legend. videtur *conserte.*—14 Leid. 2. *procedant.* Dein Sch. non habet *ante.*—15 Vulg. *cum.* W, ω 2. Tur. quatuor Mss. Oud. et Mss. ap. Ern. ac Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *tum.*—16 κ *sed tum.*—17 Lamb. et Schutz. omittunt *contra;* et Ern. arbitratur delendum esse.—18 Voss. 1. *prætorquere.*—19 ω 1. *Nam hac et ex quæst.* Leid. 1. *Nam sæpius et ex quæst.* Pro *suspiciones,* Lambini edd. præferunt *suspiciosior:* P. Manut. *suspicionem.* Dein ed. Omnib. *ex testimoniis,* omissa copula.—20 B *et si vid.*—1 ω 1. Sch. Voss. 1. 2. *artificio.*—2 Voss. 2.

NOTÆ

g *Ii videntur errare*] Duplicis generis locos distinguit Aristot. ἐντέχνους alios, qui artificio oratoris indigent; ἀτέχνους alios, non quod omnino artis expertes sint, debent enim graviter et ornate tractari; sed quod eos ex natura causæ non eruat orator; scilicet extrinsecus tantum oblatos arte tractat. Fuere proculdubio qui mentem Aristotelis minus assecuti, ejusmodi locos ἀτέχνους qui foris assumuntur, nullius ut exponerentur indigere artificii censerent, quos errare merito Tullius ait. Aristotelem enim, quod nonnullis visum, hic sugillari, Ciceronis etiam adolescentis industria et ingenio prorsus indignum videtur.

tant. Omnis enim iisdem ex locis conjectura sumenda est: nam et ejus qui [3] in quæstione aliquid dixerit, et ejus qui [4] in testimonio, et ipsius rumoris causa et veritas ex [5] iisdem attributionibus reperietur.[h] Omni autem [h] in causa [6] pars argumentorum est adjuncta ei causæ solum, quæ dicetur, et [7] ab ipsa ita ducta, ut ab ea separatim [8] in omnes ejusdem generis causas transferri non satis commode [9] possit:[i] pars autem est pervagatior,[k] et aut in omnes ejusdem generis, aut in [10] plerasque causas accommodata.[11] XV. 48. Hæc ergo argumenta,[12] quæ transferri in multas causas possunt, locos communes nominamus: nam locus communis aut certæ rei quandam [13] continet amplificationem; ut si quis hoc velit [14] ostendere, eum, qui parentem necarit, maximo supplicio esse dignum; quo loco, nisi perorata et probata [15] causa, non est utendum: aut dubiæ,[16] quæ ex contrario quoque habeat probabiles rationes argumentandi; ut suspicionibus credi oportere, et contra, suspicionibus credi non oportere.[17] Ac pars locorum communium,[l] per indignationem,[18] aut per [19] conquestionem inducitur, de

[h] *Ex illis quæ conveniunt negotio aut personis.*
[i] *Est ita propria causæ, ut aliis causis communis esse non possit.*
[k] *Communis etiam aliis causis.*
[l] *Excitando motus indignationis aut commiserationis.*

ac qui de.—3 Schutz. et Wetzel. *quod.*—4 Schutz. et Wetzel. *quod.*—5 W θ *et ejus rum.* Pal. 2. *causa et veritatis ex.* In ed. Med. et Omnib. desunt verba *causa et.*—6 ω 1. *Omni hac in causa.*—7 Guelf. 1. Tur. omnes Mss. Oud. ac edd. pr. cum Schutz. *dicitur*, probb. Oud. et Ern. In ω 1. copula deest.—8 ω 2. Tur. Leid. 1. Voss. 1. 2. Sch. a m. sec. et ed. Omnib. *ab ea in qua sep.*—9 ω 1. *commodo.*—10 κ non habet præpositionem.—11 ω 1. *attributa.*

CAP. XV. 12 Leid. 2. *Hæc vero arg.*—13 *Quandam* in M deest.—14 Orell. e Tur. et Voss. 2. *si qui.* W κ et Sch. non agnoscunt *hoc.* Dein ψ, ω 1. 2. et Oliv. *volet.*—15 ω 1. et Sch. non habent voces *et probata;* sed suprascr. in Sch. *perorata, confirmata, et probata.* Schutz. eas delevit: Orell. uncis includit.—16 Voss. 2. addit *rei.*—17 Sch. *ut susp. cr. non op.* et in marg. a m. sec. *et contra susp. cr. op.* Voss. 1. *credi op., et non op.*—18 Vulg. *aut per indign.*

NOTÆ

[h] *Omni autem*] Duum generum argumenta sunt; alterum proprium, commune alterum. Proprium est quod ipsius causæ et negotii est: ut Sex. Roscius, cum cædes facta est, Romæ non fuit, non igitur patrem interfecit. Commune est quod transferri in similes causas potest: filius patrem interfecit; reclamat istiusmodi suspicionibus ipsa natura. *Victorinus.*

quibus ante dictum est; pars per aliquam probabilem utraque ex parte rationem. 49. Distinguitur autem oratio atque illustratur maxime, raro inducendis locis communibus, et aliquo loco,[20] jam certioribus illis auditoribus, et argumentis[1] confirmatis.[m] [*p.* 68.] Nam et tum conceditur commune quiddam dicere, cum diligenter aliquis proprius causæ locus[2] tractatus est, et auditoris animus aut renovatur ad ea quæ restant, aut omnibus jam dictis exsuscitatur.[3] Omnia enim[4] ornamenta elocutionis, in quibus et suavitatis et gravitatis plurimum consistit, et omnia[5] quæ in[6] inventione verborum et sententiarum aliquid habent dignitatis, in communes locos conferuntur.[7] 50. Quare, non ut causarum, sic oratorum quoque multorum communes loci sunt: nam nisi ab iis qui multa exercitatione[8] magnam sibi verborum[9] et sententiarum copiam comparaverint, tractari non poterunt[10] ornate et graviter, quemadmodum natura ipsorum desiderat. Atque hoc sit nobis dictum[11] communiter de omni genere locorum communium. XVI. Nunc exponemus, in conjecturalem constitutionem qui loci communes incidere soleant; suspicionibus credi oportere, et non oportere; rumoribus credi oportere, et non oportere;[12] testibus credi oportere, et non oportere; quæstionibus credi oportere, et non oportere; vitam anteactam spectari oportere, et non oportere; ejusdem esse, qui in illa re peccarit,[13] et[14] hoc quoque admisisse,[15] et non esse

[m] *Cum loci communes raro adhibentur, nec nisi cum jam persuasi sunt auditores, et argumenta sunt confirmata.*

Deest conjunctio in L M W κ, Tur. et omn. Mss. Oud. Eam delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. In B *aut per quandam inductionem.*—19 B L carent præpositione.—20 ω 2. *et in aliquo loco:* Voss. 1. *et ex aliquo loco.*—1 ω 1. 2. Tur. et omnes Mss. Oud. *illis aud. arg.* Lamb. *illis arg. aud.* Voces *auditoribus et* absunt a B L M W θ κ ψ et ed. Omnib. Eas deleverunt Schutz. et Orell.—2 ω 1. *aliquis locus causæ*, omisso *proprius.*—3 Sch. Leid. 2. *suscitatur.*—4 κ, Sch. Leid. 3. *autem.*—5 ω 1. *omnia*, sine copula.—6 Deest præpositio Sch. Voss. 1. Leid. 1. Tur. ed. Omnib. et Lamb. Pro *verborum*, Sch. a m. pr. et Tur. habent *rerum.*—7 Sch. *referuntur:* Leid. 1. *conferentur.*—8 Ms. Medic. Tur. sex Oxonn. Mss. et omnes Mss. Oud. cum edd. pr. *multa in exerc.*—9 Grut. *et verb.*—10 θ *potuerunt.*—11 ω 1. *factum.*

Cap. XVI. 12 In L W θ desunt verba *et non oportere.*—13 θ *ejusdemque esse:* et Lamb. *qui in illo pecc.*—14 Lamb. omittit copulam; quam Orell. uncis includit.—15 θ, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. Sch. a m. sec. *admisisse dicitur:*

ejusdem ;[16] maxime spectari causam oportere, et non oportere. Atque hi quidem, et si qui ejusmodi ex proprio argumento communes loci nascentur, in contrarias partes deducentur.[n] [17] 51. Certus autem locus est accusatoris, per quem auget facti atrocitatem; et alter, per quem negat malorum misereri oportere: defensoris, per quem calumnia accusatorum[18] cum indignatione ostenditur; et per quem cum conquestione[19] misericordia captatur.[20] Hi, et ceteri omnes[1] loci communes, ex iisdem[2] præceptis sumuntur, quibus ceteræ argumentationes: sed illæ[3] tenuius, et acutius, et subtilius tractantur; hi autem gravius, et ornatius, et cum verbis, tum etiam[4] sententiis excellentibus: in illis enim finis est,[i] ut id, quod dicitur, verum esse videatur; in his, tametsi[5] hoc quoque videri oportet, tamen finis est amplitudo.[o] [6] Nunc ad aliam constitutionem transeamus.

XVII. 52. Cum est[7] nominis controversia, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva dicitur. Ejus generis exemplo nobis posita sit hæc causa: C. Flaminius[8] [k] is, qui consul rempublicam male gessit[1] bello

[n] *Quæ hinc inde sunt probabiles.*
[o] *Amplificatio, qua vehementius animi commoventur.*

ed. Omnib. *quod admisisse dicitur.*—16 B, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. Sch. a m. sec. et ed. Omnib. *ejusdem causæ.*—17 B W θ κ, Leid. 1. *diducuntur:* Sch. Voss. 1. Leid. 3. ed. Omnib. *deducuntur.* Al. *diducentur.*—18 θ *accusatoris.*—19 In ω 1. præpositio deest. B M *questione.*—20 Sch. *coaptatur.*—1 W θ κ ω 1. non habent *omnes.*—2 κ *et ex iisdem.*—3 θ κ, ω 2. Voss. 1. Leid. 2. 3. *illi.*—4 ω 1. *tum et.*—5 Leid. 2. *in istis tametsi:* Voss. 2. *in his tamen etsi:* ω 1. *in his etsi.*—6 ω 1. *amplificatio.*

CAP. XVII. 7 M *Cum autem est.*—8 B G. *Flaminius.* Mox pro *rempublicam,* ω 1. Leid. 1. Sch. et Voss. 2. a m. pr. habent *rem.* Dein Leid. 1. *in bello*

NOTÆ

[i] *In illis enim finis est*] Cujuslibet argumenti finis est persuadere: loci autem communis non persuadere tantum, sed etiam ipsius auditoris affectus ita commovere, ut sponte nobis suffragetur.

[k] *C. Flaminius*] Hic tribunus plebis coss. M. Æmilio Lepido et M. Publicio Malleolo A. U. C. 522. ante Chr. 232. repugnante senatu legem Agrariam tulit, qua ereptus Senonibus Gallis ager militibus Romanis divideretur; ac ne exercitu adversus se conscripto, si in eadem sententia perseveraret, absterritus est. Postquam pro rostris ei legem jam fe-

Punico secundo, cum tribunus plebis[9] esset, invito senatu, et omnino contra voluntatem omnium optimatum, per seditionem ad populum legem agrariam ferebat. Hunc pater suus concilium plebis[10] habentem de templo deduxit:[11] arcessitur majestatis. Intentio est, Majestatem minuisti, quod tribunum plebis de templo deduxisti.[12] Depulsio est, Non minui majestatem. Quæstio est, Majestatemne minuerit. Ratio,[13] In filium enim quam habebam potestatem,[14] ea usus sum. Rationis infirmatio, At enim,[15] qui patria potestate, hoc est, privata [quadam], tribuniciam [potestatem], hoc est, populi potestatem[16] infirmat, minuit is[17] majestatem. Judicatio[p] est: Minuatne is majestatem, qui in tribuniciam potestatem patria potestate utatur. Ad hanc judicationem argumentationes omnes afferri oportebit.[18]

53. Ac ne quis[19] forte arbitretur, nos non intelligere, aliam quoque incidere constitutionem in hanc causam; eam nos partem solam sumimus, in quam[20] præcepta nobis[1] danda sunt. Omnibus autem partibus hoc in libro explicatis, quivis omni in causa, si diligenter attendet,[2] omnes

[p] *Propria judicii quæstio, et summa controversiæ est.*

Pun.—9 Tur. *plebi.*—10 Leid. 1. Voss. 2. *plebi.*—11 M *eduxit.* Al. *accersitur.* Post *arcessitur*, B M ψ, Sch. Voss. 1. addunt *reus.*—12 M *eduxisti.*—13 L, ω 2. *Ratio est.*—14 M *potestate.*—15 ω 2. *at tamen.*—16 Sch. *quandam trib. pot.* A Voss. 1. absunt verba *hoc est priv. quad. trib. pot.* et a L W θ κ ψ, ω 2. Leid. 1. Voss. 2. *hoc est pop. potestatem.* Quæ uncis includuntur, delenda censuit Ern. Delevit Schutz.—17 In ω 1. et Sch. *is* deest.—18 L *argumentationem omnem;* et Sch. Victorin. *afferre op.*—19 Orell. e Tur. *qui.*—20 B L M W κ ψ, ω 1. 2. Junt. Lamb. et Oliv. *in qua.*—1 ω 1. non agnoscit *nobis.*—

NOTÆ

renti pater manum injecit, privato fractus imperio, descendit e rostris, ne minimo quidem murmure destitutæ concionis reprehensus, ut narrat Val. Max. v. 4. Sancita nihilominus lex a Flaminio, senatu, ut probabile est, metu seditionis quiescente; cum ex ea Polybius affirmet bellum Gallicum consequens ortum fuisse.

[1] *Consul remp. male gessit*] C. Flaminius iterum consul A. U. C. 537. ante Chr. 217. solita pertinacia contemtis auspiciis cum Hannibali sese obtulisset ad lacum Thrasimenum, iniquo loco, nec expectato collega, signis collatis, exercitu deleto, quindecim Romanorum millibus interfectis, occisus ipse temeritatis pœnas expendit. Livius, Polybius, &c.

videbit constitutiones,[m] et earum partes, et controversias, si quæ forte in eas incident.[3] Nam de omnibus perscribemus.[4] Primus ergo[5] accusatoris locus est, ejus nominis, cujus de vi quæritur, brevis et aperta et ex hominum opinione[6] definitio, hoc modo: Majestatem minuere,[7] est de dignitate, aut amplitudine,[8] aut potestate populi, aut eorum quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare. Hoc si breviter expositum,[9] pluribus[10] verbis est et rationibus confirmandum, et ita esse, ut descripseris, ostendendum. Postea ad id, quod definieris, factum ejus, qui accusabitur, adjungere oportebit, et ex eo, quod ostenderis esse; verbi causa,[11] majestatem minuere; docere,[12] adversarium majestatem minuisse, et hunc locum totum communi loco confirmare, per quem ipsius facti atrocitas, aut indignitas, aut omnino culpa cum indignatione augeatur. Post erit infirmanda adversariorum descriptio. 54. Ea autem infirmabitur, si falsa demonstrabitur. Hoc ex opinione hominum sumetur, cum, quemadmodum, et quibus in rebus homines in consuetudine scribendi[13] aut sermocinandi eo verbo uti soleant, considerabitur. Item infirmabitur, si turpis aut inutilis esse ostendetur[14] ejus descrip-

2 κ et Leid. 2. *attendat.*—3 W θ κ, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *inciderint.*—4 Guelf. 1. Tur. omnes Mss. Ond. ac Orell. *præscribemus.*—5 ω 1. *enim.*—6 Ed. Omnib. *brevis quod ap. ex opin. hom.* Leid. 2. Sch. a m. pr. carent *et* ante *ex.*—7 M *deminuere.*—8 *Aut amplitudine* in ω 1. desunt.—9 Leid. 2. ed. Omnib. *Hoc si brev.* ed. Omnib. quoque *expositum est.*—10 B *plurimis.*—11 Voces *verbi causa* delend. censuit Lamb. Eas delevit Schutz. uncis includit Wetzel. —12 κ et ω 2. *oportebit docere.*—13 Leid. 3. *hom. consuetudinem scrib.*—14 ω 2. Leid. 1. Voss. 2. *aut si inutil. esse.* In ω 1. et ed. Omnib. deest *ostendetur*; pro quo ω 2. Sch. Voss. 1. Leid. 3. et Oliv. habent *ostenditur:* Leid. 1. *de-*

NOTÆ

[m] *Omnes videbit constitutiones*] Vix ulla est causa, quæ saltem aliqua sui parte constitutiones omnes non possit amplecti: verbi gratia, in hac ipsa quæ proponitur, an pater Flaminii majestatem minuere voluerit, pertinet ad statum conjecturalem; an minuat majestatem, qui in tribunitiam potestatem utatur potestate patria, spectat statum definitivum; an majestatem minuere, sive de dignitate tribuni, cui populus potestatem dedit, aliquid tum derogare, cum senatus ipsi tribuno injusta molienti resistit, non sit laude potius quam vituperatione dignum, id vero refertur ad statum qualitatis.

tionis approbatio, et si, quæ[15] incommoda consecutura sint, eo concesso, ostendetur;[16] id autem[17] ex honestatis et utilitatis partibus[18] sumetur, de quibus in deliberationis præceptis exponemus.[19] Et si cum definitione[20] nostra adversariorum definitionem conferemus, et nostram veram, honestam, utilem esse demonstrabimus; illorum, contra.[1] 55. Quæremus autem res,[2] aut majori,[3] aut minori, aut pari in negotio similes, ex quibus affirmetur[4] nostra descriptio. XVIII. Jam si res plures erunt definiendæ; ut, si quæratur, Fur[n] sit, an sacrilegus,[o] qui vasa ex privato sacra surripuerit; erit utendum pluribus definitionibus: deinde simili ratione causa tractanda.[5] Locus autem communis in ejus malitiam, qui non modo rerum, verum etiam verborum potestatem sibi arrogare conetur,[6] ut et faciat quod velit, et id quod fecerit, quo velit nomine appellet. [*p.* 69.] Deinde defensoris[7] primus locus est, item nominis brevis, et aperta, et ex opinione hominum descriptio, hoc modo: Majestatem minuere, est aliquid de republica, cum potestatem non habeas, administrare. Deinde hujus confirmatio[8] similibus et exemplis et rationibus. Postea sui facti ab illa definitione separatio. Deinde locus communis, per

monstretur: B *demonstrabitur.*—15 B M W, ω 1. Leid. 2. et ed. Omnib. *et quæ*, omisso *si.*—16 Sch. Voss. 1. Leid. 3. et unus Ms. ap. Lamb. cum edd. pr. *eis concessis:* alius Ms. Lamb. *ejus concessis.* Lamb. conj. *ea concessa*, prob. Ern. et quod Schutz. ac Wetzel. receperunt. Dein Sch. Voss. 1. *ostenditur:* Leid. 1. et Schutz. *demonstrabitur.*—17 ω 1. non habet *autem.*—18 M κ, ω 1. 2. Tur. Lamb. Lall. Schutz. et Orell. *ex hon. et ex util. part.*—19 W θ *ostendemus.*—20 L, Sch. a m. sec. *Et sic cum def.* Pal. 2. *Aut sic cum de def.* Libri Suffridi *Et si infirmabitur cum def.* Ed. Omnib. simpliciter *In def.*—1 Sch. Leid. 3. *econtra.*—2 ω 1. *Queremus enim;* et Sch. *has res.*—3 Sch. *aut a maj.* Leid. 1. *aut in maj.*—4 *Affirmetur* non est in κ.

CAP. XVIII. 5 B *tractanda. Ut si fur est de furto si sacrilegus de sacrilegio:* et sic κ in marg.—6 κ, Sch. Voss. 2. ed. Omnib. *conatur.*—7 Victorin. *Def.*

NOTÆ

[n] *Fur*] 'Qui alienam rem attrectavit,' id est, usurpavit, 'cum id se invito domino' rationis compote 'facere judicare deberet, furti tenetur.' Sabinus apud Gell. XI. 18.

[o] *Sacrilegus*] Sacrilegium est violatio rei sacræ quatenus sacra est. Violare autem rem sacram quatenus sacra est, aliud nihil est nisi agere aliquid ei cultui repugnans, cui destinata est. Sacrilegus, ut supra indicavimus, dicitur a sacris legendis sive surripiendis, quo sensu Virgil. ait Æn. X. 'Quid soceros legere et gremiis abducere pactas?'

quem facti utilitas aut honestas adaugetur.[9] 56. Deinde sequitur[10] adversariorum definitionis reprehensio, quæ iisdem ex locis omnibus, quos accusatori præscripsimus, conficitur:[11] et cetera post eadem præter communem locum inducentur. Locus autem communis erit defensoris is,[12] per quem indignabitur, accusatorem sui periculi causa[q] non res solum convertere, verum etiam verba commutare conari.[13] Nam illi quidem communes loci, qui aut calumniæ[14] accusatorum demonstrandæ, aut misericordiæ captandæ, aut facti indignandi,[r] aut a misericordia deterrendi[15] causa sumuntur, ex periculi magnitudine, non ex causæ genere, ducuntur.[16] Quare non in omnem causam, sed in omne causæ[17] genus incidunt. Eorum mentionem[18] in conjecturali constitutione fecimus. Inductione autem,[19] cum causa postulabit,[20] utemur.

XIX. 57. Cum autem actio translationis aut commutationis indigere videtur, quod non aut is agit quem oportet, aut cum eo quicum oportet,[1] aut apud quos, qua lege,[2] qua pœna, quo crimine, quo tempore oportet, constitutio translativa[p] appellatur.[3] Hujus nobis exempla[4] permulta opus

[q] *In suo defensoris periculo.*
[r] *Indignationis in aliquod factum commovendæ.*

deinde. Deest *deinde* Leid. 3.—8 W κ, ω 2. *confirmatio est:* M. *conf. est facienda:* Voss. 1. Leid. 3. *conf. facienda erit.*—9 M *augetur.*—10 Tur. Lamb. Schutz. et Orell. *sequetur.*—11 Sch. *præscribimus.* Tum Schutz. e conj. et Orell. *conficietur.*—12 Sch. a m. pr. et ω 2. omittunt *is.*—13 ω 1. *verum et verba.* M *mutare con.*—14 ω 1. *aut qui cal.*—15 ω 1. *aut misericordia devertendi.*—16 ω 1. *dicuntur.*—17 Deest *causæ* Voss. 1. Dein Leid. 2. *incident:* ed. Omnib. *incidet.* Lamb. *quare non in omne causæ genus incidunt.*—18 κ *Eorum siquidem ment.*—19 Edd. pr. *Ind. autem eorum locorum.* Vulg. *Ind. autem eorum.* Ern. delevit vocem *eorum;* quæ abest a M W θ, Tur. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. prob. Oud. et quam omittunt Schutz. Wetzel. et Orell.—20 M *expostulabit.*

CAP. XIX. 1 B L, Leid. 1. 2. Sch. a m. sec. et duo Mss. ap. Gronov. *aut non cum eo quicum op.* W *aut cum quo quod cum op.* Leid. 3. *aut cum eo quicum oporteret.*—2 L et Leid. 2. *aut apud quos oportet:* Sch. a m. sec. *aut non apud quos, aut non qua lege.*—3 ω 2. et Leid. 1. *nominatur.*—4 Sch. Voss. 1. 2. Leid.

NOTÆ

[p] *Constitutio translativa*] Cum reus neque factum negare, neque defendere potest, superest ut aliquo juris effugio causam tueatur; negetque se posse in jus vocari a tali accusatore, coram talibus judicibus, tali die, &c. atque hæc constitutio translativa appellatur.

sunt, si singula translationum genera quæramus:[5] sed quia ratio præceptorum similis est,[6] exemplorum multitudinem[7] supersedendum est.[s] Atque in nostra quidem consuetudine[q] multis de causis fit, ut rarius incidant translationes: nam et prætoriis[8] exceptionibus[r] multæ excluduntur actiones, et ita jus civile habemus constitutum, ut causa[9] cadat is, qui non, quemadmodum oportet, egerit. 58. Quare in jure[10] plerumque versantur. Ibi enim et[11] exceptiones postulantur, et quodammodo agendi[12] potestas datur, et omnis conceptio[s] privatorum judiciorum[13] constituitur. In ipsis autem judiciis rarius incidunt, et tamen si quando incidunt,[14] ejusmodi sunt, ut per se minus habeant firmitudinis, confirmentur[15] autem assumta alia[16] aliqua constitutione: ut in quodam judicio, cum venefici cujusdam nomen esset delatum,[t] et, quia parricidii causa subscripta esset, extra ordinem[17][t] esset acceptum,[u] cum

[s] *Abstinendum est.*
[t] *Cum quidam veneficus fuisset accusatus.*
[u] *Ejus actio recepta fuisset extra ordinem.*

3. *Ejus nobis exempla.*—5 Leid. 3. *requiramus.*—6 M *similis quidem est.* Purgoldus conj. *facilis est,* et Jacobs. *simplex* legend.—7 L W *multitudini.*—8 θ *nam ex et præt.* ω 2. *nam et ex præt.* L W, Leid. 1. *nam ex præt.* In L κ, ω 2. et omn. Mss. Oud. *prætoris.*—9 Leid. 3. ed. Omnib. *ut a causa.*—10 κ *in jure civili.*—11 Copula non est in θ et ω 1.—12 Sch. a m. pr. *et quonam modo agendi:* ω 1. *et agendi, et quonam modo agendi.*—13 Leid. 1. *omnis exceptio priv. jud.* θ *omnis conceptio præceptorum priv. jud.* Schutz. e conj. edidit *privatarum actionum.*—14 Leid. 2. *si aliquando inc.* Tum Voss. 2. *ejusmodi,* omisso *sunt.*—15 W θ κ, ω 1. Voss. 1. 2. Leid. 2. ed. Omnib. *confirmantur.*—16 Leid.

NOTÆ

[q] *In nostra quidem consuetudine*] Ætate Tullii, ut observat in hunc locum Victorinus, in ipsa causarum actione translatio aut non erat, aut rarius inveniebatur. Prætores enim qui juridicundo præerant, cum præscriberent quanam accusator, quanam reus deberet uti actione, cum exciperent quid non fieret, translationis controversiam auferebant. In ipso jure, hoc est, apud prætores qui non judicabant, sed dabant judices, cum de modo agendi quæreretur, exceptioni et translationi locus erat. Postquam autem jam litis forma esset constituta, in judicio nulla poterat esse translatio.

[r] *Prætoriis exceptionibus*] Consule notas in l. I. ad Herenn. § 22.

[s] *Conceptio*] A jureconsultis dicitur formula.

[t] *Extra ordinem*] Cum primo quoque tempore, prætermissis aliis quæ in judicium prius adducta fuerant, de

in accusatione[18] alia quædam crimina testibus et argumentis confirmarentur, parricidii autem solum[19] mentio facta esset: defensor in hoc ipso multum oportet et[20] diu consistat: cum de nece parentis nihil demonstratum sit, indignum facinus esse, ea pœna afficere[1] eum qua parricidæ afficiuntur:[2] id autem, si damnetur,[3] fieri necesse esse,[4] quoniam et id causæ subscriptum, et ex[5] ea re nomen extra ordinem sit acceptum. 59. Ea igitur pœna si affici reum non oporteat,[6] damnari quoque non oportere, quoniam ea pœna damnationem necessario consequatur.[7] Hic defensor pœnæ commutationem ex translativo genere[8] inducendo, totam[9] infirmabit accusationem.[u] Verum tamen ceteris quoque criminibus defendendis conjecturali constitutione[10] translationem confirmabit. XX. Exemplum autem translationis in causa nobis positum sit[11] hujusmodi: Cum ad vim faciendam quidam armati[12] venissent, armati contra præsto fuerunt,[x] et cuidam equiti Romano quidam ex armatis[y] resistenti,[13] gladio manum præcidit. Agit is, cui manus præcisa est, injuriarum: postulat is, quicum agitur, a prætore exceptionem,[z] EXTRA QVAM IN REVM CAPITIS PRAEIVDICIVM

[x] *Parati fuere ad vim repellendam.*
[y] *Aggredientibus.*
[z] *Ille, cui manus amputata est, intendit actionem injuriarum; is autem, cui intenditur, petit a prætore exceptionem, ut in se præjudicium non fiat tanquam in reum capitis.*

1. omittit *alia.*—17 M *et extra ord.*—18 Post *accusatione,* vox *autem* additur in Sch. Voss. 1. Leid. 3. et *ante* in ed. Omnib.—19 Leid. 1. *sola.*—20 θ *ut et:* Voss. 1. Leid. 3. *et ut.* Vulg. *ut.* Ern. *et* dedit, et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. *Et* quoque Sch. Leid. 2. Tur. et Lamb.—1 κ *affici.*—2 Ern. conj. *afficiantur.*—3 *Damnaretur* edd. ante Ern. qui e conj. dedit *damnetur;* et sic Schutz. et Wetzel.—4 Omnes Mss. Oud. et edd. vett. cum Oliv. *esset,* improb. Ern.—5 B M κ, Tur. omnes Mss. Oud. cum Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt præpositionem, prob. Oud.—6 Voss. 1. *oportet.*—7 Voss. 1. Leid. 3. *sequatur.*—8 M *genere causæ.*—9 ω 1. *tantam.*—10 Pro *conjecturali constitutione,* in Voss. 2. *conjectura* legitur.

Cap. XX. 11 Schutz. conj. legend. *in causa positæ sit nobis.*—12 θ *ex arma-*

NOTÆ

eo quod postremo venerat in judicium, inquirebatur, dicebatur causa agi extra ordinem.

[u] *Totam infirmabit accusationem*] Hoc patet ex causa proposita. Reus parricidii, si multis aliis criminibus, non tamen ipso parricidio convincatur, sic pro se perorabit. Neque parricidii, quod non probatum est, infligenda mihi pœna; neque aliorum

FIAT. 60. Hic is,[14] qui agit,[x] judicium purum[a] postulat: ille, quicum agitur, exceptionem addi, ait, oportere. Quæstio est, Excipiendum sit, annon. Ratio,[b] [15] Non enim oportet, in recuperatorio judicio,[c] ejus maleficii, de quo inter sicarios quæritur, præjudicium [16] fieri. Infirmatio rationis, Ejusmodi sunt injuriæ, ut de his indignum sit non primo quoque tempore [17] judicari. Judicatio, Atrocitas injuriarum [y] satisne causæ sit, quare, dum de ea judicetur,[18] de aliquo majore maleficio, de quo judicium comparatum sit, præjudicetur: atque exemplum quidem hoc est. In omni autem causa [19] ab utroque quæri oportebit, a quo, et per quos, et quo modo, et quo tempore aut

[a] *Sine ulla exceptione.*
[b] *Exceptionis ratio quam affert reus.*
[c] *In judicio quod per judices a prætore datos exercetur.*

tis.—13 Ed. Omnib. *resistens.*—14 *Hic* non est in κ, nec *is* in M.—15 θ *Ratio autem est.*—16 κ *judicium.*—17 L *primo quoque ante prætorem tempore.* Deest *tempore* Leid. 2.—18 Ed. Omnib. *cum de ea:* ψ *cum de ea re:* septem Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *dum ea.* W ω 1. et omnes Mss. Oud. excepto Leid.

NOTÆ

criminum, siquidem non inde judicium constitutum est.

[x] *Hic is, qui agit*] Ut implicatissima hæc controversia clare evolvatur, a capite accersenda est. Is cui manus præcisa est, intendit actionem injuriarum, ut et damnum et pœnam libere persequatur: reus autem petit a prætore exceptionem, ut omissa cædis actione de damnis resarciendis tantum agatur. Accusator judicium purum postulat, ut sine ulla exceptione et de crimine cædis et de damnis judicium feratur. Reus contendit exceptionem addi oportere: non judicandum de crimine cædis, sed tantum injuriarum. Quæstio est excipiendum sit, annon. Reus probat excipiendum hac ratione, quod in judicio recuperatorio primo loco non debeat de cæde cognosci. Opponit actor facinus esse tam atrox, ut indignum sit judicium injuriarum sive damni illati primo tempore fieri, et non præmitti judicium de crimine cædis. Atque hinc judicatio, quod præcipuum causæ caput est, oritur: an injuriæ quam quis in judicio persequitur atrocitas, sit sufficiens causa, quare dum de damnis per eam injuriam illatis judicatur, prius vel saltem eodem tempore judicium feratur de crimine cædis, quod gravius maleficium instituendi judicii occasionem dedit. Ait actor, ut inimici supplicio fruatur: negat reus, ut dum judices rationem damni resarciendi expendent, meritam pœnam aliqua saltem temporis mora retardet.

[y] *Injuriarum*] Generatim injuria dicitur omne quod non jure fit: speciatim autem alias contumelia dicta est, alias damnum culpa latum. Atrocitas injuriæ a facto, loco, persona, et tempore æstimatur, uti tradit in Institutionibus Justinianus.

agi, aut judicari, aut quid statui de ea re conveniat. 61. Id ex partibus juris, de quibus post dicendum est, sumi oportebit, et ratiocinari, quid in similibus rebus [20] fieri soleat, et videre, utrum malitia aliud agatur,[1] aliud simuletur, an stultitia, an necessitudine,[2] quod alio modo agi [3] non possit, an occasione [4] agendi sic sit judicium [5] aut actio constituta, an recte sine ulla re [6] ejusmodi res agatur. Locus autem communis [7] contra eum, qui translationem inducet, fugere judicium ac pœnam,[8] quia causæ diffidat. A translatione [9] autem, Omnium [10] fore perturbationem,[11] si non ita res agantur, et in judicium veniant,[12] quo pacto oporteat; hoc est, si aut cum eo agatur quicum non oporteat, aut alia pœna, alio crimine, alio tempore: [13] atque hanc rationem ad perturbationem judiciorum omnium pertinere. Tres igitur eæ constitutiones, quæ partes non habent, ad hunc modum tractabuntur. Nunc generalem constitutionem, et partes [14] ejus consideremus.

XXI. 62. Cum et facto et facti nomine concesso,[15] neque ulla actionis illata controversia, vis et natura, et genus negotii ipsius quæritur; constitutionem generalem appellamus. Hujus primas esse partes duas nobis videri diximus, negotialem et juridicialem, Negotialis est, quæ in ipso negotio juris civilis habet implicatam [16] controversiam. Ea est hujusmodi: [*p.* 70.] Quidam pupillum [2] hæredem

1. cum Lamb. *judicatur*, improb. Oud.—19 θ *causa translativa.*—20 κ *in similibus quoque rebus.*—1 Vulg. *quid aliud agatur.* Ern. e Sch. Guelf. 1. et duobus aliis Mss. delevit *quid*; quod deest etiam in Tur. Schutz. Wetzel. et Orell.—2 κ *aut stult., aut ex necess.*—3 ω 1. Sch. Voss. 2. Leid. 2. ed. Omnib. *agere.*—4 Leid. 3. *an in occ.*—5 κ *ag. est jud.*—6 Leid. 2. *sine aliqua re ulla.* Schutz. delevit *res*, et eum sequitur Wetzel.—7 κ *comm. est.*—8 M *judicium judiciorum ac pœnam.*—9 κ *diffidit*: et θ *At translationem.*—10 Schutz. e conj. *omnium rerum.*—11 L W θ κ *perturb. judiciorum.*—12 Quinque Oxonn. Mss. cum Oliv. *agatur* et *veniat.*—13 Lamb. *aut alio crim., aut alio temp.*—14 ω 2. *const., ad partes.*

CAP. XXI. 15 Suprascr. in Sch. 'al. *confesso.*'—16 Al. *implicitam.*—17

NOTÆ

[2] *Pupillum*] Pupillus est, auctore Pomponio, qui cum impubes est, in potestate patris esse desiit aut morte aut emancipatione: anno decimoquarto terminatur ætas pupillaris.

fecit; pupillus autem ante mortuus est,[17] quam in suam tutelam [18] venisset.[d] De hæreditate ea,[19] quæ pupillo venit, inter eos qui patris pupilli hæredes secundi [a] sunt, et inter agnatos [b] pupilli controversia est. Possessio hæredum secundorum est.[20] Intentio est agnatorum, Nostra pecunia est, de qua is, cujus agnati sumus, testatus non est.[e] Depulsio est,[1] Immo nostra, qui hæredes secundi [2] testamento patris sumus. Quæstio est, Utrorum sit? [3] Ratio est,[f] [4] Pater enim et sibi et filio testamentum scripsit, dum is pupillus esset. Quare, quæ filii fuerunt, testamento patris nostra fiant necesse est. Infirmatio est [5] rationis.[g] Immo pater sibi scripsit, et secundum hæredem non filio, sed sibi jussit esse. Quare, præterquam quod ipsius fuit, testamento illius [6] vestrum esse non potest.[h] Judicatio,[7] Possitne quispiam [8] de filii pupilli re testari; an hæredes secundi, ipsius patrisfamilias, non filii quoque ejus pupilli hæredes sint? 63. Atque hoc [9] non alienum est, quod ad multa pertineat, ne aut nusquam, aut [10] usquequaque [i] dica-

[d] *Mortuus est antequam desineret esse in tutorum potestate, et per ætatem prohibitus ne testamentum scriberet.*

[e] *Pater pupilli, aut pupillus ipse, nihil testamento decrevit.*

[f] *Eorum qui possessores sunt.*

[g] *Ex parte eorum qui petitores sunt.*

[h] *Ad vos substitutos hæredes nihil potest pertinere, nisi quod ad ipsum patrem in testamento pertinebat: porro nihil pertinuit ad patrem qui sua filio legaverat; nihil igitur ad vos pertinere potest.*

[i] *Aut nullo loco, aut omnibus locis.*

Lamb. *mortuus est ante.*—18 Duo Mss. *in sui tutelam;* quod placet Wowerio. Ern. e conj. cum Wetzel. dedit *venisset:* omnes aliæ edd. et Mss. *veniret.*—19 M *Et de hær. ea:* Leid. 1. Voss. 2. *De hær. illa.* Vox *illa* suprascr. in Sch. Pronomen deest ed. Omnib.—20 θ non habet *est.*—1 B et Sch. *Depulsio,* omisso *est.*—2 Deest *secundi* Sch. a m. pr. et Voss. 2.—3 θ *Utrumne sit.*—4 Sch. Voss. 2. ignorant verbum *est.*—5 B M W θ et Lamb. non habent *est;* nec paulo post, κ vocem *sibi.*—6 Voss. 1. *præterquod.* Dein Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. *in ipsius fuit test.* Plures Mss. et vulg. *ipsius fuit in test., ullius.* Ern. delevit *in,* et pro *ullius* dedit *illius,* auctoribus Mss. et edd. pr. 'Aldus primus dedit *ullius,* vitio, ut opinor, operarum.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—7 ω 2. *poterit:* et θ *Judicatio est.*—8 Omnes Mss. Ond. cum Junt. Lamb. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *quisquam.*—9 Sch. et Voss. 1. a m. pr. *At hoc:* Schutz. suspic. *Atque hic,* omisso *hic* ante *admonere.*—10 Sep-

NOTÆ

[a] *Hæredes secundi*] In jure substituti dicuntur, primi instituti.

[b] *Agnatos*] Qui sint diximus in notis ad l. 1. Herenn. § 23.

tur, hic admonere. Sunt causæ,[11] quæ plures habent rationes in simplici constitutione: quod fit,[12] cum id quod factum est, aut quod defenditur, pluribus de causis rectum aut probabile videri potest,[13] ut in hac ipsa causa: Supponatur enim ab hæredibus hæc ratio, Unius enim pecuniæ plures, dissimilibus de causis, hæredes esse non possunt, nec unquam factum est, ut ejusdem pecuniæ alius testamento, alius lege hæres esset: 64. infirmatio hæc[14] erit, Non est una[15] pecunia: propterea, quod altera jam erat pupilli adventitia;[k] cujus hæres non, illo tempore, testamento[16] quisquam scriptus erat, si quid pupillo accidisset: et de altera, patris etiam nunc mortui voluntas plurimum valebat,[17] quæ jam[18] mortuo pupillo suis hæredibus concedebat.[19] Judicatio est, Unane pecunia fuerit: ac, si[20] hac erunt usi infirmatione, Posse plures esse unius pecuniæ hæredes dissimilibus de causis;[1] de eo ipso judicatio nascitur,[2] Possintne ejusdem pecuniæ plures dissimilibus generibus esse hæredes.[3] XXII. Ergo una[4] in constitutione intellectum est, quomodo et rationes, et rationum infirmationes, et præterea judicationes plures fiant.

65. Nunc hujus generis præcepta[5] videamus. Utrisque, aut etiam[6] omnibus, si plures ambigent,[7] jus[c] ex quibus rebus constet, est considerandum.[l] Initium ergo

[k] *Non a patre transmissa, sed industria, aut quovis alio modo comparata.*

[l] *Petitor et possessor, vel etiam omnes, si plures contendant, attendere debent, quibus ex rebus jus compositum sit.*

tem Oxonn. Mss. cum Oliv. *ut.*—11 κ *Sunt autem causæ.*—12 ω 1. *sit.*—13 ω 2. *poterit.*—14 Vulg. *infirm. autem hæc.* Ern. delevit *autem;* quod abest ab L, Sch. Voss. 2. Id omittunt Schutz. Wetzel. et Orell.—15 ω 1. *Non enim una.* —16 Junt. Grut. Græv.-Burm. et Lall. *illo in temp.* Ern. delevit præpositionem; et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Tum Leid. 1. 2. 3. et Oxonn. Mss. *in test.* et sic vulg. Hic quoque Ern. delevit præpositionem; quæ abest a Voss. 1. 2. et quam non agnoscunt Schutz. Wetzel. et Orell. —17 Schutz. e Mss. Cass. Guelf. cum Wetzel. et Orell. *valebit.*—18 ω 1. *qui jam:* Schutz. e conj. ac Wetzel. *quæ illam.*—19 L, ω 1. Sch. Leid. 3. et unus Ms. ap. Lamb. *cedebat.*—20 ψ *at si:* octo Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *aut si.* —1 In M *hæredes* deest. Tum pro *in causis,* ω 1. habet *generibus.*—2 Voss. 1. *et de eo, &c.* Leid. 3. *etiam de eo, &c.* Sch. a m. pr. *et de eo ipso esse controversiam jud. nasc.* L θ *de eo ipso jud. alia nasc.*—3 Lamb. *hæredes esse.*

Cap. XXII. 4 *Una* abest a κ et Grev.—5 Pro *præcepta,* in M *exempla* legitur.—6 Sch. Voss. 2. *Utrique.* In *M. autem etiam.*—7 Sch. *ambient.*—8 ω 2

ejus ab natura ductum videtur: [8] quædam autem ex utilitatis ratione [9] aut perspicua nobis, aut obscura,[m] in consuetudinem venisse: [10] post autem, approbata quædam, aut a consuetudine aut a vero [11] utilia visa, legibus esse firmata: [12] ac naturæ quidem jus [d] esse,[13] quod nobis [14] non opinio, sed quædam innata vis afferat, ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, observantiam, veritatem. 66. Religionem,[e] eam, quæ in metu et cærimonia [15] Deorum sit, appellant: pietatem, quæ erga patriam, aut parentes, aut alios [16] sanguine conjunctos officium conservare [17] moneat: gratiam, quæ in memoria et remuneratione officiorum, et honoris [18] et amicitiarum observantiam teneat: vindicationem,[f] per quam, vim et contumeliam, de-

[m] *Quam distincte cognoscimus aut confuse.*

dictum; et Voss. 2. *videatur.*—9 κ *quædam juris autem ex:* ω 1. *quædam ex.* Tum θ κ *utilitatis obscura ratione.*—10 M et ω 2. *venisse videtur:* W θ κ, Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *venisse videntur.*—11 Sex Oxonn. Mss. cum Lamb. Oliv. et Schutz. *a cons. aut vero:* ψ, plerique Mss. Oud. ac Grut. Græv.-Burm. et Wetzel. *aut a cons. aut a vero:* ω 1. 2. Lall. et Orell. *a cons. aut a vero:* L M *a cons. aut in vero.*—12 M, Voss. 1. Leid. 3. *firmata videntur.*—13 L M κ et Mss. ap. Gronov. *jus esse videtur:* vulg. *jus est.* Ern. dedit *jus esse,* cum W θ, ω 1. Sch. Leid. 1. Voss. 2. Schutz. Wetzel. et Orell.—14 *Nobis* abest a Leid. 3.—15 Voss. 1. Leid. 1. 3. *in metu et in cærim.*—16 *Alios* in κ deest.—17 κ *observare.*—18 Vulg. *honorum.* Ern. cum B L M κ, ω 1. omnibus Mss. Oud. et

NOTÆ

[c] *Jus*] Qua notione hic sumitur est ars boni et æqui, ut definiunt jurisconsulti: si ars constat igitur ex præceptis; præcepta autem oportet esse certa: non igitur ex vagis hominum opinionibus, sed ex ratione naturali nobis ingenita colligenda sunt.

[d] *Naturæ quidem jus*] Jus naturale recte definitur a Tullio de Leg. lib. I. 'ratio summa insita in natura, quæ jubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria.'

[e] *Religionem*] 'Religiosum est,' inquit Massurius Sabinus apud Gell. IV. 9. 'quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est. Verbum a relinquendo dictum, tanquam cærimoniæ a carendo.'

[f] *Vindicationem*] Consule notas in l. I. de Orat. § 32. Vim vi repellere jure naturæ licitum est; at factam injuriam ulcisci, et ex inimici dolore lætitiam percipere, id a moribus non solum Christianis, sed etiam humanis alienum est. Ut quisque minime sequitur rationem ducem, ita vindictæ cupidissimus est. Juven. Sat. XIII. 'At vindicta bonum vita jucundius ipsa. Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis Interdum, aut levibus videas flagrantia causis... Quippe minuti Semper et infirmi est animi exiguique voluptas Ultio: continuo sic collige, quod vindicta Nemo magis gaudet quam fœmina.' Ceterum minus exacte dicitur per vindi-

fendendo aut ulciscendo, propulsamus a nobis, et a nostris, qui nobis[19] esse cari debent, et per quam peccata punimus: observantiam, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes veremur,[20] et colimus: veritatem, per quam damus operam, ne quid aliter,[1] quam confirmaverimus, fiat, aut factum aut futurum sit. 67. Ac naturæ quidem jura minus ipsa quæruntur[2] ad hanc controversiam, quod[3] neque in hoc civili jure versantur, et a vulgari intelligentia remotiora[4] sunt: ad similitudinem vero aliquam, aut ad rem[5] amplificandam sæpe sunt inferenda. Consuetudinis[6 g] autem jus esse putatur id, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobarit:[7] in ea autem jura sunt quædam ipsa jam certa propter vetustatem: quo in genere et alia sunt multa, et eorum multo maxima pars,[8] quæ prætores edicere consuerunt. Quædam autem genera juris, jam certa, consuetudine facta sunt: quod genus, pactum, par, judicatum.[9] 68. Pactum est, quod inter aliquos convenit, quod jam[10] ita justum putatur, ut jure præstari[11] dicatur.[n] Par, quod in omnes[12] æquabile est. Judicatum, de quo jam ante[13] sententia alicujus, aut aliquorum constitutum est.[14] Jam jura legitima ex legibus

[n] *Ut dicatur arctius obligare quam ipsum jus.*

edd. pr. dedit *honoris;* et sic Schutz. Wetzel. et Orell.—19 ψ *et a nostris, et ab his qui nobis.*—20 L κ, Sch. Leid. 1. 2. unus Ms. ap. Lamb. et duo Mss. ap. Gronov. ac edd. pr. ante Ald. *veneramur.* M et pauci alii *veneremur:* ψ et plerique Mss. ap. Gronov. cum Oliv. *reveremur:* Voss. 1. Leid. 3. *veneremus.* Vulg. *veremur.*—1 *Quid* in κ deest. Pro *aliter,* ψ habet *aliud.*—2 L *minus quidem quær.*—3 Sch. a m. pr. Voss. 1. *quæ.*—4 κ, Voss. 1. Leid. 3. *remota.*—5 θ *vero alia aut rem.*—6 Idem Ms. *Consuetudinem.*—7 κ *approbarit.*—8 ω 1. *multa et maxima pars.* B M W θ, ω 2. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *quam præt.*—9 Sch. a m. pr. *sunt: ut pactum:* ω 1. *sunt: quod genus est pactum.* Tum in M *judicatum dicitur.*—10 W θ et Lamb. omittunt *jam.*—11 W *putetur:* et ω 1. 2. ac vulg. *juri.* Septem Oxonn. Mss. et quatuor Mss. Oud. ac Mss. ap. Gronov. cum quibusdam edd. vett. et Schutz. Wetzel. et Orell. *jure.* Oud. e Mss. Leid. malit *jura.* Dein Ern. e conj. *præstari;* et sic Wetzel. Al. edd. et Mss. *præstare.*—12 Leid. 2. *in omnibus.*—13 B non habet *ante.*—14 Leid.

NOTÆ

cationem peccata puniri, cum hoc non sit vindictæ, sed animadversionis.

g *Consuetudinis*] Consuetudo jus est non scripto, sed moribus, id est, assiduis actibus introductum: legem imponit et abrogat.

cognosci [15] oportebit. His ergo ex partibus juris, quicquid aut[16] ex ipsa re, aut ex simili, aut ex majore minoreve [17] nasci videbitur, attendere,[18] atque elicere [19] pertentando unamquamque partem juris oportebit.[20] Locorum autem communium, quoniam (ut ante dictum est) duo sunt genera, quorum alterum dubiæ rei, alterum certæ continet amplificationem, quid ipsa causa det, et quid augeri per communem locum possit et oporteat, considerabitur. Nam certi, qui in omnes [1] incidant, loci, præscribi [2] non possunt: in plerisque fortasse ab auctoritate [3] jurisconsultorum, et contra auctoritatem dici [4] oportebit. Attendendum est autem et in hac,[5] et in omnibus, num quos locos [6] communes, præter eos quos exposuimus,[7] ipsa res ostendat. Nunc juridiciale genus et partes ejus consideremus.[8]

XXIII. 69. Juridicialis est, in qua æqui et iniqui natura, et præmii aut pœnæ ratio quæritur. Hujus partes sunt duæ, quarum alteram absolutam, assumtivam alteram nominamus. Absoluta est, quæ ipsa in se, non ut negotialis implicite et abscondite, sed patentius [9] et expeditius [o] recti et non recti quæstionem continet. [*p.* 71.] Ea est hujusmodi: Cum Thebani Lacedæmonios [10 h] bello superavissent, et fere mos esset Graiis,[p] cum inter se bellum gessissent, ut ii, qui vicissent, tropæum [i] aliquod in finibus

[o] *Clarius et explicatius.* [p] *Græcis.*

3. *constituta est.*—15 Sch. *agnosci.*—16 M et Sch. *quod quisque aut:* ω 2. Voss. 1. Leid. 3. *quod aut.*—17 ω 1. 2. Voss. 2. Leid. 1. 2. *aut maj. minoreve:* Voss. 1. Leid. 3. *vel maj. minoreve:* ed. Omnib. *aut ex maj. aut minore:* septem Oxonn. Mss. cum Junt. Lamb. et Oliv. *aut ex maj. aut ex minore.*—18 κ, ω 2. Leid. 1. 2. et Lamb. *quemque att.* sex Oxonn. Mss. cum ed. Omnib. Junt. et Oliv. *quisque att.* ω 1. Voss. 1. 2. Leid. 3. Grut. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. simpliciter *attendere.*—19 B M *elidere.*—20 Sex Oxonn. Mss. cum ed. Omnib. et Oliv. *debebit.*—1 Leid. 2. *in omnes causas,* ut volebat Lamb.—2 Victorin. *perscribi.*—3 Lamb. e conj. *pro auctoritate.*—4 κ, omnes Mss. Ond. et edd. pr. *duci.*—5 κ *in hac constitutione.*—6 Sch. *num aliquos locos:* κ *num quas alios locos:* M *utrum quos locos:* θ *numquid locos.*—7 ω 1. Sch. a m. sec. Voss. 2. et ed. Omnib. *quos nos exponimus:* ω 2. *quos nos exposuimus:* Leid. 1. Voss. 1. *quos exponimus.*—8 ω 2. *hujus;* et ω 1. *considerabimus.*

NOTÆ

[h] *Thebani Lacedæmonios*] De quibus dictum in notis ad lib. IV. Herenn. § 34.

[i] *Tropæum*] Maxime usitatum tro-

statuerent, victoriæ modo in præsentia declarandæ causa, non ut in perpetuum belli memoria maneret;[11] æneum statuerunt tropæum. Accusantur apud Amphictyonas,[k] id est, apud commune Græciæ concilium.[12][l] 70. Intentio est, Non oportuit. Depulsio est,[13] Oportuit. Quæstio est, Oportueritne. Ratio est, Eam enim ex bello[14] gloriam virtute peperimus, ut ejus æterna insignia posteris nostris relinquere vellemus. Infirmatio est, Attamen æternum inimicitiarum monumentum Graios de Graiis statuere non oportet. Judicatio est, Cum summæ virtutis celebrandæ[15] causa Graii de Graiis æternum inimicitiarum monumentum statuerint,[16] rectene, an contra fecerint. Hanc ideo rationem subjecimus, ut hoc causæ genus ipsum, de quo agimus, cognosceretur.[17] Nam si eam supposuissemus, qua fortasse usi sunt: Non enim juste, neque pie[18] bellum gessistis; in relationem criminis delaberemur, de qua post loquemur. Utrumque autem[19] causæ genus in hanc causam incidere perspicuum est. In hanc argumentationes ex iisdem locis sumendæ sunt, atque in causam negotialem, qua de[20] ante dictum est. 71. Locos autem communes et ex causa ipsa,[1] si quid inerit indignationis aut conques-

Cap. xxiii. 9 ω 1. *potentius*.—10 ω 1. *Lacedæmones*.—11 Leid. 2. *belli causa man*.—12 B L M W *Amphitrionas*. Verba *id est . . . concilium* suspecta Lambino et Oudendorpio. Schutz. ea delevit: Wetzel. uncis includit.—13 B *Depulsio*, omisso *est*.—14 Leid. 2. *in bello*.—15 B L M W, ω 2. et duo Mss. Gronovii, cum Orell. *concelebrandæ*. Aliæ edd. et Mss. *celebrandæ*.—16 W, Voss. 1. Leid. 1. 2. Sch. a m. sec. ac Lamb. *statuerunt*: κ *constituerunt*.—17 Sch. Voss. 1. Leid. 3. et duo Mss. Gronovii *demonstraretur*.—18 Sch. Voss. 1. 2. Leid. 2. *nec pie*.—19 Deest *autem* Leid. 3.—20 Al. *de qua*.—1 Sch.

NOTÆ

pæi sive trophæi genus, ut describit Virgil. Æn. xi. quercus ingens fuit, ramis undique decisis, hostium exuviis induta: fuere tamen etiam et lapidea, et ærea, et aurea tropæa.

[k] *Amphictyonas*] Conventum Græciæ celeberrimum; nomen habuit vel ab Amphictyone Deucalionis filio, qui gentes Græcas dicitur convocasse, ut auctor est Pausanias in Phocicis, vel quod undecumque ad id concilium ex tota Græcia conveniretur, ut in Attica historia tradit Androtion a Pausania in Phocicis laudatus.

[l] *Id est, apud commune Græciæ concilium*] Hæc verba glossema redolent: salva sententia deesse possunt.

tionis,[2] et ex juris utilitate, et natura[3] multos et graves sumere licebit, et oportebit, si causæ dignitas videbitur postulare. XXIV. Nunc assumtivam partem juridicialis[4] consideremus.

Assumtiva igitur tum dicitur, cum ipsum ex se factum probari non potest; aliquo autem foris[5] adjuncto argumento defenditur. Ejus partes sunt quatuor: comparatio, relatio criminis, remotio criminis,[6] concessio. 72. Comparatio[m] est, cum aliquod factum,[7] quod per se[8] ipsum non sit probandum,[9] ex eo, cujus id causa factum est, defenditur. Ea est hujusmodi: Quidam imperator, cum ab hostibus circumsideretur,[10] neque effugere ullo modo posset, depactus est cum eis,[11] ut arma et impedimenta[q] relinqueret, milites educeret:[12] itaque fecit: armis et impedimentis amissis, præter spem milites conservavit.[13] Accusatur majestatis.[r] Incurrit huc definitio.[s][14] Sed nos hunc locum, de quo agimus,[15] consideremus. 73. Intentio est, Non oportuit arma et impedimenta relinquere. Depulsio est, Oportuit. Quæstio est, Oportueritne. Ratio est, Milites enim omnes periissent.[16] Infirmatio est, aut conjecturalis, Non periissent: aut altera conjecturalis, Non ideo

[q] *Sarcinas et alia quævis ad usum exercitus.*
[r] *Ut reus violatæ majestatis.*
[s] *Hic locus ad definitionem criminis majestatis pertinet.*

non agnoscit vocem *communes.* Dein Voss. 2. Sch. a m. sec. *aut ex causa ipsa.* —2 Sch. a m. pr. Voss. 1. Leid. 3. *et conq.*—3 ω 1. et Leid. 2. *et ex nat.*

Cap. XXIV. 4 Leid. 3. *ab assumtiva parte.* Deest in M *juridicialis;* pro quo W θ habent *juridicialem.*—5 Sch. a m. pr. *alio autem forte.*—6 *Remotio criminis* in κ desunt, sed in marg. scribuntur. *Criminis* non est in L.—7 Sch. *Comp. est, quando aliq. factum.*—8 ω 1. et Sch. omittunt voces *per se.*—9 θ *approbandum.*—10 Leid. 2. *circumsederetur:* Voss. 2. *circumdaretur:* ed. Omnib. *circum obsederetur.*—11 A Leid. 3. absunt voces *cum cis;* pro quibus B M W θ κ habent *cum hostibus.*—12 *Relinqueret* non est in M. Lamb. habet *milites abduceret.*—13 L *servavit.*—14 Leid. 1. *Inc. hic def.* ed. Omnib. *Inc. huic def.* Post *definitio,* addunt Voss. 1. Leid. 3. *quid sit minuere majestatem;* et L W θ, ω 2. *quid sit lædere majestatem,* quæ verba agnoscunt edd. nonnullæ ante Lamb.—15 Voss. 2. *hunc comparationis locum.* B L M W ψ cum Oliv. *de quo*

NOTÆ

[m] *Comparatio*] Dicitur et compensatio, cum ostenditur alterum e duobus agendum fuisse, et quod actum est satius fuisse. Consulantur notæ in lib. II. Herenn. § 21. et lib. IV. § 34.

fecisti. Ex quibus sunt judicationes,[17] Periissentne? et, Ideone fecerit? aut hæc comparativa,[t] cujus nunc indigemus, At enim satius fuit amittere milites, quam arma et impedimenta hostibus concedere. Ex qua judicatio nascitur, Cum omnes perituri milites essent, nisi ad hanc pactionem venissent,[18] utrum satius fuerit[19] amittere milites, an ad hanc conditionem venire?[20] 74. Hoc causæ genus ex his locis tractari oportebit, et adhibere[1 n] ceterarum quoque constitutionum rationem atque præcepta; ac maxime conjecturis[2] faciendis infirmare illud, quod cum eo, quod crimini dabitur,[3] ii, qui accusabuntur, comparabunt. Id fiet, si aut id,[4] quod dicent defensores futurum fuisse, nisi id factum esset, quo de facto[5] judicium est, futurum fuisse negabitur: aut si alia ratione, et aliam ob causam, ac dicet se reus fecisse, demonstrabitur esse factum. Ejus rei confirmatio, et item contraria de parte infirmatio ex conjecturali constitutione sumetur. Sin autem[6] certo nomine maleficii[7] vocabitur in judicium, sicut in hac causa (nam majestatis arcessitur,[u]) definitione, et definitionis præceptis

[t] *Hæc judicatio qua res una cum altera comparatur.*
[u] *Vocatur in judicium propter crimen imminutæ majestatis.*

agitur.—16 Voss. 1. Leid. 3. *perirent.*—17 Voss. 2. Pal. 1. *judicationes*, omisso *sunt:* B et Voss. 1. *est judicatio:* ω 1. et Sch. *judicatio est*, prob. Grut. L W θ *judicatio est, vel sunt judicationes.*—18 Schutz. e conj. cum Wetzel. *venisset.* Gronovius suspic. *venissem* legend.—19 κ *utrumne:* et M *satius fuit.*—20 Sch. *ad hanc pactionem venire.*—1 M, ω 2. Grev. et Orell. *ex suis locis:* Schutz. *et ex suis locis.* Vulg. *ex his locis.* Dein Voss. 1. *tractare convenict. Oportebit adh.* Sch. Voss. 1. Leid. 3. Wetzel. et Orell. *tractari oportebit, et adh.* ut conj. Lamb. A Voss. 2. et Leid. 2. abest quoque *conveniet.* In Leid. 2. *tractari oportebit. Oportet adh.* Schutz. *tractare oportebit, et adh.* ω 1. *tractare oportebit. Adhibere:* Guelf. 1. *tractari convenit et op. adh.* B *tractari et adh.* Vulg. *tractari conveniet. Oportebit adh.*—2 ω 2. *in conjecturis.*—3 M *quod criminabitur.*—4 Leid. 3. *Id autem fiet;* et Voss. 2. *non aut id.*—5 Al. *de quo.* Suprascr. in M *factum.*—6 ω 1. Sch. Leid. 2. *sumitur.* Tum ω 1.

NOTÆ

[n] *Oportebit, et adhibere* [*Oport. adh.*] In statu comparationis actor ceterarum constitutionum ac maxime conjecturalis utatur subsidio: sic in exemplo mox allato, imperator majestatis accusatus, fuisse periturum ait exercitum, nisi arma traderet hostibus; actor vel ex conjecturali constitutione persuadeat, non fuisse periturum si acriter restitissent, vel demonstret salvis aliquot ignavis militibus minorem in remp. redundare utilitatem, quam armorum deditione ignominiæ notam.

uti oportebit.[8] XXV. Atque hoc quidem plerumque in genere[x] accidit, ut et[9] conjectura et definitione utendum sit. Sin aliud quoque aliquod genus incidet,[10] ejus generis[11] præcepta licebit huc pari ratione transferre. Nam accusatori maxime est in hoc elaborandum,[12] ut id[13] ipsum factum, propter quod sibi reus concedi[y] putat[14] oportere, quam plurimis infirmet rationibus. Quod facile est,[15] si quamplurimis constitutionibus aggreditur[16] id improbare. 75. Ipsa autem comparatio, separata a ceteris generibus controversiarum, sic ex sua vi considerabitur, si illud, quod comparabitur, aut non honestum,[o] aut non utile, aut non necessarium fuisse, aut non tantopere utile, aut non tantopere honestum, aut non tantopere necessarium demonstrabitur.[17] Deinde, oportet accusatorem, illud, quod ipse arguat,[18] ab eo, quod defensor comparat,[19] separare. Id autem faciet, si demonstrabit, non ita fieri solere, neque

[x] *Comparativo.* [y] *Indulgeri.*

Si autem.—7 κ *maleficium.*—8 Sex Oxonn. Mss. cum Oliv. *oportet.*

Cap. XXV. 9 Octo Oxonn. Mss. et omnes Mss. Oud. ac tres Mss. ap. Lamb. cum ed. Omnib. Junt. Crat. Lamb. et Oliv. *Atque hæc quidem plerumque in hoc gen.* nisi quod Leid. 2. *in* omittat. ω 1. *Atque hæc quod plerumque in hoc gen.* Pall. omnes *Atque hoc quidem plerumque in hoc gen.* Schutz. et Orell. *Atque hoc quidem plerumque in hoc gen.* quo modo Lamb. conj. legend. aut *Atque hoc quidem plerumque in gen.* ut Grut. Græv.-Burm. Lall. et Wetzel. habent. Tum B L M W θ κ, ω 2. omnes Pall. et omnes Mss. Oud. ac tres Mss. ap. Lamb. cum ed. Omnib. *accidunt:* ω 1. *accidant:* ψ, Junt. Crat. Lamb. et Oliv. *incidunt.* Vulg. *accidit.* Denique ed. Omnib. *ut in conj.* L κ ψ, ω 1. 2. omnes Pall. ac Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. *ut conj.* Ern. e Mss. edidit *ut et conj.* quod habent B M W θ, omnes Mss. Oud. cum Schutz. Wetzel. et Orell.—10 L θ κ, Leid. 2. *Sin autem aliud quoque.* Tum Sch. *incidit.*—11 θ *et ejus gen.*—12 Ab ed. Omnib. absunt *ab hoc.* Sch. Voss. 1. Leid. 3. *laborandum.*—13 ω 1. non habet *id.*—14 B L et Leid. 2. *putet.*—15 Schutz. *facile erit.*—16 B L M, ω 1. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. ed. Omnib. Grut. et Schutz. *aggredietur;* et ita legend. Lamb. censuit. Vulg. *aggrediatur.* Ern. e Cass. dedit *aggreditur;* et ita habent θ et Wetzel.—17 *Demonstrabitur* abest a Mss. plerisque, etiam Sch. Voss. 2. ed. Omnib. ac Mss. ap. Ern. qui *fuisse,* quod omnes habent, expunxit; et eum sequuntur Schutz. et Wetzel. Vulg. *necess. fuisse demonstrabitur.*—18 Schutz. e conj.

NOTÆ

[o] *Aut non honestum, &c.*] Ut in eodem hæreamus exemplo, actor ostendet turpe fuisse pactione ignava vitam redimere: non utile reip. cum id facinus in pessimum trahi possit exemplum: non necessarium, cum armati, quibus animus non deest, quidvis audeant.

oportere, neque esse rationem, quare hoc propter hoc[20] fiat, ut, propter salutem militum, ea, quæ salutis causa comparata sunt, hostibus tradantur. Postea comparare oportebit cum beneficio maleficium, et omnino id, quod arguitur, cum eo, quod factum ab defensore laudatur,[1] aut faciendum fuisse demonstrabitur,[2] contendere,[z] et hoc extenuando, maleficii magnitudinem simul adaugere. Id fieri poterit, si demonstrabitur, honestius, utilius, magis necessarium fuisse id quod[3] vitarit reus, quam illud quod fecerit. 76. Honesti autem et utilis et necessarii vis et natura in deliberationis præceptis cognoscetur. Deinde oportebit ipsam[4] illam comparativam judicationem exponere, tanquam causam deliberativam, et de ea ex deliberationis[5] præceptis deinceps[6] dicere. Sit enim hæc judicatio,[7] quam ante exposuimus. Cum omnes perituri milites essent, nisi ad hanc pactionem venissent,[8] utrum satius fuerit perire milites, an[9] ad hanc pactionem venire. Hoc ex locis deliberationis,[p] quasi aliquam in consultationem res veniat,[10] tractari oportebit. XXVI. Defensor autem, quibus in locis ab accusatore aliæ constitutiones erunt inductæ, [*p.* 72.] in iis ipse quoque ex iisdem constitutionibus defensionem comparabit: ceteros autem omnes locos, qui ad ipsam comparationem pertinebunt, ex contrario tractabit. 77. Loci communes erunt,[11] accusatoris, in eum, qui cum de

[z] *Comparare.*

cum Wetzel. edidit *arguit.*—19 Lamb. *comparet.*—20 Voces *propter hoc* in κ desunt.—1 θ κ, ω 2. omnes Mss. Oud. cum Grut. Græv.-Burm. et Lall. *laudabitur:* B L M W ψ, ω 1. Guelf. 2. Junt. Lamb. Oliv. Schutz. Wetzel. et Orell. *laudatur.*—2 B L M W ψ, ω 1. Junt. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *demonstratur.* 'Præstet fortasse,' ait Orell. '*arguetur* ... *laudabitur* ... *demonstrabitur.*'—3 Vulg. *fuisse illud quod.* Ern. correxit e Leid. 2. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *fuisse id quod.* ω 2. Guelf. 1. *fuisse quod.*—4 In θ *ipsam* omittitur.—5 θ *et de ea ut ex del.*—6 *Deinceps* abest ab ω 1. Sch. Leid. 3.—7 Voss. 1. *Sit enim in hac judicatione.*—8 Schutz. e conj. *venisset.*—9 ψ *quam.*—10 Leid. 1. *veniant.*

Cap. XXVI. 11 Vulg. *Loci autem comm.* Ern. delevit *autem*, quod omittunt B L M W κ, ω 1. omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. Lamb. Schutz. Wetzel.

NOTÆ

p *Ex locis deliberationis*] Quatuor enumerat Dionysius Hal. justum, utile, honestum, possibile; ex quibus deliberationum capita ducuntur.

facto turpi aliquo, aut inutili, aut utroque[12] fateatur, quærat tamen aliquam defensionem, et facti inutilitatem,[13] aut turpitudinem cum indignatione proferre; defensoris,[14] nullum factum inutile, neque turpe, neque item utile, neque honestum putari[15] oportere, nisi, quo animo, quo[16] tempore, qua de causa factum sit, intelligatur: qui locus ita communis est, ut bene tractatus in hac causa, magno ad persuadendum momento futurus sit: et alter locus,[17] per quem magna cum amplificatione, beneficii magnitudo ex utilitate, aut honestate,[18] aut facti necessitudine demonstratur: 78. et tertius, per quem res expressa verbis, ante oculos eorum, qui audiunt, ponitur, ut ipsi se quoque idem[19] facturos fuisse arbitrentur, si sibi illa res, atque ea faciendi[20] causa per idem tempus accidisset.

Relatio criminis est, cum reus id, quod arguitur, confessus, alterius se inductum peccato, jure fecisse demonstrat. Ea est hujusmodi: Horatius,[1 q] occisis tribus Curiatibus,[2] et duobus amissis fratribus, domum se victor recepit. Is animadvertit[3] sororem suam de fratrum morte non laborantem: sponsi autem nomen appellantem identidem Curiatis[4] cum gemitu et lamentatione. Indigne[5] passus, virginem occidit. Accusatur.[r] 79. Intentio est, Injuria so-

et Orell. Pro *erunt*, B M W, ω 1. Leid. 1. Voss. 2. habent *inerunt*.—12 Sch. a m. sec. et Ms. Cass. *utrumque*.—13 Al. non habent *et*. In W θ *facti utilitatem*.—14 Vulg. *def. est*. Ern. e Guelf. 1. 2. delevit *est*; et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—15 θ *putare*.—16 ω 1. omittit *quo*.—17 Leid. 2. *et alterius locus*. Deest *locus* Leid. 3.—18 M *atque hon*.—19 κ *eadem*.—20 κ *perficiendi*.—1 ω 2. *Oratius*.—2 ψ, ω 1. Leid. 3. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Orell. *Curiatiis*: Pal. 2. et Leid. 3. *Curiatis*. E Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. et Mss. suis, atque edd. pr. *Curiatibus* edidit Ern. item etiam B L M W θ κ, ω 2. et Wetzel.—3 θ, ω 2. Leid. 1. *Is cum animadv.* ed. Omnib. *Is cum animadverterit*.—4 Leid. 3. *Curiati*: κ ψ, ω 1. 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. Lamb. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Orell. *Curiatii*: B L M W θ,

NOTÆ

q *Horatius*] A. U. C. 87. ante Chr. 667. bello Romanos inter et Albanos parato finem imposuit memorabilis trigeminorum fratrum hinc inde pugna, quam fuse et eleganter Livius lib. I. refert; observatque, etsi res antiqua nulla sit nobilior, tamen in re tam clara, utrius populi Horatii, utrius Curiatii fuerint, auctores utroque trahere: plures tamen inveniri, qui Romanos Horatios vocent, et in eam se ait opinionem inclinare.

r *Accusatur*] Horatius, interfecta sorore, in jus ad Tullum Hostilium

rorem occidisti. Depulsio est,[6] Jure occidi. Quæstio est, Jurene occiderit. Ratio est, Illa enim hostium mortem lugebat, fratrum negligebat:[7] me et populum Romanum vicisse moleste ferebat. Infirmatio est, Tamen a fratre indemnatam[8] necari non oportuit. Ex qua judicatio fit:[9] Cum Horatia fratrum mortem negligeret, hostium lugeret, fratris[10] et populi Romani victoria non gauderet, oportueritne eam a fratre indemnatam necari? XXVII. Hoc in genere causæ,[11] primum si quid ex ceteris[12] dabitur constitutionibus, sumi oportebit,[a 13] sicut in comparatione præceptum est:[14] postea si qua facultas[s] erit, per aliquam constitutionem illum, in quem crimen transfertur,[15] defendere:[b] 80. deinde, levius esse,[t] quod in alterum peccatum[16] reus transferat, quam quod ipse susceperit:[17] postea translationis partibus uti,[u] et ostendere a quo, et per quos, et quo modo, et quo tempore aut agi, aut judicari, aut statui

[a] *Si quid, quod a nobis faciat, sese obtulerit.* [b] *Oportebit.*

Junt. et Wetzel. *Curiatis.*—5 Lamb. *Hoc indigne.*—6 κ *Depulsio,* sine *est.*—7 θ *fratrum naturam negl.* Voss. 1. *fratrem negl.*—8 Sch. Voss. 1. *indamnatam.*—9 B L κ *Ex quo;* et θ *jud. est.*—10 B L M W, ω 2. Oliv. et Lall. *de fratris.*

CAP. XXVII. 11 Post *causæ,* Sch. addit *quidem.*—12 Leid. 2. *de ceteris.*—13 Lamb. et Schutz. *sumi ab accusatore oport.*—14 ω 1. *sicuti præc. est:* ω 2. et Lamb. *sicuti in comp. præc. est.*—15 Pro *crimen,* in M *culpa.* B L M W θ κ, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. *transferetur:* ω 1. *transferatur.*—16 ω 2. *illud peccatum quod in alt.* Vulg. *illud quod in alt. pecc.* Ern. cum Schutz. et Wetzel.

NOTÆ

regem raptus est: a Tullo duumviri capitales ex lege facti qui Horatio perduellionem judicarent. Hic damnatus, jamque comprehensus a lictore, ad populum auctore Tullo provocat: quo in judicio, maxime Horatio patre proclamante se filiam jure cæsam judicare, populus patris lacrymis commotus filium absolvit, magis admiratione virtutis, quam jure causæ. Livius lib. I.

[s] *Postea si qua facultas*] In relatione criminis præceptorum usum accommodemus proposito Horatii exemplo. Accusandus est Horatius? defendenda ejus soror per aliquam constitutionem, v. g. conjecturalem. Flevit illa quidem; at non odio patriæ victoriam fratris, sed amore licito sponsi mortem deploravit.

[t] *Levius esse*] Esto sane peccaverit aliquid Horatia; quanto gravius Horatius, cum inflammatus furore crudeli parricidio sororem gladio transfixit!

[u] *Translationis partibus uti*] Mortem meruerit soror: hanc inferre non debuit frater indemnatæ, neque lætitiam civitatis intempestiva cæde turbare.

de ea re convenerit; ac simul ostendere, non oportuisse ante supplicium, quam judicium, interponere.[c] Tum [18] leges quoque [x] et judicia demonstranda sunt, per quæ potuerit [19] id peccatum, quod sponte sua reus punitus sit,[d] moribus [20] et judicio vindicari. Deinde negare debebit,[1] [y] audiri oportere id, quod in eum criminis conferatur, de quo is [2] ipse, qui conferat, judicium fieri noluerit: et id, quod judicatum non sit, pro infecto haberi oportere: 81. postea impudentiam demonstrare [3] eorum, qui eum nunc apud judices accusent, quem sine judicibus ipsi condemnarint: et de eo judicium faciant, de quo jam ipsi supplicium sumserint. Postea perturbationem judicii futuram dicemus,[4] et judices longius, quam potestatem habeant, progressuros, si simul et de reo, et de eo, quem reus arguat,[5] judicarint: deinde, hoc si constitutum sit, ut peccata homines peccatis, et injurias injuriis ulciscantur, quantum incommodorum [6] consequatur: ac si idem facere ipse,[7] qui nunc accuset,[z] voluisset,[8] ne hoc quidem ipso quicquam opus fuisse judicio: [9] si vero ceteri quoque idem faciant,[10] om-

[c] *Exempli gratia, in causa Horatii non debuisse sumi supplicium de ejus sorore, antequam judicium de ea esset institutum.*

[d] *Ultus fuerit.*

delevit *illud*, quod abest a Voss. 1.—17 ω 1. *suscepit:* θ *susceperat.*—18 Deest *Tum* Voss. 1.—19 W θ *potueritne.*—20 ω 1. *majoribus.*—1 *Debebit* abest a Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3.—2 Sch. Voss. 1. omittunt *is.*—3 κ *imprudentiam monstrare.*—4 ω 1. *dicet.* Lamb. et Schutz. deleverunt *dicemus:* Wetzel. et Orell. uncis includunt.—5 Sch. *quem reus accusat.*—6 ω 1. *incommodum.*—7 Leid. 2. *ille.*—8 Ern. e conj. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *accuset.* Tum B ψ et ed. Omnib. *valuisset.* Post *voluisset*, additur in Voss. 1. Leid. 3. *si potuisset sine judicio, quem accusat, punire:* in Sch. est hæc nota marginalis.—9 Pro *quidquam*, quod in M deest, ω 1. habet *quoque.* Dein octo Oxonn. Mss. et paucæ edd. *fuisset jud.*—10 Post *ceteri*, addit Leid. 3. *ut sine judicio*

NOTÆ

[x] *Tum leges quoque*] Si facinus admisit, ex æquitate legum, immo ex judiciorum severitate plectatur.

[y] *Negare debebit, &c.*] Judicium de sororis crimine noluit Horatius institui; quid eum audimus sorori crimen exprobrantem? Eam nunc coram judicibus accusat, quam sine judicibus condemnavit, et morte affecit.

[z] *Si idem facere ipse, qui nunc accuset, &c.*] Si vestigiis Horatii voluisset accusator insistere, potuisset ipsum Horatium ut parricidii reum sine judicio interficere. Occidit indemnatam sororem Horatius, Horatium indemnatum occideret accusator; et sic omnis judiciorum ratio subverteretur.

nino judicium nullum futurum. 82. Postea demonstrabitur, ne, si judicio quidem illa damnata esset, in quam id crimen ab reo[11] conferatur, potuisse hunc ipsum de illa supplicium sumere: quare esse indignum,[12] eum, qui ne de damnata[13] quidem pœnas sumere potuisset,[14] de ea supplicium sumsisse, quæ ne adducta quidem sit in judicium.[15] Deinde postulabit, ut legem, qua lege[16] fecerit, proferat. Deinde quemadmodum in comparatione præcipiebamus,[17] ut illud quod comparabitur,[18] extenuaretur ab accusatore quammaxime; sic in hoc genere oportebit illius culpam, in quem crimen transferetur,[19] cum hujus maleficio, qui se jure[20] fecisse dicat, comparare. Postea demonstrandum est, non esse illud ejusmodi, ut ob id[1] hoc fieri conveniret. Extrema est, ut in comparatione,[2] assumtio judicationis, et de ea per amplificationem ex deliberationis præceptis[a] dictio.[e 3] XXVIII. 83. Defensor autem, quæ per alias constitutiones inducentur,[4] ex iis locis, qui traditi sunt, infirmabit: ipsam autem relationem comprobabit, primum augendo ejus,[b] in quem refert[5] crimen,

[e] *In relatione criminis, sicut in comparationis statu, hoc ultimo agendum est, ut assumatur id, in quo summa causæ vertitur, et de eo disseratur per amplificationem juxta præcepta deliberationis.*

puniant eos quos accusant; quæ verba suprascr. in Sch. Unus Ms. ap. Lamb. post *faciant*, addit, *ut sine judicio eos puniant quos accusant.*—11 M et ω 1. *ab eo.*—12 Voss. 2. *quare esse dicet ind.*—13 θ *nec dam.* ω 2. *ne de indempnata.*—14 B M W θ, ω 2. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. et Mss. ap. Gronov. *sum. ipse pot.*—15 θ *quæ nec adducta;* et L, Sch. Voss. 1. *ad judicium.*—16 *Lege* in κ deest.—17 Leid. 3. *præcipiebatur.*—18 ω 1. *comparatur:* Guelf. 2. et Sch. *compararetur.* Vulg. *comparabatur.* Ern. e Cass. edidit *comparabitur;* et eum Wetzel. sequitur.—19 ω 1. *crimen in quem transferatur.* In κ quoque *transferatur:* Sch. Voss. 1. *transfertur.*—20 Sch. a m. pr. *rem jure,* suprascr. *se:* L *rem se jure:* M *se rem jure.*—1 θ non habet *id.* Mox, Ern. suspicatur scribend. aut *convenerit,* aut *conveniat.*—2 ω 1. *Extrema est autem, sicut in comp.* —3 Sch. a m. pr. Leid. 3. *præc. dicatur.*

CAP. XXVIII. 4 κ *inducuntur.*—5 M W θ κ, quatuor Mss. Oud. et ed.

NOTÆ

[a] *Ex deliberationis præceptis*] Demonstranda est æquitas, utilitas, honestas sententiæ in Horatium ferendæ.

[b] *Augendo ejus, &c.*] Hærebimus in eodem Horatii exemplo. De fratris victoria, de parta patriæ salute dolere, hostis necem, triumphantis urbis plausus iniquo animo ferre, quantum facinus! Aliorum hujus status locorum per se facilium exempla quivis assequi potest.

culpam et[6] audaciam, et quammaxime per indignationem, si res feret, juncta[7] conquestione, ante oculos ponendo.[8] Postea levius demonstrando reum punitum,[9] quam sit ille promeritus, et suum supplicium[10] cum illius injuria conferendo.[11] Deinde oportebit eos locos, qui ita erunt ab accusatore tractati, ut refelli,[12] et contrariam in partem[c] converti possint,[13] quo in genere sunt tres extremi, contrariis rationibus infirmare. 84. Illa autem acerrima accusatorum criminatio, per quam perturbationem fore omnium judiciorum demonstrant,[14] si de indemnato[15] supplicii sumendi potestas data sit, levabitur,[16] primum si ejusmodi demonstrabitur injuria, ut non modo viro bono, verum omnino homini[17] libero videatur non fuisse toleranda: deinde ita perspicua, ut ne ab ipso quidem, [*p.* 73.] qui fecisset,[18] in dubium vocaretur: deinde ejusmodi,[19] ut in eam is maxime debuerit animadvertere, qui animadverterit;[20] ut non tam rectum, non tam fuerit honestum, in judicium illam rem pervenire,[1] quam eo modo, atque ab eo vindicari,[2] quomodo et a quo sit vindicata: postea sic rem fuisse apertam, ut judicium de ea re fieri nihil attinuerit. 85. Atque hic demonstrandum[3] est rationibus, et rebus similibus,[4] permultas ita[5] atroces et perspicuas res esse,

Lamb. *referet:* ω 2. Leid. 1. *referut:* ω 1. *transferret:* ed. Omnib. *feret.*—6 In κ copula omittitur.—7 θ *juncta feret.*—8 Sch. *ponenda,* 'prave,' ait Ond.—9 ω 1. *dem. se pun.* Sch. *se pun. demonstrandum,* et a m. sec. *demonstrando se reum punit.*—10 In Mss. ap. Ond. *quam sit illius pro meritis:* unde Schutz. de Ond. conj. recepit *quam illius pro meritis.* Lamb. censet legend. *quam sit ille meritus.* Porro Schutz. suspicatur corrigend. *et sumtum supplicium.*—11 Sch. *conferendum.*—12 κ *ut et ref.*—13 Leid. 3. *conv. non possint.*—14 ω 1. *judicatorum;* ei W *demonstratur.*—15 Sch. *de indamnato:* Voss. 2. *de indemnatis.*—16 Leid. 1. *leviabitur;* θ κ, Voss. 1. Leid. 2. 3. *alleviabitur,* 'barbare pro *elevabitur,*' ait Ond. In ω 2. *alleviabitur hoc modo.*—17 Quædam edd. ante Lamb. *verum etiam hom.*—18 Leid. 2. *quod fec.*—19 Leid. 2. *deinde de ejusm.* Tum Lamb. *ut in eum.*—20 Leid. 2. *quod animadv.* Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. *qui animadvertit.*—1 B *venire:* Sch. a m. pr. Voss. 1. *pertinere.*—2 Vulg. *vindicure.* Ern. e Mss. Cass. Guelf. 1. 2. Leid. 2. 3. et edd. vett. correxit *vindicari;* quod habent etiam Schutz. Wetzel. et Orell.—3 M *Atque hoc dem.*—4 Leid. 1. *et his sim. rebus.*—5 θ non habet *ita.* Mox, in eodem Ms. desunt

NOTÆ

[c] *Contrariam in partem*] Ut, e. g. cum superius dictum fuerit ab accusatore, non debuisse a fratre sororem occidi, reus contendat magis a fratre debuisse.

ut de his non modo non necesse sit, sed ne utile quidem, quam mox[6] judicium fiat, expectare. Locus communis[7] accusatoris in eum, qui cum id, quod arguitur, negare non possit, tamen aliquid sibi spei comparet ex judiciorum[8] perturbatione. Atque hic[9] utilitatis judiciorum demonstratio, et de eo conquestio, qui supplicium dederit indemnatus; in ejus autem,[10] qui sumserit, audaciam et crudelitatem, indignatio. 86. Ab defensore,[11] in ejus, quem ultus sit, audaciam sui conquestione:[12] [d] rem non ex nomine ipsius negotii, sed ex consilio ejus qui fecerit, et causa, et tempore considerari oportere: quid mali futurum sit, aut ex injuria, aut ex scelere[13] alicujus, nisi tanta et tam perspicua audacia ab eo, ad cujus famam, aut ad parentes aut ad liberos pertinuerit,[14] aut ad[15] aliquam rem, quam caram esse omnibus, aut necesse est, aut oportet esse, fuerit vindicata.[16]

XXIX. Remotio criminis est, cum ejus intentio[17] facti, quod ab adversario infertur, in alium, aut in aliud demovetur.[18] Id fit bipertito: nam tum causa,[19] tum res ipsa removetur.[f] 87. Causæ remotionis hoc nobis exemplo sit:[20] Rhodii quosdam legarunt Athenas.[1] Legatis quæ-

[f] *Id fit duplici modo; nam culpa conjicitur vel in personam vel in rem: hoc sit exemplum culpæ conferendæ in personam.*

voces *non modo.*—6 Vulg. *quin mox.* Ern. e conj. edidit *quam mox;* et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—7 B *expectari:* et κ *Locus autem comm.* —8 Leid. 1. ed. Omnib. *aliquod sibi spei;* et θ *comparat et ex jud.*—9 In ω 1. deest *hic.*—10 Deest *autem* Sch. a m. pr. Tum Leid. 2. *quod sumserit.* Mox κ, Leid. 1. 3. *indignatio est.*—11 κ *Ab def. est:* ω 2. *Ob def.*—12 ψ et Orell. *aud. sui conquestio:* Lamb. Oliv. Lall. Schutz. et Wetzel. *aud. conquestio:* Junt. et Græv.-Burm. *aud. conquestione:* Leid. 2. *aud. sua conquestione:* Sch. a m. pr. *aud. conquestio est:* Leid. 3. *aud. conquestione est:* B M W θ κ, ω 1. 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. et omnes Pall. cum Vict. Manut. Grut. *aud. sui conquestione.* Tum ω 2. *et rem.*—13 Sch. Voss. 1. 2. *aut scel.* omissa præpositione.—14 κ, Sch. Leid. 3. *pertinet.*—15 Leid. 1. Voss. 2. carent præpositione.—16 Voss. 2. *oport. esse vind.* Sch. *oport. esset vind.* Voss. 1. Leid. 3. *oport. esse, sit vind.* θ *oport. esse, fuerit judicata.*

CAP. XXIX. 17 ω 2. *hujus int.*—18 Sch. *aut in aliud crimen dem.* Lamb. *removetur:* al. *dimovetur.*—19 κ *Et id fit bip.* Voss. 1. Leid. 3. *Nam tum causa ipsa.*—20 Sch. Leid. 1. *Causa remot.* Tum κ et ω 1. *exemplum sit.*—1 Sch. *legatorum Ath. miserunt:* Voss. 1. *legatos Ath. miserunt.* In B M *lega-*

NOTÆ

[d] *Sui conquestione*] Legendum fortasse, ut conjiciunt Lambinus et Gulielmius, *sit conquestio.*

stores sumtum, quem oportebat[2] dari, non dederunt. Legati profecti non sunt. Accusantur. Intentio est, Proficisci oportuit. Depulsio est,[3] Non oportuit. Quæstio est, Oportueritne. Ratio est, Sumtus enim qui de publico dari solet, is ab quæstore[4] non est datus. Infirmatio est, Vos tamen id,[5] quod publice vobis datum erat negotii, conficere oportebat. Judicatio est,[6] Cum iis, qui legati erant, sumtus, qui de publico debebatur, non daretur, oportueritne eos conficere nihilominus legationem? Hoc in genere primum, sicut in ceteris, si quid aut ex conjecturali,[7] aut ex alia constitutione[8] sumi possit, videri[9] oportebit. Deinde pleraque et[10] ex comparatione, et ex relatione criminis in hanc quoque causam convenire poterunt. 88. Accusator autem illum, cujus culpa id factum reus dicet, primum defendet, si poterit:[11] sin minus poterit, negabit, ad hoc judicium, illius, sed hujus,[12] quem ipse[13] accuset, culpam pertinere. Postea dicet, suo quemque officio consulere oportere: nec, si ille peccasset, hunc oportuisse[14] peccare: deinde si ille deliquerit, separatim illum, sicut hunc, accusari oportere, et non cum hujus defensione[15] conjungi illius accusationem. Defensor autem cum cetera,[16] si qua ex aliis incident constitutionibus, pertractarit,[17] de ipsa remotione sic argumentabitur. 89. Primum cujus acciderit[18] culpa, demonstrabit: deinde, cum id aliena culpa[19] accidisset, ostendet se aut non potuisse,[20] aut non debuisse id facere, quod accusator dicat oportuisse: quod non potuerit,[1] ex utilitatis partibus, in quibus est necessitudinis vis implicata:[ε 2] quod non debuerit, ex honestate

ε *Ostendet ab utili, cui fuerit adjuncta necessitas non agendi.*

runt, sed supra lin. ' vel *legatos miserunt*.'—2 θ *oporteret*.—3 B et Sch. *Depulsio*, omisso *est*.—4 *Ab quæstore* in κ desunt.—5 Leid. 2. caret *id*.—6 *Est* non habet Sch.—7 ω 2. *ut in cet.* et ω 1. *si quid ex conj.* post quam vocem Crat. et Lamb. addiderunt *aut ex definitiva*.—8 Pro *constitutione*, Sch. a m. pr. habet *fine*.—9 ' *Videre* Ern. suspicio, recepta a Schutz. [et Wetzel.] sed sic jam habet Lamb.' *Orell.*—10 Al. carent copula.—11 Sch. *def. si potuerit:* ed. Omnib. *si poterit def.*—12 W *neg., hoc jud. ad illius, sed hujus:* ω 2. Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. *neg. hoc jud. ad illius, sed ad hujus:* Lamb. *neg. hoc ad jud. illius, sed ad hujus*.—13 Ern. censebat *ipse* del.—14 κ *hunc ideo op.*—15 Voss. 1. Leid. 3. *cum hujusmodi def.*—16 M W θ, Sch. a m. sec. Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. *cum et cet.*—17 M *tractaverit*.—18 Voss. 2. *si quid acc.*—19 *Culpa* non est in Leid. 3.—20 Pro *potuisse*, M habet *oportuisse*.—1 ω 1. *et quod non pot.* M *quod non oportuerit*.—2 Vulg. *vis implicata demonstrabit.* Verbum

considerabitur.[3] De utroque distinctius in deliberativo genere dicetur. Deinde omnia facta esse ab reo,[h] [4] quæ in ipsius fuerint potestate; quod minus, quam convenerit,[5] factum sit,[i] culpa id alterius accidisse. 90. Deinde in alterius culpa[6] exponenda demonstrandum est, quantum voluntatis et studii fuerit in ipso: et id signis confirmandum[7] hujusmodi; ex cetera diligentia; ex ante factis, aut dictis; atque hoc ipsi utile fuisse facere, inutile autem non facere; et cum cetera vita[8] magis hoc fuisse consentaneum, quam quod propter alterius culpam non fecerit. XXX. Si autem[9] non in hominem certum, sed in rem aliquam causa dimovebitur, ut[10] in hac eadem re,[k] si quæstor mortuus esset, et idcirco legatis pecunia data non esset; accusatione alterius, et culpæ depulsione[11] demta ceteris similiter uti locis oportebit, et ex concessionis partibus, quæ convenient,[12] assumere: de quibus post[13] nobis dicendum erit. 91. Loci autem communes iidem utrisque[14] fere, qui superioribus assumtivis, incident: hi tamen certissimi:[15] accusatoris, facti indignatio; defensoris,[16] cum in alio culpa sit, in ipso[17] non sit, supplicio se affici[18] non oportere.

Ipsius autem rei fit remotio, cum id, quod datur crimini,

[h] *Ab eo qui accusatur.*
[i] *Si quid minus factum sit quam expediret.*
[k] *Si culpa transferatur in rem aliquam, ut in hoc eodem exemplo.*

demonstrabit delevit Ern. et id non habent Sch. a m. pr. Leid. 2. duo Mss. ap. Lamb. cum Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell.—3 Sch. *quod deb.* omissa negativa particula, improb. Oud. Leid. 2. *ex honestatis cons.* non improb. Orell. Leid. 1. *ex honesto cons.*—4 Sch. *facta ea ab reo.*—5 M *convenerint.*—6 Voss. 2. *alt. in culpa:* Sch. *alt. culpa,* sine præpositione.—7 M *signis demonstrandum est hujusm.*—8 Sch. *ceteræ vitæ,* prob. Oud.

Cap. XXX. 9 Al. *Sin autem.* In ω 2. *Si aut.*—10 *Ut* non est in θ. Mox κ *mortuus,* omisso *esset.*—11 κ *defensione;* sed *depulsione* in marg. scribitur.—12 M *conveniunt:* Voss. 2. *conveniant.*—13 L M θ, Sch. Leid. 1. Voss. 2. carent *post.*—14 B L M, ω 1. Grev. Pal. 2. 3. Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. et Lamb. *utrique:* Pal. 1. *utriusque.*—15 θ κ, ω 1. Voss. 1. *hic tamen:* Sch. a m. pr. *hi tunc:* ω 2. Voss. 1. Leid. 3. *hi autem.* Tum Orell. e B L M, ω 1. 2. et omn. Mss. Oud. ac ed. Omnib. dedit *certissime.*—16 Voss. 1. *indignatio est;* et M *defensoris vero, cum.*—17 ω 2. *culpa, aut in ipso:* L et pauci alii *culpa sit, et in ipso:* B M W θ κ, quinque Mss. Oud. cum edd. ante Grut. *culpa sit, aut in ipso:* Leid. 3. *culpa sit, autem in ipso.* Vulg. *culpa sit, in ipso.*—18 Edd. pr. *se reum aff.* Plures Mss. et vulg. *reum aff.* E libris scriptis, Leid. 1. 2. Cass. Guelf. 2. *se aff.* dedit Ern. quem Schutz. Wetzel. Orell. sequuntur; et

negat neque ad se, neque ad officium suum [19] reus pertinuisse: [l] nec, si quod in eo sit delictum,[20] sibi attribui oportere. Id genus causæ est hujusmodi: In eo fœdere, quod factum est quondam [1] cum Samnitibus,[e] quidam adolescens nobilis [2] porcam sustinuit [f] jussu imperatoris.[m] Fœdere autem ab senatu [3] improbato, et imperatore Samnitibus dedito, quidam in senatu eum quoque dicit,[4] qui porcam tenuerit, dedi oportere. 92. Intentio est, Dedi oportet. Depulsio est, Non oportet.[5] Quæstio est,[6] Oporteatne. Ratio est, Non enim meum fuit [7] officium, nec mea potestas,[8] cum et id ætatis,[9] et privatus essem, et esset summa cum auctoritate et potestate [10] imperator, qui videret,[11] ut satis honestum fœdus feriretur.[n] Infirmatio

[l] *Cum is qui accusatur dicit objectum crimen neque ad se, neque ad suum officium spectare.*

[m] *Tenuit jubente duce.*

[n] *Qui poterat dare operam ut honestum fœdus percuteretur.*

sic M B, ω 2. In ω 1. *affici*, sine *se* et *reum*.—19 M *aut ad se, aut ad off. suum*.—20 Voss. 1. Leid. 3. *si quid ... delicti*, prob. Oud. Schutz. e Guelf. 2. *si quid ... delictum sit*, prob. Ern. Orell. *si quid ... sit delictum*. Vulg. *si quod ... sit delictum*. Dein *sibi* in M deest.—1 M non habet *quondam*.—2 L et Leid. 2. *prænobilis*: ω 2. *pernobilis*.—3 Leid. 2. *Fœd. autem hoc a sen.* In ω 1. præpositio deest.—4 ω 2. Leid. 1. ed. Omnib. *dicunt*.—5 κ *Intentio*, sine *est*. ω 2. *Dedi oportere. Dep. est: Non oportere.* In B W θ et Sch. *Dep.* sine *est*. Tum Leid. 3. *Dedi non oportere*.—6 Hic quoque quidam Mss. omittunt *est*. Pro *Oporteatne*, M habet *Oportueritne*.—7 *Enim* non est in Voss. 1. Leid. 3. nec *fuit* in B.—8 κ *aut mea post*.—9 In quibusdam Mss. et edd. vett. *et id ætatis non haberem*: B κ et Sch. *et id ætatis non habui*.—10 *Et potestate* in

NOTÆ

[e] *Samnitibus*] Italiæ populis in ea regione, quæ hodie vocatur *Abruzzo* in regno Neapolitano. Hos inter et Romanos gravissimum maximeque diuturnum bellum exarsit. A. U. C. 433. T. Veturius Calvinus et Sp. Postumius Albinus consules cum ad furcas Caudinas turpissimis conditionibus pacem fecissent, jussu senatus Samnitibus dediti sunt, atque ita Romanis religione exsolutis bellum renovatum est. Hoc fœdus designat Tullius hoc loco. Quanquam, quemadmodum observat Livius l. IX. non ut vulgo credunt et aliqui scripsere, fœdere pax Caudina, sed per sponsionem facta est.

[f] *Porcam sustinuit*] Nam, ut ait Virgil. 'Cæsa jungebant fœdera porca.' Qui Virgilium hic falli putavit Servius, ipse falsus est, qui porci vocem in fecialium libris scriptam dici de fœmina non meminerit. Tullius de Leg. l. II. § 57. 'Censet habendas triduum ferias et porco fœmina piaculum pati.'

est, At enim [12] quoniam tu particeps factus [13] es in turpissimo fœdere summæ religionis, dedi te convenit. Judicatio est, Cum is, qui potestatis nihil habuerit, jussu imperatoris in fœdere, et in tanta religione interfuerit, dedendus [14] sit hostibus, necne? Hoc genus causæ [g] cum superiore [15] hoc differt, quod in illo concedit se reus oportuisse facere id, quod fieri dicat accusator oportuisse,[16] sed alicui rei, aut homini causam attribuit,[17] quæ voluntati [18] suæ fuerit impedimento, sine concessionis partibus; [*p.* 74.] nam earum [19] major quædam vis est; quod paulo post intelligetur: [o 20] 93. in hoc autem non accusare [1] alterum, nec culpam in alium transferre debet, sed demonstrare,[2] eam rem nihil [3] ad se, neque ad potestatem,[4] neque ad officium suum

[o] *Non tamen utitur concessionis partibus, purgatione scilicet et deprecatione; partes enim purgationis, ut inferius patebit, majorem habent vim quam remotio in rem.*

ω 1. desunt.—11 Sch. *imp. mandavit, qui videret.*—12 Al. *Attamen.*—13 B L M W, ac Oliv. *tu particeps es*, omisso *factus.*—14 Vulg. *dedendusne.* Ern. delevit *ne;* quod abest ab L W θ, Guelf. 1. Sch. Voss. 1. Leid. 3. et id omittunt Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell.—15 E Sch. Leid. 2. Guelf. 2. cum κ, Schutz. Wetzel. et Orell. *cum sup.* dedit Ern. Vulg. *in sup.*—16 *Oportuisse* abest a Voss. 2.—17 Leid. 1. Voss. 2. *tribuit.*—18 θ *voluntatis.*—19 Voss. 2. et ed. Omnib. *eorum.*—20 In θ, Sch. Leid. 1. *intelligitur.*—1 Leid. 3. *nec accusare.*—2 W *monstrare.*—3 M non habet *rem.* Pro vulg. *nec*, Ern. e Mss. Oud. et suis et edd. pr. dedit *nihil;* et sic B L M θ κ, ω 1. 2. tres Mss. Gronovii, cum Schutz. Wetzel. et Orell. 'Forte tamen fuit, *nihil neque ad se,*

NOTÆ

[g] *Hoc genus causæ*] Vix ac ne vix quidem hic sibi constat Tullius in afferendo discrimine, quod reperitur inter utramque remotionem criminis sive in personam sive in rem. Remotio, inquit, in personam tum fit, cum concedit reus se oportuisse facere id quod fieri dicat accusator oportuisse, sed alicui rei, aut homini causam attribuit a qua fuerit prohibitus. Remotio vero in rem culpam in alium non transfert, sed demonstrat eam rem, cujus quis accusatur, ad se non pertinere. Atqui in exemplo superiore remotionis in rem, adolescens rei culpam attribuit nimirum ætati et privatæ conditioni, et summo alterius imperio. Præterea ipsa purgatio, de qua mox disseritur, qua culpa confertur in rem, quomodo differet ab ea remotione quæ in rem fit? Cicero ad purgationem refert imprudentiam, casum, et necessitatem; cetera ad remotionem: verum utriusque discrimen Vossio videtur, quod in remotione concedatur facti intentio, in purgatione vero negetur. Sunt enim quæ homines committunt partim voluntaria, in quibus culpa est, quam in personam aut rem transfert remotio; partim non voluntaria, in quibus est

pertinuisse aut pertinere. Atque in hoc genere [p] hoc accidit novi, quod accusator [h] quoque sæpe ex remotione criminationem conficit. Ut, si quis eum accuset,[5] qui, cum prætor esset, in expeditionem [6] ad arma populum vocarit, cum consules adessent.[7] Nam ut in [8] superiore exemplo reus ab suo officio et a sua potestate [9] factum demovebat; sic in hoc [10] ab ejus officio ac potestate, qui accusatur, ipse accusator factum removendo, hac ipsa ratione confirmat accusationem.[11] 94. In hac ab utroque ex omnibus honestatis et utilitatis partibus,[12] exemplis, signis, ratiocinando, quid cujusque officii, juris, potestatis sit, quæri oportebit, et fueritne ei, quo de agitur,[13] id juris, officii, potestatis [14] attributum, necne. Locos autem communes ex ipsa re, si quid indignationis ac conquestionis [15] habebit, sumi oportebit.

[p] *In remotione criminis in rem.*

quod etiam elegantius foret.' *Ern.*—4 Al. *nec ad pot.*—5 Sch. Voss. 2. *si qui.* Mox vulg. *accusat.* Ern. e Mss. Oud. et edd. pr. dedit *accuset;* et sic Schutz. Wetzel. et Orell.—6 B L κ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *in expeditione:* ω 1. 2. *in seditione.* Porro B *et ad arma;* et M *pop. vocavit.*—7 Sch. Voss. 2. *essent.*—8 ω 2. *Nam sicut:* et ed. Omnib. *sup. exemplo,* omissa præpositione.—9 Vulg. *off. ac pot.* Ern. e Voss. 1. Leid. 3. dedit cum Schutz. Wetzel. et Orell. *off. et a sua pot.* B L M κ, ω 2. Leid. 1. Voss. 2. *off. et a pot.* Leid. 2. *off. ac sua a pot.* non improb. Oud.—10 ω 2. *sic et in hoc:* B κ *sic in hac.*—11 Leid. 2. *ab ipsa rat. &c.* ω 2. et Voss. 1. *hac ipsa rat. remotionis conf. acc.* ω 1. *hac ipsam ratione accusationem conf.*—12 Quædam edd. vett. carent *honestatis et.* Contra B L M W θ κ, ω 1. 2. et omnes Mss. Oud. ostentant, *ex omnibus partibus honestatis, et ex omnibus partibus utilitatis,* vel *util. part.* nisi quod repetita præpositio desit Voss. 1. 2. Leid. 3. 'Mihi videtur scripsisse Cicero, *ex omn. hon., ex omn. util. part.*' Oud.—13 In θ *ei* deest. Tum Sch. *agetur.*—14 Leid. 2. *id juris, ac potestatis et officii.*—15 L, Sch. Voss. 1. *ind. aut conq.*

NOTÆ

erratum, quod ad purgationem pertinet, quæ culpam removet ac voluntatem defendit.

[h] *Quod accusator, &c.*] Hæc est hujus loci sententia: Id remotionis genus, quo reus utitur, potest accusator ipse adhibere: res exemplis duobus patebit: primum sit, quod jam prolatum est, adolescentis illius qui in fœdere turpi feriendo porcam tenuit jussu imperatoris; alterum ejus qui accuset prætorem quod præsentibus consulibus populum ad arma vocaverit. Adolescens tuebitur se remotione. Neque meum fuit officium fœdus facere, neque integrum erat jubentis ducis imperium detrectare. Actor, qui prætorem accusabit, afferet similiter remotionem. Nec tui fuit officii, nec tui juris, cum adessent consules, ad arma populum convocare.

XXXI. Concessio est, per quam non factum ipsum probatur[16] [i] ab reo: sed ut ignoscatur, id petitur:[17] cujus partes sunt duæ, purgatio et deprecatio. Purgatio est, per quam ejus,[18] qui accusatur, non factum ipsum, sed voluntas defenditur.[19] Ea habet partes tres, imprudentiam, casum, necessitudinem.[20] 95. Imprudentia est, cum scisse aliquid[1] is, qui arguitur, negatur: ut apud quosdam[2] lex erat, Ne quis Dianæ[k] vitulum immolaret. Nautæ quidam, cum adversa tempestate in alto jactarentur,[3] voverunt, si eo portu,[4] quem conspiciebant, potiti essent,[q] ei Deo, qui ibi esset,[5] se vitulum immolaturos. Casu erat[6] in eo portu fanum Dianæ ejus, cui vitulum immolari[7] non licebat. Imprudentes legis,[r] cum exissent, vitulum immolaverunt. Accusantur. Intentio est, Vitulum immolastis ei Deo,[8] cui non licebat. Depulsio est in concessione po-

[q] *Si pervenissent in portum quem videbant.*
[r] *Ignorantes legem.*

CAP. XXXI. 16 ω 1 Leid. 2. Grut. Græv.-Burm. et al. *improbatur:* Guelf. 1. Sch. Leid. 1. a m. pr. Voss. 2. Pal. 2. et octo Oxonn. Mss. cum Victorin. Junt. Crat. Lamb. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *probatur;* ut legend. esse monuit G. J. Vossius Inst. Orat. I. 9. In Voss. 1. et Leid. 3. *negatur.* Vid. Not. Delph.—17 θ *sed ignoscatur, id pet.* Leid. 3. *sed ut ign., pet.* Ond. ita distinguit, *sed ut ignoscatur id, petitur.*—18 θ non habet *ejus.*—19 *Defenditur* abest a Voss. 2.—20 ψ, Leid. 1. 2. 3. et Victorin. *necessitatem.*—1 θ *scisse se aliquid:* Sch. *scisse aliquod.*—2 ψ, Voss. 1. Leid. 3. *negat:* et ω 2. *ut quosdam apud.*—3 M *in mare jact.* Voss. 1. Leid. 3. *in altum jact.*—4 ' *Eum portum* C. Langius ap. Beier. Off. tom. II. p. 146. non male.' *Orell.*—5 Verba *ei Deo, qui ibi esset* non sunt in Leid. 2.—6 κ, Voss. 1. Leid. 2. 3. et Lamb. *Casu autem erat.*—7 θ *ei vitulum:* et κ, Leid. 2. 3. cum Alcuin. *immolare.*—8 Voss. 1.

NOTÆ

[i] *Per quam non factum ipsum probatur*] Secuti sumus antiquissimam Marii Victorini lectionem. In vulgatis hactenus edd. habetur, *Concessio est per quam non factum ipsum improbatur ab reo:* quem locum depravatum esse manifesta ratio convincit. Si enim in concessione factum ipsum non improbatur, certe in purgatione et deprecatione, quæ partes sunt concessionis, illud idem continget: at in purgatione non factum ipsum defenditur, sed voluntas; in deprecatione ne ipsa quidem voluntas: pugnant autem ista, in concessione factum non improbari sive defendi, et in concessionis partibus factum non defendi sive improbari. Admissa lectione Victorini omnia sibi recte consentiunt.

[k] *Dianæ*] Plures Dianas fuisse tradit Cicero. Celeberrima est illa, quæ eodem cum Apolline partu ex Jove et Latona nata est, sylvarum ac nemorum Dea.

sita. Ratio est, Nescivi non licere. Infirmatio est, Tamen, quoniam fecisti[9] quod non licebat, ex lege supplicio dignus es. Judicatio est, Cum id fecerit,[10] quod non oportuerit, et id[11] non oportere nescierit, sitne supplicio dignus? 96. Casus autem inferetur in concessionem,[12] cum demonstrabitur[13] aliqua fortunæ vis voluntati obstitisse, ut in hac: Cum Lacedæmoniis lex esset, ut,[14] hostias nisi ad sacrificium quoddam redemtor[15] præbuisset,[s] capitale esset,[t][16] hostias is, qui redemerat,[17] cum sacrificii dies instaret, in urbem ex agro cœpit[18] agere. Tum subito magnis commotis[19] tempestatibus fluvius Eurotas[1] is, qui propter Lacedæmonem[u][20] fluit, ita magnus et vehemens factus est, ut eo traduci[1] victimæ nullo modo possent. 97. Redemtor, suæ voluntatis ostendendæ causa, hostias constituit omnes in littore, ut, qui trans flumen[2] essent, videre possent. Cum omnes studio ejus[x] subitam fluminis magnitudinem scirent fuisse impedimento, tamen quidam capitis arcessierunt.[y][3] Intentio est,[4] Hostiæ, quas debuisti ad sacrificium, præsto non fuerunt. Depulsio est,[5] concessio. Ratio,[6] Flumen enim subito[7] accrevit, et ea re[z] traduci

[s] *Qui certo pretio faciendum id susceperat.*
[t] *Morte facinus puniendum esset.*
[u] *Prope Spartam.*
[x] *Ejus voluntati adducendarum victimarum.*
[y] *In judicium vocaverunt tanquam sceleris capitalis reum.*
[z] *Propterea.*

et Alcuin. *ei Deæ.*—9 ψ *fecistis*, et mox *dignus estis.*—10 ψ *fecerint.*—11 Sch. *et tamen id.* Tum ψ *nescierint, sintne.*—12 Leid. 1. ed. Omnib. et Alcuin. *infertur.* Voss. 1. 2. *in concessione.*—13 θ *demonstratur.*—14 Cass. Guelf. 1. Grut. et Græv.-Burm. omittunt *ut.*—15 ω 2. *quidam red.* M *certum red.*—16 Duo Mss. Gronovii *capital*, prob. Oud. In Guelf. 1. *esse.*—17 ω 2. *redimerat.*—18 Voss. 2. *cœperit:* κ *incepit.* Dein κ, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *Cum subito.*—19 W ψ, ω 1. 2. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. Junt. Manut. Lamb. *commotus.*—20 M omittit *is.* Dein κ *qui prope Laced.* Sch. Voss. 1. Leid. 3. ed. Omnib. Alcuin. *qui præter Laced.*—1 Lamb. malit legi *ut ea trad.*—2 M et Voss. 1. *fluvium.*—3 ω 1. et Lamb. *tamen eum quidam.* Tum ω 1. *arcessierint.*—4 B L *Intentio*, omisso *est.*—5 κ *fuerant.* Sch. Voss. 2. *Depulsio*, sine

NOTÆ

[1] *Eurotas*] Fluvius Laconiæ in Peloponneso, quem Sophianus appellat *Basilipotamo*, hoc est, regium fluvium. Niger ait ab incolis Iris vocari.

non potuerunt.[8] Infirmatio est, Tamen,[9] quoniam, quod lex jubet, factum non est, supplicio dignus es. Judicatio est,[10] Cum in ea re redemtor contra legem fecerit,[11] qua in re studio ejus subita fluminis obstiterit[12] magnitudo, supplicione dignus sit?[13] XXXII. 98. Necessitudo autem infertur,[14] cum vi quadam reus id, quod fecerit, fecisse defenditur, hoc modo: Lex est apud Rhodios, ut, si qua rostrata[m] in portu navis deprehensa sit, publicetur.[a] Cum magna in alto[b] [15] tempestas esset; vis ventorum, invitis nautis, Rhodiorum in portum navim coëgit.[c] [16] Quæstor navim populi vocat.[d] Navis dominus negat[17] publicari oportere. Intentio est, Rostrata navis in portu deprehensa est. Depulsio est,[18] concessio. Ratio, Vi et necessario sumus in portum coacti. Infirmatio est, Navim ex lege tamen populi[19] esse oportet. Judicatio est, Cum rostratam navim in portu deprehensam lex publicarit,[20] cumque hæc navis, invitis nautis, vi tempestatis in portum conjecta sit;[1] oporteatne eam publicari. 99. Horum trium generum idcirco unum in locum contulimus exempla, quod similis in ea[2] præceptio argumentorum[3] traditur. Nam in his omnibus primum, si quid res ipsa dabit facultatis,

[a] *Redigatur in potestatem populi.*
[b] *In mari.* [c] *Impulit.*
[d] *Ad populum pertinere contendit.*

est.—6 κ *Ratio est.*—7 Voss. 1. *in subito:* Leid. 3. *vi subito.*—8 Voss. 1. *trad. victimæ non pot.*—9 Sch. Voss. 1. non habent *est:* nec M vocem *Tamen.*—10 Abest verbum a κ et Voss. 1.—11 Vulg. *aliquid fecerit.* Ern. delevit *aliquid,* quod abest a Sch. a m. pr. prob. Oud. et id omittunt Schutz. Wetzel. et Orell.—12 Voss. 1. Leid. 3. *obstitit:* Cass. *obsisteret.*—13 ω 2. *suppliciis dign. sit:* Leid. 1. 2. *suppliciisne dign. sit:* B *supplicione dignusne sit:* ed. Omnib. *suppliciis dignus ne sit:* Alc. *supplicio dignus ne sit:* Voss. 1. *supplicione dignus est.*

CAP. XXXII. 14 κ *Necess. enim inf.* Leid. 1. *Necess. autem inf.*—15 θ *in altum.*—16 Unus Ms. habet *coujecit.*—17 ω 1. *Navim dominus negat:* κ *dominus negat navim.*—18 M *deprehensa,* omisso *est.* ω 1. Sch. Voss. 2. *Depulsio,* omisso *est.*—19 Ab ω 1. Voss. 1. Leid. 3. abest *tamen.* In Voss. 2. *tamen publicari populi.*—20 Tres Pall. et ed. Lamb. *lex jubeat publicari.*—1 Sch. a m. pr. *co-*

NOTÆ

[m] *Rostrata*] In bellis navalibus maximo erant usui rostratæ naves. His in prora præfixum erat rostrum æreum, quo in naves hostium vehementissimo impetu allisæ, eas sæpe dissolvebant.

conjecturam induci ab accusatore oportebit, ut id, quod voluntate factum negabitur, consulto factum, suspicione aliqua demonstretur: deinde inducere definitionem necessitudinis, aut casus, aut imprudentiæ, et exempla ad eam definitionem adjungere, in quibus[4] imprudentia fuisse videatur, aut casus, aut necessitudo, et ab his id, quod reus inferat, separare, [id est, ostendere dissimile,] quod levius, facilius,[5] non ignorabile, non fortuitum, non necessarium fuerit: postea demonstrare, potuisse vitari;[6] et hac ratione provideri[7] potuisse, si hoc, aut illud[8] fecisset; aut ne sic fecisset,[9] præcaveri:[10] et definitionibus ostendere, non hanc imprudentiam, aut casum, aut necessitudinem, sed inertiam, negligentiam, fatuitatem[11] nominari oportere. 100. Ac si qua[12] necessitudo turpitudinem videbitur habere, oportebit per locorum communium implicationem redarguentem demonstrare,[13] quidvis perpeti,[e] mori denique satius fuisse, quam ejusmodi necessitudini obtemperare. Atque tum ex his locis,[14] de quibus in negotiali parte dictum est, juris et æquitatis naturam oportebit quærere, et, quasi in absoluta juridiciali, per se hoc ipsum ab rebus omnibus separatim considerare. Atque hoc in loco, si facultas erit, exemplis uti oportebit,[15] quibus in simili excusatione non sit ignotum: et contentione,[16] magis illis ignoscendum[17] fuisse: [*p.* 75.] et ex deliberationis partibus, turpe aut inutile esse concedi eam rem, quæ ab ad-

[e] *Accusator debebit variis locis communibus ostendere melius fuisse omnia tolerare, &c.*

acta sit.—2 κ *in eo.*—3 In Voss. 1. deest *argumentorum.*—4 ω 1 *in quibus rebus.*—5 In B L *id,* sine verbo: et ψ *ost. quod dissim.* Schutz. delevit voces quas Ern. uncis inclusit. Dein ω 1. *quod lenius et fac.* κ *quod levius, quod facilius.*—6 Voss. 1. *evitari:* L W θ *devitari.*—7 Sch. a m. pr. *ac rat. provideri.* In κ *providere:* ψ *prævideri.*—8 Leid. 2. *si aut hoc aut illud.*—9 ψ, ω 1. 2. Ald. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Orell. *aut nisi fec.* Schutz. e Leid. 2. habet *aut ni sic fec.* Gulielmius e plerisque Suffridi libris scribebat *aut nec fec.* B L M W θ κ, quinque Mss. Oud. et Mss. ap. Lamb. atque edd. pr. cum Wetzel. *aut ne sic fec.* Lamb. habet *aut ne sic faceret* e conj. in quam inclinabat Ern.—10 ω 2. *præcaveri posse.*—11 θ *fortuitatem.*—12 ψ *siquam.*—13 Pro *implicationem,* κ habet *amplificationem.* Tum ω 1. *redarguere et demonstrare.*—14 Al. *ex iis locis.*—15 ω 2. Lamb. Schutz. et Wetzel. *uti eorum hominum op.*—16 ω 1. *et cum contentione.* Pro *contentione,* B exhibet *contendere;* et sic suprascr. in M.—17 Voss. 1. *ignoscendis.* Mox Sch. *et delib.* omissa

versario commissa sit;[f] permagnum esse et magno [18] futurum detrimento, si ea res ab iis, qui potestatem habent vindicandi,[19] neglecta sit. XXXIII. 101. Defensor autem conversis omnibus his partibus poterit uti. Maxime autem in voluntate defendenda commorabitur,[20] et in ea re adaugenda,[1] quæ voluntati [2] fuerit impedimento: et se plus, quam fecerit, facere non potuisse: et in omnibus rebus voluntatem [3] spectari oportere: et se [4] convinci non posse, quod non absit a culpa:[g] et ex suo [5] nomine[h] communem hominum infirmitatem posse [6] damnari. Deinde nihil indignius esse, quam eum, qui culpa careat, supplicio non carere. Loci autem communes [7] accusatoris, unus in confessione, et alter, quanta [8] potestas peccandi relinquatur,[i] [9] si semel institutum sit, ut non de facto, sed de facti causa quæratur: 102. defensoris conquestio [10] calamitatis ejus,[k] quæ non culpa, sed vi majore quadam acciderit, et de fortunæ potestate, et hominum infirmitate, et uti suum animum, non eventum considerent.[11] In quibus omnibus conquestionem suarum ærumnarum, et crudelitatis adversa-

[f] *Afferenda erunt eorum exempla, quibus, cum simili excusatione uterentur, venia non fuit concessa; et instituta comparatione illis veniam fuisse potius concedendam.*

[g] *Quod admiserit culpam.* [h] *In hac sua causa.*

[i] *Unus sumitur ex eo quod reus factum confiteatur, alter ex eo quod potestas magna peccandi relinquatur, &c.*

[k] *Defensoris loci sunt conquestio de calamitate, &c.*

præpositione.—18 Omnib. *permagno.*—19 Schutz. e conj. cum Wetzel. *habeant.* Pro *vindicandi,* ω 2. Voss. 2. Leid. 2. et ed. Omnib. Victor. Manut. habent *judicandi.*

CAP. XXXIII. 20 M *immorabitur.*—1 M *augenda:* in θ deest.—2 θ *voluntatis:* ψ *voluntati suæ.*—3 Leid. 3. *omn. in rebus;* et Leid. 1. *voluntates.*—4 *Se* suspectum Ernestio.—5 ω 1. *ex suo,* sine copula. Sch. a m. pr. *suo* sine copula et præpositione. Schutz. Wetzel. et Orell. *et suo.*—6 Leid. 2. caret *posse;* et id Schutz. et Orell. deleverunt. Wetzel. uncis inclusit.—7 B *Loci hiis comm.* κ *Loci hi sunt comm.*—8 B θ *acc. in conf., quanta:* M et ω 1. *acc. in confessionem, et quanta:* W *acc. in confessione, et quanta:* κ *acc. primus in conf. alius, quanta.* Omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. carent vocibus *unus* et *alter.* A Sch. m. pr. abest etiam copula *et;* quam Schutz. delevit. In Mss. Gronovii deest *alter.* Præterea omnes Mss. Oud. excepto Leid. 2. dant *in confessionem,* sive *contra* pro *quanta.* Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. habent quoque *in confessionem.*—9 Voss. 1. Leid. 3. *relinquetur.*—10 B L M W ψ, ω 1. Voss. 1. Leid. 3. Junt. Lamb. Oliv. et Lall. *Def. autem;* et B L M W θ κ, ω 1. 2. et omnes Mss. Oud. *conq. est,* vel *est conq.*—11 θ *considerant:* in M

riorum indignationem inesse oportebit. Ac neminem mirari conveniet, si aut in his, aut in aliis exemplis scripti quoque controversiam adjunctam videbit. Quo de genere post erit nobis separatim dicendum, propterea quod quædam genera causarum simpliciter et[12] ex sua vi considerantur; quædam autem sibi aliud quoque aliquod controversiæ genus assumunt.[13] 103. Quare omnibus cognitis, non erit difficile in unamquamque causam transferre, quod ex eo quoque genere[14] conveniet: ut in his exemplis concessionis inest omnibus scripti controversia[n] ea, quæ ex scripto et sententia nominatur: sed quia de concessione loquebamur, in eam præcepta dedimus. Alio autem loco de scripto et sententia[15] dicemus. Nunc in alteram concessionis partem considerationem intendemus.[16]

XXXIV. 104. Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur.[l] Hoc genus[m] vix in judicio probari potest, ideo quod concesso peccato, difficile est ab eo, qui peccatorum vindex esse debet, ut ignoscat, impetrare. Quare parte ejus generis, cum causam non in eo constitueris, uti licebit.[n] [17] Ut si pro aliquo claro aut

[l] *Non factum defenditur, sed venia petitur.*

[m] *Deprecationis.*

[n] *Pars deprecationis est adhibenda aliquando in judiciis, et sæpe ea tota utendum est in senatu et in concilio.*

deest.—12 Copula abest a B, ω 1. Sch. Leid. 1. 2.—13 Verba *quædam autem ... assumunt* in B desunt.—14 Lamb. e Ms. habet *ex uno quoque gen.*—15 ω 1. 2. Sch. Voss. 2. Leid. 1. 3. *de scr. et de sent.*—16 Schutz. e conj. *ad alt.* Tum Sch. a m. pr. cum Schutz. et Orell. *partem jam contendemus;* sed Schutz. non habet *jam.* Voss. 2. *partem considcremus:* B *partem aciem tendemus.*

Cap. XXXIV. 17 Leid. 2. *partem ejus gen.* Lamb. *parce ejus gen.* Tum L W θ κ, Voss. 1. Leid. 2. 3. et quidam Mss. ap. Lamb. atque ed. Lamb. *cum causam non in eo, ut depreceris, constitueris, uti licebit:* ψ *cum causam non in eo*

NOTÆ

[n] *Inest omnibus scripti controversia*] Hoc manifestum est exemplis propositis. Lex est Rhodiorum: navis rostrata in portu deprehensa, publicetur: rostrata navis vi ventorum in portum impellitur. Concessio est: neque enim aut latam legem, aut delatam navim negare nautæ possunt. At contendunt non esse publicandam navim rostratam, quæ tempestate in portum jactata fuerit: non ipsa legis verba, sed potius legislatoris mentem esse considerandam. En scripti et sententiæ controversia, quæ in concessione implicatur.

forti[18] viro, cujus in rempublicam multa sint[19] beneficia, dixeris; possis, cum videaris non[20] uti deprecatione, uti tamen, ad hunc modum: Quod si, judices, hic pro suis beneficiis, pro suo studio,[1] quod in vos habuit[2] semper, tali suo tempore, multorum suorum recte factorum causa, uni delicto ut ignosceretis postularet, tam dignum vestra mansuetudine, quam virtute[3] hujus esset, judices,[4] a vobis hanc rem, hoc postulante, impetrari. Deinde augere[5] beneficia licebit, et judices per locum communem ad ignoscendi voluntatem deducere.[6] 105. Quare hoc genus, quanquam in judiciis non versatur, nisi quadam ex parte; tamen[7] quia et pars ipsa inducenda nonnunquam est, et in senatu, aut in consilio[8] sæpe omni in genere tractanda,[9] in id quoque præcepta ponemus. Nam in senatu, et in consilio, de Syphace[oo] diu deliberatum est; et de Q. Numitorio[10] Pullo[p]

[o] *Utrum Syphaci venia esset concedenda.*

const., ut depreceris, uti lic. ω 1. *cum causam non in eo ut depreceris, (ut) const., uti lic.* ω 2. *cum causum non in eo ut depreceris, uti lic.* in aliis, teste Lamb. *cum causam in eo const., ut depreceris, uti lic.*—18 Voss. 1. Leid. 3. *cl. et forti.* —19 κ et omnes Mss. Oud. *sunt.* Dein pro *dixeris,* B M Sch. a m. pr. et ed. Omnib. habent *dicere.*—20 In uno Ms. ap. Lamb. deest *non.*—1 Leid. 1. *suo pro studio.*—2 M *habuerit.*—3 B, Sch. Pal. 1. *tunc dign. vestra mans., dign. virt.* L M θ κ *tam dign. vestra mans., dign. virt.* Pauci Mss. cum Oliv. et Lall. *tamen dign. vestra mans., dign. virt.* ω 1. 2. *tam vestra mans. dign. quam virt.* W ψ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. Pal. 3. Victorin. Grut. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *tam dign. vestra mans., quam virt.*—4 ω 2. *o judices.* —5 Leid. 2. et ed. Omnib. *augeris.*—6 B *perducere:* Pal. 1. *inducere:* B M W θ κ, ω 1. Voss. 1. Leid. 1. 3. et ed. Junt. Grut. Oliv. et Græv.-Burm. *ducere:* L ψ, ω 2. Leid. 2. Voss. 2. Pal. 2. et duo Mss. Gronovii, et edd. pr. cum Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *deducere.*—7 Deest *nisi* Sch. a m. pr. in quo *nunc* pro *tamen.* Tum B, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *pars hæc ipsa.*—8 ω 2. *aut in sen. aut in cons.* Plerique Mss. et edd. ante Eru. *et in sen. aut cons.* Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *et in sen. aut in cons.*—9 Schutz. e conj. edidit *sæpe omnino tractandum.*—10 Voss. Leid. 1. et ed Omnib. *Munitorio,*

NOTÆ

[o] *De Syphace*] Syphax, Massylorum in Numidia rex, societatem primum iniit cum P. Scipione; fracta deinde fide Hasdrubali adhæsit: tandem deletus, captus, ac per triumphum a Scipione circumductus, paulo post in custodia Tibure obiit, A. U. C. 553. ante Chr. 201. Polyb. Livius lib. xxx. sub fin. ante triumphum obiisse narrat.

[p] *Q. Numitorio Pullo*] Hic Fregellanorum princeps, suspectis de conjuratione civibus, causam dicere jussus a L. Opimio prætore, sociorum consilia prodidit. Fregellis excisis Opimius nascentis belli flammam extinxit A. U. C. 629. ante Chr. 125. Livius, Velleius, &c.

apud L. Opimium [11] et ejus consilium diu dictum est.[12] E tmagis in hoc quidem [13] ignoscendi, quam cognoscendi postulatio valuit: [p] nam semper animo bono se in populum Romanum fuisse non tam [14] facile probabat, cum conjecturali constitutione uteretur, quam ut, propter posterius [15] beneficium, sibi ignosceretur,[16] cum deprecationis partes adjungeret.[17] XXXV. 106. Oportebit [q] igitur eum, qui sibi ut ignoscatur,[18] postulabit, commemorare, si qua sua poterit beneficia, et si poterit, ostendere,[19] ea majora esse, quam hæc, quæ deliquerit,[20] ut plus ab eo boni quam mali profectum esse videatur: deinde majorum suorum beneficia, si qua exstabunt, proferre: deinde ostendere, non odio, neque crudelitate fecisse, quod fecerit, sed aut stultitia,[1] aut impulsu alicujus, aut aliqua honesta aut probabili causa: postea polliceri, et confirmare, se et hoc peccato doctum,[2] et beneficio eorum, qui sibi ignoverint,[3] confirmatum, omni tempore a tali ratione abfuturum: deinde spem ostendere, aliquo se in loco, magno iis, qui sibi concesserint, usui futurum: [q] 107. postea, si facultas erit, se, aut consanguineum, aut jam a majoribus inprimis amicum esse demonstrabit; [r] et amplitudinem suæ voluntatis, et nobilitatem generis eorum, qui se salvum velint, et dignitatem

[p] *In causa Numitorii Pulli plus profuit orare ut parceretur ipsi, quam de illo inquireretur.*

[q] *Fore ut in aliqua occasione maxime prosit iis, qui sibi veniam indulserint.*

[r] *Ostendet se coluisse amicitiam a majoribus transmissam erga eos quos deprecatur.*

vel *Mumitorio.*—11 Post *Opimium*, Schutz. addit *prætorem*, ut Ursini amicus voluerat.—12 Leid. 1. et Sch. a m. pr. *et jus et cons.* In θ κ, ω 1. 2. quinque Mss. Ond. et Sch. a m. sec. cum ed. Omnib. *diu ductum est.*—13 *In hoc* absunt ab M, et *quidem* a Sch.—14 *Tam* non est in Leid. 1. 3.—15 Voss. 2. caret *posterius.*—16 θ *cognosceretur.*—17 Lamb. *adjungeret, petebat.*

CAP. XXXV. 18 Leid. 3. *Op. igitur, cum is qui ut ign.*—19 ω 1. *si qua sua beneficia poterit ostendere.*—20 Leid. 1. *dereliquerit.*—1 Leid. 3. *fec. quæ fec.* L *fec. se quod fec.* Tum θ *si aut stult.*—2 κ, Leid. 3. et Sch. a m. sec. *hoc pacto*, et sic suprascr. in M. In Voss. 2. *hoc pecc. solum doctum:* ed. Omnib. *hoc pecc. edoctum.*—3 θ *nocuerint:* κ *ignoscerent.* Mox M *a tali rat. cautum affuturum:* Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. et unus Ms. ap. Lamb. *a tali rat. cautum futurum:* amicus

NOTÆ

[q] *Oportebit*] Luculentum deprecationis exemplum attulimus e Lignariana, in notis ad lib. I. Heren. § 24.

ostendere,[4] et cetera ea,[5] quæ personis ad honestatem et amplitudinem sunt attributa, cum conquestione,[6] sine arrogantia, in se esse demonstrabit,[7] ut honore potius aliquo, quam ullo supplicio dignus esse videatur: deinde ceteros [8] proferre, quibus majora delicta concessa sint. Ac multum proficiet, si se misericordem in potestate, et [9] propensum ad ignoscendum fuisse ostendet.[10] Atque ipsum illud peccatum erit extenuandum, ut quam minimum obfuisse videatur; et aut turpe, aut inutile demonstrandum, tali de homine supplicium sumere. 108. Deinde locis [11] communibus misericordiam captare oportebit ex iis præceptis, quæ in primo libro sunt exposita.[12] XXXVI. Adversarius autem malefacta [13] augebit: nihil imprudenter, sed omnia ex crudelitate et malitia facta dicet; [14] ipsum immisericordem, superbum [15] fuisse; et, si poterit, ostendet, semper inimicum fuisse,[16] et amicum fieri nullo modo posse.[17] Si beneficia proferet; [18] aut aliqua de causa facta, non propter benivolentiam demonstrabit; aut postea odium esse acre susceptum,[19] aut illa omnia maleficiis esse deleta; aut leviora beneficia, quam maleficia; [*p.* 76.] aut, cum beneficiis honos habitus sit,[20] pro maleficio pœnam [1] sumi

Lambini putabat legend. *sibi a tali rat. cauturum.*—4 κ et ω 2. *consang. esse.* Voces *aut jam* non sunt in L M; in quibus *a maj. aut primis:* ω 1. *a maj. primis:* ω 2. et Grev. *maj. aut primis.* In Leid. 2. 3. *aut maj. primis:* ed. Omnib. *aut etiam a maj. et primis.* Pro *demonstrabit,* M exhibet *demonstrare oportebit.* Lamb. ita locum constituit: *aut consanguineum, maj. in primis eorum, qui se salvum velint, aut amicum esse demonstrabit; et amplitudinem suæ voluntatis, et nobilitatem generis, et dignitatem ostendet.* In B M W θ, Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. *nobilitatem,* sine copula. θ κ et Voss. 2. habent *gen. et eorum.* Porro B M W θ κ et omnes Mss. Ond. *dignitatem* sine copula. Orell. censet locum ita legend. *aut consang. maj. inpr. eorum, qui se salvum velint, aut amicum esse demonstrare; et amplitudinem suæ voluntatis, et nobilitatem generis, et dignitatem ostendere.*—5 Schutz. delevit *ea,* prob. Orell.—6 Sch. a m. pr. *cum questu:* θ et Voss. 1. *cum questione.* In κ præpositio deest.—7 Lamb. *demonstrare,* prob. Orell.—8 M *ceteros,* suprascr. *majores.*—9 κ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. et ed. Omnib. non habent copulam.—10 ω 1. *ostendetur.*—11 W θ *Deinde a locis.* —12 Voss. 1. *sunt posita.*

CAP. XXXVI. 13 B L *maleficia:* W θ *mala facta.*—14 κ et Lamb. *facta esse dicet.*—15 Al. *immis. et sup.*—16 *Fuisse* non est in Voss. 1. Leid. 3.—17 M, ω 2. et Leid. 2. *potuisse.*—18 Lamb. *benef. sua reus prof.*—19 Pal. 1. *od. esse ab re susc.* ψ, Pal. 2. 3. et unus Ms. ap. Lamb. *od. esse hac re susc.* Leid. 2. *od. hac re susc.*—20 ω 2. et Lamb. *cum pro benef.* Tum κ *honos debitus sit:* ψ *bonus habitus sit:* Voss. 2. *honos adhibitus sit.*—1 κ, Sch. Voss. 1. Leid.

oportere. Deinde, turpe esse, aut inutile,[2] ignosci. 109. Deinde, de quo ut potestas esset, sæpe[3] optarint, in eum potestate non uti, summam esse stultitiam:[s] et[4] cogitare oportere, quem animum in eum, vel quale odium habuerint.[5] Locus autem communis erit,[6] indignatio maleficii, et alter, eorum[7] misereri oportere, qui propter fortunam, non propter[8] malitiam in miseriis sint. Quoniam igitur[9] in generali constitutione tamdiu propter ejus partium multitudinem commoramur, ne forte varietate et dissimilitudine rerum diductus[t][10] alicujus animus in quendam errorem deferatur;[11] quid etiam nobis ex eo genere restet, et quare restet,[12] admonendum videtur.

Juridicialem causam esse dicebamus, in qua æqui et iniqui natura, præmii aut pœnæ[13] ratio quæreretur. Eas causas,[14] in quibus de æquo et iniquo quæritur, exposuimus. XXXVII. 110. Restat nunc, ut[15] de præmio et de pœna explicemus. Sunt enim multæ causæ, quæ ex præmii alicujus petitione[16] constant: nam et apud judices de[17] præmio sæpe accusatorum[r] quæritur, et a senatu, aut a consilio[18] aliquod præmium sæpe petitur.[19] Ac ne-

[s] *Maximam esse stultitiam facultate puniendi non uti contra eum, cujus puniendi facultatem sæpe desiderarunt.*

[t] *In diversa distractus.*

3. *pœnas.*—2 θ, Leid. 1. et Sch. a m. sec. *Denique turpe esse.* Voss. 1. Leid. 3. *aut inutile esse.*—3 Leid. 2. *semper.*—4 Deest copula Sch. Leid. 2.—5 L M W κ, Leid. 2. *et quale odium hab.* Voss. 1. 2. ed. Omnib. *et quam optime hab.* B *in eum, quale odium et quam optime hab.* lineola *quale odium* subnotantur, ac si deleri debeant.—6 Lamb. *erit hic.*—7 κ, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *et alter locus eorum:* Voss. 2. *et alter locus communis eorum.*—8 Schutz. e conj. *non qui propter.*—9 ω 1. Leid. 2. 3. *Quoniam ergo.*—10 Lamb. *ductus:* al. *deductus.*—11 Voss. 1. *differatur:* Voss. 2. *diferatur:* κ *efferatur.*—12 In M et ω 1. desunt verba *et quare restet.*—13 B *aut præm. aut pœnæ:* κ *et præm. et pœnæ:* L M W, ω 1. Tur. omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. Schutz. et Orell. *et præmii aut pœnæ.* Vulg. *præmii aut pœnæ.*—14 θ *quæreret:* κ *quæratur:* ω 2. *quæritur.* Tum M *Et eas causas.*

Cap. XXXVII. 15 Abest *ut* a Leid. 3.—16 Voss. 1. *expetitione.*—17 θ *et de.* —18 M *et in sen. aut in concilio:* Leid. 2. *et a sen. et cons.* Alii *et a sen. aut*

NOTÆ

[r] *De præmio sæpe accusatorum*] Accusatoribus lege præmia dabantur; hoc ipso quod accusabant, inquit Victorinus in h. l. Tullius nullo se præmio adductum ad Verris accusationem aiebat, 'Non enim spolia C. Verris concupivi.'

minem conveniet arbitrari, nos, cum aliquod exemplum ponamus,[20] quod in senatu agatur,[u] ab judiciali genere exemplorum recedere. Quicquid enim de homine probando, aut improbando dicitur, cum ad eam dictionem sententiarum quoque ratio accommodetur,[1] id non, etsi per sententiæ[2] dictionem agitur, deliberativum est: sed quia de homine statuitur, judiciale est habendum.[x] Omnino autem qui diligenter omnium causarum vim et naturam cognoverit, tum genere,[s] tum etiam forma[3] eas intelliget dissidere. Ceteris autem partibus aptas inter se omnes, et aliam in aliam[4] implicatam videbit. 111. Nunc de præmiis consideremus. L.[5] Licinius Crassus[t] consul quosdam in cite-

[u] *Ubi fere semper adhibetur deliberativum genus.*

[x] *Nam quod dicitur, sive ad laudationem, sive ad vituperationem hominis, licet postea ferenda sit sententia; non ideo tamen ad genus deliberativum pertinet: sed quia de homine vel absolvendo vel condemnando disceptatur, ad genus judiciale revocandum est. Scilicet dicere sententiam est aliquid utrique generi commune.*

****

consilio vel *concilio.*—19 Voss. 1. Leid. 3. *expetitur.*—20 κ *aliq. exempl. ponimus:* Leid. 3. *aliq. exempl. de Syphace ponamus.*—1 κ et Lamb. *accommodatur.* —2 Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. Oxonn. Mss. et edd. ante Ern. cum Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *si per sent.* Leid. 2. Schutz. Wetzel. et Orell. *etsi per sent.* prob. Oud. ω 1. *si per sententiarum.*—3 Voss. 2. *cum gen. primo, tum forma:* B *genere et prima confirmatione*, suprascr. *genere primo et forma:* M *cum genere, etiam tum forma:* W θ *genere primo, tum et forma:* ω 1. *tum genere tum forma:* Grev. *genere primo et forma:* Sch. *genere et prima conformatione*, suprascr. *de genere primo et forma:* Vulg. *cum genere primo, tum etiam forma.* Ern. delevit *primo*, quod abest ab L, ω 2. Cass. Pall. Voss. 1. Leid. 1. et id deleverunt Schutz. Wetzel. et Orell. Dein B et Voss. 1. *intelligit diss.*—4 θ, Voss. 1. Leid. 2. 3. *in alia.* Pro *implicatam*, alii habent *implicitam.*—5 In M præ-

NOTÆ

[s] *Tum* [*cum*] *genere*] Causæ omnes primo quidem differunt genere: aliæ enim ad judiciale, aliæ ad demonstrativum, aliæ ad deliberativum genus pertinent: deinde specie discrepant; aliæ sub genere judiciali referuntur ad defensionem, aliæ ad accusationem; sub demonstrativo aliæ ad laudem, aliæ ad vituperationem; sub deliberativo aliæ ad suasionem, ad dissuasionem aliæ. Nihilominus ceteris partibus cognatæ sunt. Quod enim ut honestum verbi gratia laudaveris, illud idem sine controversia et defendere et suadere possis: quod viperabis ut turpe, recte et accuses et dissuadeas. Ita causæ omnes sibi mutuo implicantur.

[t] *L. Licinius Crassus*] Consulatum gessit Q. Mucio Scævola A. U. C. 659. ante Chr. 95. Triumphi cupidissimus fuit, ut indicat Tullius in Pison. 'Spiculis,' inquit, 'prope scrutatus est Alpes, ut, ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quæreret.' Addit tamen eum inter-

riore Gallia, nullo illustri, neque[6] certo duce, neque eo nomine,[u] neque numero[7] [x] præditos, ut digni essent, qui hostes[8] populi Romani dicerentur;[9] quod tamen excursionibus[10] et latrociniis infestam provinciam redderent, consectatus est, et confecit: Romam redit: triumphum[11] ab senatu postulat. Hic, ut et in deprecatione,[12] nihil ad nos attinet,[13] rationibus et infirmationibus rationum supponendis, ad judicationem pervenire: propterea quod, nisi alia quoque incidet[14] constitutio, aut pars constitutionis, simplex erit judicatio, et in[15] quæstione ipsa continebitur. In deprecatione, hujusmodi, Oporteatne pœna affici? in hac, hujusmodi, Oporteatne præmium dari?[16] XXXVIII. 112. Nunc ad præmii quæstionem appositos locos exponemus. Ratio igitur præmii quatuor est in partes distributa; in beneficia, in hominem, in præmii genus, in facultates. Beneficia[y] ex sua vi, ex tempore, ex animo ejus qui

nomen omittitur.—6 In eodem Ms. desunt verba *illustri neque.*—7 M *neque eo numero.*—8 B *qui digni essent, ut hostes.*—9 Vulg. *Rom. esse dic.* Verbum *esse* cum Lamb. delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur: in κ etiam deest.—10 θ κ, ω 1. Voss. 2. Leid. 2 *qui tamen:* ω 2. Sch. Voss. 1. Leid. 1. *qui tunc:* B et M *quod tunc.* Dein Sch. *excursibus:* Voss. 1. Leid. 3. *ex concursibus.*—11 Voss. 1. *redit, et triumph.*—12 Orell. e B et Tur. delevit vocem *ut;* quæ abest etiam a Sch. Leid. 1. a m. pr. et ed. Omnib. In Voss. 1. Leid. 3. *etiam ut in depr.*—13 Lamb. *nihil att.* omissis *ad nos.*—14 B κ et Sch. *incidat.*—15 Leid. 3. et Lamb. non habent præpositionem.—16 ω 2. *affici? in præmii petitione oporteatne dari præmium:* Sch. a m. pr. *affici? in præmii petitione oporteatne præm. dari.*

NOTÆ

cedente collega non triumphasse, qui cum animadverteret, ut observat Pædianus, Crasso propter summam ejus in rep. potentiam senatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit reipublicæ magis quam collegæ habere rationem.

[u] *Neque eo nomine*] Inimici sunt quibuscum privata odia exercemus: hostes, quibus populus Romanus publice bellum indixit, vel qui populo Romano indixere: cæteri latrunculi et prædones appellantur. Hostis autem ab hostiendo sive æquando dicitur, quoniam æquali causa ad bellum venit, et par adversario videtur.

[x] *Neque numero*] 'Ob levia prælia quidam imperatores triumphos sibi decerni desiderabant: quibus ut occurreretur lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi qui quinque millia hostium una acie cecidisset. . . .' Lex etiam 'pœnam imperatoribus minatur, qui aut hostium occisorum in prælio, aut amissorum civium falsum numerum literis senatui ausi essent referre.' Val. Max. II. 8.

[y] *Beneficia*] Sumitur hic beneficium pro gratia, quam sic definit Aristot.

fecit, ex casu [17] considerantur. Ex sua vi quærentur [18] hoc modo: magna, an parva; facilia, an difficilia; singularia sint, an vulgaria; [19] vera, an falsa quadam ex ratione [20] honestentur: [y] ex tempore [z] autem, si tum, cum indigeremus; [a] cum ceteri non possent, [b] aut nollent opitulari; si tum, [1] cum spes deseruisset: ex animo, si non sui commodi cau-

[y] *An falsa sint beneficia, et nihilominus verbis ornentur tanquam vera.*

CAP. XXXVIII. 17 Octo Oxonn. Mss. cum Oliv. *fecerit.* Dein quædam edd. vett. *ex causa:* ω 1. 2. Leid. 1. *et ex casu.*—18 Voss. 1. Leid. 3. ed. Omnib. *quæruntur:* ω 1. *considerantur:* Lamb. *considerabuntur.*—19 L M κ omittunt *sint:* deest etiam a Voss. 1. Leid. 3. in quibus *an communia.*—20 B W θ κ, Sch. a m. pr. et ed. Omnib. *quanam:* L *sed quadam.* Tum Voss. 1. Leid. 3. Schutz. et Orell. *exornatione:* L M ψ, ω 1. Leid. 2. 3. Voss. 1. 2. et vulg. *ex oratione,* sed suprascr. in M *ex ornatione.* E Leid. 1. Sch. a m. sec. Cass. Guelf. Mss. Gronov. et edd. pr. *ex ratione* dedit Ern. et sic quoque B. W θ κ, ω 2. Tur. Wetzel.—1 Voss. 1. Leid. 3. *aut si tum.* Dein Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. octo Oxonn. Mss. et edd. ante Grut. cum Oliv. habent *deseru-*

NOTÆ

Rhet. l. II. Χάρις ἐστὶ, καθ' ἣν ὁ ἔχων λέγεται χάριν ὑπουργεῖν δεομένῳ, μὴ αντί τινος, μηδ' ἵν' αὐτῷ τῷ ὑπουργοῦντι, ἀλλ' ἵν' ἐκείνῳ τι. *Gratia est, per quam is qui habet, dicitur gratiam conferre indigenti, non ut aliquid referatur, neque ut ipsi conferenti, sed ei tantum cui confertur, bene sit.* Quibus autem ex capitibus vel crescat vel imminuatur beneficii ratio, idem egregie more suo docet. Quadrifariam amplificatur: 1. si valde indigentibus tribuitur. 2. si magnum quid ac difficile detur. 3. si opportuno tempore ac loco. 4. si aut solus, aut primus conferas gratiam. Extenuatur sex modis beneficium: 1. si quis id commodi sui causa præstiterit. 2. si casu vel necessitate. 3. si non tam confertur gratia quam refertur. 4. si non tempore ac loco opportuno. 5. si nulla sint animi benevoli signa. 6. si res sint viles.

[z] *Ex tempore*] Elegauter Ausonius Epigr. LXXXI. 'Gratia quæ tarda est, ingrata est gratia; namque Cum fieri properat, gratia grata magis.' Et aliunde notum illud, 'Bis dat, qui cito dat.'

[a] *Si tum, cum indigeremus*] Ex hoc capite Cæsaris beneficium extollit Cic. Philipp. III. § 3. 'C. Cæsar adolescens, pæne potius puer, incredibili ac divina quadam mente atque virtute, tum cum maxime furor arderet Antonii, cumque ejus a Brundisio crudelis et pestifer reditus timeretur, nec postulantibus, nec cogitantibus, nec opinantibus quidem nobis, quia fieri posse non videbatur, firmissimum exercitum invicto genere veteranorum militum comparavit, patrimoniumque suum effudit: quanquam non sumus usi eo verbo quo decuit; non enim effudit, sed in reip. salute collocavit.'

[b] *Cum ceteri non possent*] Quomodo Didonis gratiam exaggerat Æneas l. I. Æneid. 'O sola infandos Trojæ miserata labores, Quæ nos, relliquias Danaum, terræque marisque Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos, Urbe, domo, socias! grates persolvere dignas Non opis est nostræ.'

sa,[c] sed eo consilio fecit[2] omnia, ut hoc[3] conficere posset: ex casu, si non fortuna, sed industria factum[4] videbitur, aut si industriæ fortuna obstitisse.[z][5] 113. In hominem autem; quibus rationibus[6] vixerit, quid sumtus in eam rem aut laboris insumserit;[7] ecquid aliquando tale fecerit, num alieni laboris, aut Deorum bonitatis præmium sibi postulet;[a] num aliquando ipse talem ob causam præmio aliquem affici negarit oportere; aut num jam satis pro eo, quod fecerit, honos[8] habitus sit; aut num necesse fuerit ei facere id[9] quod fecerit; aut num hujusmodi sit[10] factum, ut, nisi fecisset,[11] supplicio dignus esset, non, quia fecerit, præmio;[12] aut num ante tempus præmium petat, et spem incertam certo venditet pretio;[b][13] aut num, quo[14] supplicium aliquod vitet, eo præmium postulet, uti de se[15] præjudicium factum esse videatur. XXXIX. In præmii autem genere, quid,[16] et quantum, et quamobrem postuletur, et quo, et quanto[17] quæque res præmio[18] digna sit, considerabitur: deinde, apud majores[19] quibus hominibus, et quibus de causis talis[20] honos sit habitus, quæretur: deinde, ne is honos nimium pervagetur.[c][1] 114. Atque hic

[z] *Aut si casus impedierit beneficii conferendi voluntatem.*
[a] *Quod sola Deorum benignitate rependitur.*
[b] *Num velit certo pretio vendere rem incertam.*
[c] *Communis fiat.*

issent, opitulatus sit: ex animo.—2 ω 2. Sch. Leid. 3. *si eo cons.* κ et Leid. 2. *fecerit.*—3 Voss. 1. *ut in hoc.*—4 κ *esse factum.*—5 Leid. 3. *aut ind.* omisso *si.* Tum B L M W θ κ, ω 2. omnes Mss. Ond. et Tur. cum ed. Omnib. *obstitisset:* ψ, ω 1. Junt. et Oliv. *obstiterit.*—6 Voss. 1. *si quibus rat.*—7 W θ κ *consumserit;* et sic suprascr. in M.—8 Editio Lambini habet appositum oræ, 'Forte *honoris.*'—9 M non habet *id.*—10 W *ejusmodi ejus sit:* θ *hujusmodi ejus sit:* Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. Tur. et Orell. *ejusmodi sit.* Vulg. *hujusmodi sit.*—11 Sch. *ut ni fec.*—12 Sch. *nunc quia fec.* et κ *præmio dignus.*—13 Voss. 2. *spem certam.* Voss. 2. Leid. 1. *vindicet:* B M *vendicet.* Pro *pretio,* κ et Leid. 2. habent *præmio.*—14 W θ, Leid. 2. 3. ed. Omnib. et Lamb. *quod.*—15 ω 1. 2. Sch. Voss. 1. Leid. 3. *ut de se:* Voss. 2. *ita de se.* Mox Leid. 2. omittit *esse.*

CAP. XXXIX. 16 W *quid sit.*—17 W *quanto,* omissa copula.—18 *Præmio* abest a Voss. 1. Leid. 3.—19 θ *apud quos maj.*—20 B non habet *talis.*—1 Quidam

NOTÆ

[c] *Si non sui commodi causa*] Jason Medeæ beneficium sic elevabat, ut ex Euripide refert Tullius Quæst. Tusc. l. IV. 'Tu me amoris magis quam honoris servasti gratia.'

ejus, qui contra aliquem præmium postulantem dicet, locus erit communis;[2] præmia virtutis et officii sancta et casta esse oportere, neque ea aut[3] cum improbis communicari,[4] aut in mediocribus hominibus pervulgari: et[5] alter, minus homines virtutis cupidos fore, virtutis præmio pervulgato; quæ enim rara, et ardua sint, ea ex præmio[6 d] pulchra et jucunda hominibus videri: et tertius, si existant,[7] qui apud majores nostros ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt;[8] nonne de sua gloria, cum pari præmio tales homines affici videant, delibari[e d] putent?[9] et eorum enumeratio,[10] et cum eis, quos contra dicat,[11] comparatio. Ejus autem, qui præmium petet, facti sui amplificatio,[f] et eorum, qui præmio[12] affecti sunt, cum suis factis contentio.[g] 115. Deinde ceteros a virtutis studio repulsum iri, si ipse præmio non sit affectus. Facultates autem considerantur,[13] cum aliquod pecuniarum præmium postulatur: in quo utrum copia[14] sit agri, vectigalium, pecuniæ, an penuria, consideratur.[15] Loci communes, Facultates augere, non minuere[16] oportere, et Impudentem[17] esse, qui pro beneficio non gratiam,

[d] *Si cedant in præmium.* [e] *Imminui.*
[f] *Locus erit.* [g] *Comparatio.*

doctus putabat legendum *pervulgetur*, teste Lambino.—2 M *est comm.*—3 *Aut* non est in θ.—4 B L M W κ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *communicare.*—5 Deest copula Voss. 1. Leid. 3.—6 M κ *ardua sunt.* Pro *ex præmio*, B L M W θ κ ψ, Tur. omnes Mss. Ond. et edd. pr. atque Orell. habent *experiendo:* Schutz. e conj. edidit *ex præmiis ea.*—7 M *extant.*—8 M *tali hon. vel donati sunt.*—9 Voss. 1. Leid. 3. *derogari:* Voss. 2. Leid. 1. 2. Tur. octo Oxonn. Mss. et quatuor Mss. Lambini, cum Oliv. et Græv.-Burm. *deliberari:* al. *deliberare:* Lamb. *delibrari.* Ern. e Ms. Gron. recepit *delibari;* et sic Junt. Crat. Schutz. Wetzel. et Orell. In L *vid., vel derogari deliberari put.* Vid. Nott. Var.—10 Sch. a m. pr. *dinumeratio.*—11 θ, Tur. et Sch. a m. pr. *contra dicas:* κ *contradicant:* Voss. 1. Leid. 1. 3. suprascr. in Sch. ed. Omnib. *contra dicant:* Schutz. e conj. *contra dicet;* et sic Orell.—12 Sch. *qui eodem præmio.*—13 ω 1. *Fac. autem tunc cons.* Tum ω 2. et Leid. 3. *aliquid pecuniarum in præmium.* B M W θ κ, *aliquod pecuniarum præmium:* margo Sch. *aliter aliquid pecuniarum in præmio:* Leid. 1. 2. et ed. Omnib. *aliquod pecuniarum in præmium.*—14 Voss. 1. Leid. 3. *utrumne copia:* vulgo *utrumne copia.* W κ, Guelf. 2. *ne copia,* omisso *utrum.* ω 1. et Sch. *utrum copia;* et sic edidit Ern. quem Wetzel. et Orell. sequuntur.—15 κ *considerantur.*—16 Voss. 1. *et non min.*—17 Sch. a m. pr. Voss. 1.

NOTÆ

[d] *Delibari*] Ita legendum ducimus, cum in aliis edd. *deliberari* habeatur. Eadem locutione utitur Cicero hoc ipso lib. § 174. 'Quod sit in præsentia de honestate delibatum.' Legit Lambinus *delibrari*, metaphora ducta

verum mercedem postulet: contra autem de pecunia ratiocinari,[h] sordidum esse, cum de gratia referenda deliberetur:[18] et se non pretium[19] pro facto, sed honorem [ita ut factitatum sit[i] [20]] pro beneficio postulare. [*p.* 77.] Ac de constitutionibus quidem satis dictum est:[1] nunc de iis controversiis, quæ in scripto versantur,[2] dicendum videtur.

XL. 116. In scripto[e] versatur controversia,[3] cum ex scriptionis ratione aliquid dubii nascitur. Id fit ex ambiguo, ex scripto et sententia,[4] ex contrariis legibus,[5] ex ratiocinatione, ex definitione.[6] Ex ambiguo autem nascitur controversia, cum quid senserit scriptor, obscurum est, quod scriptum duas pluresve res significat, ad hunc modum: Paterfamilias, cum filium hæredem faceret, vasorum argenteorum centum pondo uxori suæ[7] sic legavit: 'Hæres meus uxori meæ vasorum argenteorum pondo centum,[k] quæ volet,[f] dato.' Post mortem ejus vasa magnifica et pretiose cælata petit a filio[8] mater. Ille se, quæ ipse vellet,[9] debere dicit. Primum,[10] si fieri poterit,[11] demonstrandum est, non esse ambigue scriptum; propterea quod[12] omnes in consuetudine sermonis[13] sic uti soleant eo[14] ver-

[h] *Computare pecuniam sibi numerandam.*
[i] *Ut sæpe factum est.*
[k] *Libras centum.*

2. ed. Omnib. *Imprudentem.*—18 W *deliberaretur.*—19 θ, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. et ed. Omnib. *pretium non.*—20 Voss. 1. *ita fact. sit:* ω 1. Leid. 1. et Orell. *ita uti fact. sit:* Guelf. 1. Sch. a m. pr. *ita ut facti tantum sit.* Ern. judicat verba *ita ut factit. sit* spuria esse: Schutz. ea delevit: Wetzel. uncis includit.—1 Voss. 1. *dictum sit.*—2 ω 1. *nam de his controv.* et Voss. 1. Leid. 3. *quæ in scripto autem vers.*

CAP. XL. 3 B *versantur controversiæ.*—4 B *et ex scripto et ex sent.* W *et ex scr. et sent.* κ *ex scr. et ex sent.* M *ex scr., sent.* Voss. 1. *et scr. et sent.* Sch. *ex scr., ex sent.*—5 B κ *et ex contr. leg.*—6 Voss. 1. *et def.* B *et ex def.*—7 Tur. Lamb. et Orell. *pondo centum.* Voces *uxori suæ* in κ desunt.—8 Guelf. 1. a m. sec. *vasa magnifica et pretiosa cælata:* Schutz. e conj. Ern. *vasa pretiosa et magnifice cæl.* Vid. l. II. ad Herenn. c. 12. Dein Sch. *petit e filio.*—9 Tur. et Wetzel. *volet:* Schutz. e conj. Ern. *velit.*—10 L *Hic primum.*—11 κ *potest.*—12 Leid. 3. *propterea quia.*—13 *Sermonis* in κ deest.—14 Vulg. *solent:* Ern. e Leid. 3. dedit *soleant;* et sic Schutz.

NOTÆ

a libro et cortice, ita ut idem sit quod decorticari et detrahi.

[e] *In scripto*] De controversia ex scripto et sententia jam dictum l. II. ad Heren. § 13.

[f] *Quæ volet*] Ambiguum an quæ volet hæres, an quæ volet uxor.

bo uno pluribusve in eam sententiam, in quam[15] is, qui dicet,[16] accipiendum esse demonstrabit. 117. Deinde ex superiore et ex inferiore scriptura[17] docendum, id, quod quæratur, fieri[18] perspicuum. Quare si ipsa separatim ex se verba considerentur, omnia, aut pleraque, ambigua visum iri. Quæ autem ex omni considerata scriptura perspicua fiant, hæc ambigua non oportere existimari. Deinde, qua in sententia scriptor fuerit, ex ceteris ejus scriptis, factis, dictis,[19] animo, atque vita ejus[20] sumi oportebit, et eam ipsam scripturam, in qua inerit[1] illud ambiguum, de quo quæritur,[2] totam omnibus ex partibus pertentare,[l3] si quid, aut ad id appositum[4] sit, quod nos interpretemur, aut ei, quod adversarius intelligat, adversetur. Nam facile, quid verisimile sit eum voluisse, qui scripsit, ex omni scriptura, et ex persona scriptoris, atque iis rebus[5] quæ personis attributæ sunt, considerabitur.[m] 118. Deinde erit demonstrandum, si quid ex ipsa re dabitur facultatis, id, quod adversarius intelligat, multo minus commode[6] fieri posse, quam id, quod nos accipimus,[7] quod illius rei[8] neque administratio, neque exitus ullus exstet;[n] nos quod dicamus,[9] facile et commode transigi posse. Ut in hac lege (nihil enim prohibet fictam exempli[10] loco ponere, quo facilius res intelligatur): 'Meretrix coronam[g] auream ne habeto:[11]

[l] *Explorare.* [m] *Considerando invenietur.*
[n] *Quod illud neque usui esse, neque perfici possit.*

Wetzel. et Orell. Tum B *eo,* suprascr. *vel ambiguo.*—15 ω 1. Tur. et Mss. Oud. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *in eam sententiam in quam:* ut Lamb. conjecerat legend. Al. edd. et Mss. *in ea sententia in qua.*—16 Voss. 1. 2. Leid. 3. *dicit.*—17 Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. et ed. Omnib. *et inferiore,* omissa præpositione. Pro *scriptura,* κ habet *scripta.*—18 *Fieri* non est in Voss. 1. Leid. 3. —19 θ *ex cet. ipsis scriptis.* Tum B L, ω 2. Leid. 1. Voss. 2. *et ex factis, dictis:* κ *ac ex factis, dictis:* Sch. *et factis, dictis:* ed. Omnib. *dictis et factis.* —20 Lamb. delevit *ejus.*—1 Leid. 1. *in qua inerat:* ω 2. Leid. 2. *in qua erit:* κ *in qua etiam erit.*—2 ω 2. Tur. Lamb. et Orell. *quæretur.*—3 ω 1. *pertentari:* Voss. 1. Leid. 3. *tentare.*—4 κ *oppositum.*—5 Voss. 1. *et his rebus:* Leid. 3. *et ex his rebus.*—6 Sch. non habet *commode.*—7 ω 1. *accepimus;* Schutz. e conj. cum Wetzel. *accipiamus.*—8 Leid. 2. *ejus rei.*—9 L M *constet:* Leid. 2. *existet.* Tum ω 1. *sed nos quod dicamus.*—10 B *ficta exempli:* W *fictam rem exempli:* ω 1. et Tur. *fictum exempli:* θ *factam rem exempli:* κ, Voss. 1. Leid.

NOTÆ

[g] *Meretrix coronam*] Hermogenes in hoc ipso exemplo ambiguitatem ac-

si habuerit, publica esto:' contra eum, qui meretricem publicari dicat ex lege oportere, posset dici,[12] neque administrationem esse ullam publicæ meretricis,[13] neque exitum legis[h] in meretrice publicanda: at in auro publicando et administrationem et exitum [14] facilem esse, et incommodi nihil inesse.[15] XLI. 119. Ac diligenter illud quoque[16] attendere oportebit, num, illo probato, quod adversarius intelligat,[17] utilior res, aut honestior,[18] aut magis necessaria, a scriptore neglecta videatur. Id fiet, si id, quod nos demonstrabimus, honestum, aut utile, aut necessarium demonstrabimus;[19] et, si id, quod ab adversariis dicetur, minime ejusmodi dicemus esse.[20] Deinde si in lege erit ex ambiguo controversia, dare operam oportebit, ut de eo, quod adversarius intelligat, alia in lege cautum esse doceatur.[o 1] 120. Permultum autem proficiet,[2] illud demonstrare, quemadmodum scripsisset, si id, quod adversarius accipiat, fieri, aut intelligi voluisset: ut in hac causa, in qua de vasis argenteis quæritur, possit mulier dicere, nihil attinuisse, ascribi, quæ volet, si hæredis voluntati permitteret: eo enim non ascripto, nihil inesse [3] dubitationis, quin

[o] *Ostendatur esse provisum.*

3. Victorin. Junt. Lamb. *fictam legem exempli.*—11 M W, Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *non habeto.*—12 θ *posse dici:* Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *possit dici.*—13 B *adm. ullam,* omisso *esse:* Voss. 2. *adm. fuisse ullam:* et ω 2. *publicandæ meretricis.*—14 Lamb. e Ms. *exitum legis fac.* Vox *esse* in ω 2. deest.—15 ω 2. Sch. Leid. 3. *esse.*

CAP. XLI. 16 Ed. Omnib. *Ac dilig. hic quoque.*—17 B *illo quoque prob.* et Sch. *quod adv. intelligit.*—18 M *atque hon.*—19 ω 1. Leid. 2. *aut necess. demonstrabitur.* Voces *si id quod nos dem . . . aut nec. dem.; et* non sunt in ψ.—20 Leid. 2. *hujusmodi dicamus esse:* Tur. et Lamb. *ejusm. esse dicemus.*—1 Voss. 1. *cautum esse videatur.*—2 Ed. Omnib. *permultum prof.* Leid. 3. *et*

NOTÆ

centus constituit, ΕΤΑΙΡΑ, ΧΡΥΣΙΑ ΕΙ ΦΟΡΟΙΗ, ΔΗΜΟΣΙΑ ΕΣΤΩ. *Meretrix, auream coronam si ferat, publica esto.* Accusator pronuntiat δημοσία accentu in penultima, neque enim illæ vocum notæ antiquis adhibebantur, adeoque ex lege vult meretricem publicari, sive mancipium fieri civitatis. Antepenultimam acuet defensor, contendet pronuntiandum esse δημόσια, adeoque ex scripto et sententia legis coronam tantum, non ipsam mulierem publicandam.

[h] *Neque exitum legis*] Neque lege cautum esse, ut dissolutæ mulieres publicarentur, ne turpe vectigal videretur colligi.

hæres, quæ ipse vellet, daret. Amentiam[4] igitur fuisse, cum hæredi vellet cavere, id ascribere, quo non ascripto, nihilominus hæredi caveretur. 121. Quare hoc genere[5] magnopere talibus in causis uti oportebit:[6] si hoc modo scripsisset, isto verbo usus non esset, non isto loco verbum istud[7] collocasset. Nam ex his sententia scriptoris maxime perspicitur.[8] Deinde quo tempore scriptum sit, quærendum est, ut, quid eum voluisse in ejusmodi tempore[9] verisimile sit, intelligatur. Post ex deliberationis partibus: quid utilius, et quid honestius,[10] et illi ad scribendum,[11] et his ad comprobandum sit, demonstrandum:[12] et ex his, si quid amplificationis dabitur, communibus utrosque[13] locis[i] uti oportebit.[p]

XLII. Ex scripto et sententia controversia consistit,[14] cum alter verbis ipsis, quæ scripta sunt, utitur; alter ad id, quod scriptorem sensisse dicet, omnem adjungit[15] dictionem.[q] 122. Scriptoris autem sententia ab eo, qui sententia se defendet, tum semper ad idem spectare,[16] et idem velle

[p] *Ex his rebus si quid amplificatione tractandum sit, sunt loci communes quibus in utramque partem uti oportebit.*

[q] *Convertit totam orationem scriptoris.*

permultum hic prof.—3 M, Sch. Voss. 1. 2. *esse.*—4 Tur. *Amentia:* vulg. *Amentiæ.* Ern. e Mss. Guelf. Voss. 2. Schol. ed. Omnib. Med. Junt. edidit *Amentiam;* et sic B M, Schutz. Wetzel. et Orell.—5 Sch. *Quare hoc in gen.* —6 κ *uti hoc modo oport.*—7 Voss. 1. Leid. 3. *verbum illud.*—8 Post *perspicitur*, in θ additur: *Verbi causa, si magis dilexit filium quam matrem, aut matrem quam filium.*—9 ω 1. *in hoc temp.*—10 Leid. 2. Victorin. *quid hon.* sine copula. —11 M *describendum.*—12 ω 1. *dem. est.*—13 Voss. 1. Leid. 3. *utrique:* M, Leid. 2. *utrisque:* ed. Omnib. *utroque:* B L W θ κ, ω 1. Tur. Sch. Voss. 2. Cass. Guelf. 2. Lamb. et Orell. *utrinque:* Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *utrunque:* Guelf. 1. Leid. 1. Schutz. et Wetzel. *utrosque.*

CAP. XLII. 14 Voss. 1. *controv. constat:* Leid. 3. *controv. nascitur.*—15 κ, tres Mss. Oud. et ed. Omnib. *adjunget.*—16 ω 1. *sententia se defendet, ali-*

NOTÆ

[i] *Communibus utrosque locis*] In exemplo superiore de muliere servituti subjicienda, ex legislatoris sententia, quæ utrique parti communis est, dicet accusator, æquissimis legibus pares delictis pœnas debere rependi, grave scelus esse bonisque moribus maxime contrarium ejusmodi muliercula turpitudine vitæ infames coronam auream ferre, et matronarum insignibus ornari. Defensor concedet æquissimas esse leges, adeoque maxime a crudelitate abhorrentes; neque vero peccato mediocri gravissimam pœnam, cujusmodi servitus est, irrogare.

demonstrabitur:[r] tum aut[17] ex facto, aut ex eventu aliquo ad tempus id, quod instituit, accommodabitur.[18] Semper ad idem spectare,[19][k] hoc modo: Paterfamilias cum liberorum nihil haberet,[s] uxorem autem haberet,[20] in testamento ita scripsit:[1] 'Si mihi filius genitus unus,[2] pluresve, is mihi hæres esto.'[3] Deinde quæ assolent.[4] Postea, 'Si filius ante moritur,[5] quam in tutelam suam venerit,[t] tu mihi,' dicebat, 'secundus hæres esto.'[6] Filius non est natus. Ambigunt agnati cum eo, qui est hæres,[7] si filius ante, quam in suam tutelam veniat,[8] mortuus sit.[u] 123. In hoc genere non potest hoc[9] dici, ad tempus, aut ad eventum[10] aliquem sententiam scriptoris oportere accommodari, propterea, quod ea sola demonstratur,[11] qua fretus ille, qui contra scriptum dicit, suam esse hæreditatem defendit.[12] Alte-

[r] *Qui dicet pro sententia scriptoris, ostendet sententiam scriptoris; aut unum eundemque semper habere sensum; aut hoc præsenti tempore talem habere sensum propter aliquem casum.*

[s] *Cum nullos haberet filios.*

[t] *Antequam sui juris esse cœperit.*

[u] *Consanguinei patrisfamilias de cernenda hæreditate disceptant cum illo quem paterfamilias testamento substituit hæredem, si forte filius moreretur antequam fieret sui juris annos natus quatuordecim.*

quando tenenda est cum determinatione aliquando sine determinatione, tum semper ad idem spectare.—17 M κ, ω 1. Sch. Voss. 2. carent *aut.*—18 M, Voss. 1. 2. Leid. 1. a m. pr. item Leid. 3. *instituitur:* edd. pr. *instituerit,* probb. Oud. et Ern. Dein M W θ κ, Sch. Voss. 1. Leid. 1. *accommodatur.*—19 M *spectat.*—20 Sch. a m. pr. *liberos filios hab. nihil.* In Voss. 1. *habuisset.* Verba *uxorem autem habet* in B desunt.—1 M *in test. ei scr.* ω 1. *in test. scr.*—2 M, Sch. ed. Omnib. *genitus sit unus,* suprascr. in Sch. *gignitur:* Voss. 1. Leid. 3. ed. Junt. *genitus fuerit unus:* B L W θ, Tur. *gignitur:* Lamb. et Orell. *genitur.* Vulg. *genitus unus.* Vid. Var. Lectt. ad l. II. de Orat. c. 32.—3 B *is,* suprascr. *hi.* Idem Ms. *heres esto,* suprascr. *heredes sint.*—4 κ *Denique:* et Sch. Leid. 1. *quæ solent.*—5 M *moriatur:* ψ *moreretur.*—6 ψ *veniret.* Tum M *tu mihi, dic., heres esto:* ω 1. *tu mihi heres esto:* Sch. a m. pr. *tum mihi, dicet, heres esto:* Tur. *tu mihi, dicet, heres esto:* Voss. 1. 2. *tum mihi, dicebat, heres esto.*—7 Octo Oxonn. Mss. cum Junt. Lamb. Oliv. et Lall. *qui est secundus heres.*—8 L W θ κ, Victorin. et Orell. *venerit:* Schutz. e conj. cum Wetzel. *veniret.*—9 ω 1. non habet *hoc.*—10 M θ, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *et ad eventum:* B *et ad ventum.*—11 κ, Sch. Voss. 2. ed. Omnib. et Lamb. *sola esse dem.*—12 Leid. 3. et ed. Omnib. *dicet:* et mox Leid. 3. *defendet.*—13 B et ed.

NOTÆ

[k] *Semper ad idem spectare*] Unum et eundem semper habere sensum aliquando scriptoris sententiam probatur exemplo consequenti. Hæres secundus testamento scriptus interpretatur se legitimum hæredem, sive patrifamilias natus esset filius futurus primus hæres, sive natus non esset.

rum autem genus est eorum,[13] qui sententiam inducunt. In quo[14] non simplex voluntas scriptoris ostenditur, quæ in omne tempus, et in omne factum idem valeat:[x] sed ex quodam facto, aut eventu ad tempus interpretanda dicitur.[15] Ea partibus[16] juridicialis assumtivæ maxime sustinetur.[y] [*p.* 78.] Nam tum inducitur comparatio, ut in eum,[17] qui, cum lex aperiri portas noctu vetaret, aperuit quodam in bello, et auxilia quædam[18] in oppidum recepit, ne ab hostibus opprimerentur, si foris essent, quod prope muros hostes[19] castra haberent: 124. tum relatio criminis, ut in eo milite,[20] qui, cum communis lex omnium hominem occidere vetaret,[1] tribunum [militum][1] suum,[m] qui vim sibi afferre conaretur,[2] occidit: tum remotio criminis, ut in eo, qui, cum lex, quibus diebus in legationem[3] proficisceretur, præstituerat,[4] quia sumtum quæstor[5] non dedit, profectus

[x] *Habeat eundem sensum.*
[y] *Potissimum continetur judiciali constitutione, quæ dicitur assumtiva.*

Omnib. *Illud autem gen. eorum:* W *Aliud autem gen. eorum :* θ *Aliud autem gen. est eorum:* κ *Alt. autem gen. eorum:* Sch. *Aliud autem gen. est eo,* suprascr. *illud.*—14 Schutz. Wetzel. et Orell. ita distinguunt, *inducunt, in quo.*—15 B *ducitur.*—16 κ et ed. Omnib. *Ea ex part.*—17 ω 2. Leid. 1. Voss. 2. Sch. a m. sec. Junt. Lamb. et Orell. *in eo.*—18 M, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *auxilio quosdam:* κ *auxilium quoddam.*—19 Sch. non agnoscit vocem *hostes.*—20 Vulgo vox *milite* omittitur. Ern. eam inserunt e Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. Guelf. 1. Cass. edd. pr. et eam agnoscunt B M κ ψ, ω 1. 2. Schutz. Wetzel. et Orell.—1 ψ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. ed. Omnib. *tribunus:* κ *tribunus plebis.* Tum Tur. et quinque Mss. Ond. cum ed. Omnib. *militem;* quod Schutz. delevit. Lamb. putat *militaris* legend.—2 Vulg. *inferre.* Ern. e Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. Guelf. 1. 2. edidit *afferre;* et sic M W, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. Pro *conaretur,* κ, Leid. 3. ω 2. Junt. Lamb. habent *conabatur.*—3 κ *ut in legatione.*—

NOTÆ

[1] *Occidere vetaret*] Pro vita aut pudicitia, quæ vitæ adæquatur, tuenda, injustum aggressorem, si non alia suppetat evadendi via, fas est occidere. Julius Paulus Sentent. v. tit. 23. 'Qui latronem cædem sibi inferentem, vel alium quemlibet stuprum inferentem occiderit, puniri non placuit. Alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit.' Augustin. de Libero Arbitrio I. 5. 'Lex dat potestatem vel viatori ut latronem, ne ab eo ipse occidatur, occidat; vel cuipiam viro aut fœminæ, ut violenter sibi stupratorem irruentem, aut post illatum stuprum, si possit, interimat.'

[m] *Tribunum militum suum*] Trebonius C. Lusium Marii sororis filium noctu vim adhibere parantem stricto gladio confodit. Marius re audita, nedum juvenem plecteret, corona donavit. Plutarch. in Mario.

non est:[z] tum concessio per purgationem, et per imprudentiam, ut in vituli[6] immolatione: et per vim, ut in navi rostrata: et per casum, ut in Eurotæ fluminis[7] magnitudine. Quare aut ita sententia inducetur, ut unum quiddam[a][8] voluisse scriptor demonstretur: aut sic, ut in ejusmodi re et tempore,[9] hoc voluisse doceatur.[10]

XLIII. 125. Ergo is, qui scriptum defendit, his locis[11] plerumque omnibus, majore autem parte[12] semper poterit uti: Primum scriptoris collaudatione, et loco communi, nihil eos, qui judicent, nisi id, quod scriptum sit,[13] spectare oportere: et hoc eo magis, si legitimum scriptum proferetur, id est, aut lex ipsa, aut ex lege aliquid.[14] Postea quod vehementissimum est, facti, aut intentionis adversariorum cum ipso scripto contentione,[b] quid scriptum sit,[c] quid factum, quid juratus judex:[d] quem locum multis modis[15] variare oportebit. Tum ipsum secum admirantem, quidnam contra dici possit: tum ad judicis officium revertentem, et ab eo quærentem, quid præterea audire, aut expectare debeat: tum ipsum adversarium, quasi intentantis loco,[e] producendo, hoc est, interrogando,[16] utrum scriptum neget esse eo modo, an ab se contra factum esse, aut contra contendi neget:[17] utrum ne-

[z] *Ut in illo qui, propterea quod quæstor impensas non suppeditavit, in legationem non est profectus eo die quem lex præfinierat.*
[a] *Semper.*
[b] *Poterit uti comparatione.* [c] *Ostendet.*
[d] *Debeat facere juramento obligatus legi servandæ.*
[e] *Quasi actionem intenderet.*

4 Ed. Lamb. *præstitueret.*—5 M *prætor.*—6 ω 1. et Sch. *per imprud. factum,* suprascr. in Sch. *facta:* ed. Omnib. *per impr. facti.* Dein M *ut factum est in rituli:* θ *ut est in vit.*—7 Vox *fluminis* abest ab M, ω 1. Tur. Sch. et eam delevit Schutz.—8 Sch. ed. Omnib. *quoddam.*—9 ω 1. *ut cum ejusm.* Leid. 3. *re aut temp.*—10 L *demonstretur.*

CAP. XLIII. 11 κ, Sch. Voss. 1. Leid. 2. Victorin. ed. Omnib. Schutz. et Orell. *defendet.* Tum Sch. *et his locis.*—12 Sch. *majore tum parte:* Lamb. et Schutz. *majorem autem partem.*—13 B κ, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *scriptum est.*—14 Tur. et Lamb. *aliquid ex lege.*—15 ω 1. *multimodis:* θ *multis locis.* Tum M *oportet.*—16 κ *quasi tentantis loco:* M *quasi intentantis loco,* suprascr. *minitantis,* et in marg. '*intemptantis* vel *intendentis.*' ω 1. *quasi in testis loco:* Sch. a m. pr. *quasi intendentis loco:* Altorf. *quasi intentantis locum;* unde Schutz. edidit, *quasi in intentionis locum.* Lamb. putabat verba *intentantis loco* delenda esse, seu *intendentis loco* legend. Vulg. *quasi intentantis loco.* Dein ω 1. Sch. Voss. 2. Leid. 2. *producendum, hoc est, interrogandum:* θ in marg. *producendum, interrogandum.*—17 θ κ *an contra;* et ω 2. Leid. 1. Voss. 2. Sch.

gare ausus sit, se dicere desiturum. 126. Si neutrum [18] neget, et contra tamen dicat: nihil esse, quo hominem impudentiorem [19] quisquam se visurum arbitretur. In hoc ita commorari conveniet, quasi nihil præterea dicendum sit, et quasi contra dici nihil possit, sæpe id, quod scriptum est, recitando; sæpe cum scripto factum adversarii confligendo; [20] atque interdum acriter ad judicem ipsum [1] revertendo. Quo in loco judici demonstrandum est, quid juratus sit,[2] quid sequi debeat: duabus de causis judicem dubitare oportere, si aut scriptum sit obscure, aut neget aliquid [3] adversarius: XLIV. 127. cum et scriptum [4] aperte sit, et adversarius omnia confiteatur, tum judicem [5] legi parere, non interpretari legem oportere. Hoc loco confirmato, tum diluere ea, quæ contra dici poterant,[6] oportebit. Contra autem dicetur, si aut prorsus aliud sensisse scriptor, et scripsisse aliud demonstrabitur: [7] ut in illa de testamento, quam posuimus, controversia, aut causa assumtiva [n] inferetur, quamobrem scripto non potuerit, aut non oportuerit obtemperari.[8] 128. Si aliud sensisse scriptor, aliud scripsisse dicetur,[9] is, qui scripto utetur, hoc dicet,[10] non oportere de ejus voluntate nos argumentari, qui, ne id facere possemus, indicium [11] nobis reliquerit [12] suæ voluntatis: [f] multa incommoda consequi, si instituatur, ut a

[f] *Quam talem esse scriptum demonstrat.*

a m. sec. et ed. Crat. *cont. posse neget:* Lamb. suspicabatur legend. *aut contra dici posse contendat.*—18 θ *Vel si neutr.*—19 Lamb. et Orell. *quod hom.* M et Sch. *imprudentiorem;* Voss. 1. *imprudentem.*—20 L M κ, Leid. 2. ed. Omnib. *comparando;* sic θ in marg. et sic suprascr. in W.—1 κ non habet *ipsum.* —2 ω 1. *quod jur. sit.*—3 M *aliquis.*

CAP. XLIV. 4 κ et Leid. 3. *Cum autem et scr.*—5 Sch. *judex,* suprascr. *judices;* ut est in M W, Voss. 1. 2. Leid. 1. 3.—6 W θ, Sch. *potuerunt:* M, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. Tur. Lamb. Schutz. et Orell. *poterunt.* Vulg. *poterant.*—7 ω 1. *prorsus aliud quidem sensisse scriptorem demonstrabitur, et scrips. aliud dem.*—8 Leid. 3. *obtemperare.*—9 Voss. 1. *aut scrips.* et Sch. Voss. 1. 2. *dicatur.*—10 ω 1. *hæc dicet.* κ et Leid. 3. carent pronomine.—11 Leid. 2. 3. Voss. 1. Junt. Grut. et Græv.-Burm. *judicium:* Pal. 2. 3. Grev. Sch. Leid. 1. Voss. 2. Guelf. 1. 2. Cass. omnes Oxonn. Mss. cum Oliv. Lall. Schutz. Wet-

NOTÆ

[n] *Causa assumtiva*] Causa assumtiva, ut patet ex antedictis, tum est, cum infirma per se defensio colore, hoc est, probabili facti ratione extrinsecus assumta corroboratur.

scripto recedatur. Nam et eos, qui aliquid scribant,[13] non existimaturos, id, quod scripserint, ratum futurum: et eos, qui judicent, certum, quod sequantur,[14] nihil habituros, si semel a scripto recedere consueverint.[15] Quodsi voluntas scriptoris conservanda sit, se,[16] non adversarios, a voluntate ejus stare:[g] nam multo propius accedere ad scriptoris voluntatem eum, qui ex ipsius eam literis interpretetur, quam illum, qui sententiam scriptoris non ex ipsius scripto spectet, quod ille[17] suæ voluntatis quasi imaginem reliquerit, sed domesticis suspicionibus perscrutetur.[h] 129. Sin causam afferet is,[i][18] qui a sententia stabit, primum erit contra dicendum: quam absurdum,[19] non negare contra legem fecisse, sed quare fecerit, causam aliquam invenire: deinde conversa omnia esse:[k] ante solitos[20] esse accusatores judicibus persuadere, affinem[l] esse[1] alicujus culpæ eum, qui accusaretur; causam proferre,[2] quæ eum ad peccandum impulisset:[3] nunc ipsum reum causam afferre,[4] quare deliquerit. 130. Deinde hanc inducere partitionem, cujus in singulas partes[5] multæ convenient argumentationes:[6] primum nulla in lege ullam causam contra scriptum accipi convenire:[7] deinde si in ceteris legibus conveniat, hanc esse hujusmodi[8] legem, ut in ea non oporteat: postremo si in hac quoque lege oporteat, hanc quidem causam accipi[9] minime oportere. XLV. Prima pars

[g] *Se qui pugnat pro scripto voluntati scriptoris adhærere, non adversarios qui pugnant pro sententia.*
[h] *Sed privatis conjecturis investiget.*
[i] *Cur recedendum sit a scripto.*
[k] *Mutatum esse omnem judicii rationem.* [l] *Reum.*

zel. et Orell. *indicium.*—12 Leid. 3. *reliquit.*—13 W θ *scribebant.*—14 Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. *quid seq.*—15 ω 1. *consuerant.*—16 Leid. 3. *conserv. est:* unus Ms. ap. Lamb. *observanda sit.* Tum θ omittit *se.*—17 B *illac.*—18 θ *Sin causam dabit is:* ψ *Sin causam afferret is.*—19 Voss. 1. Leid. 3. *quam esse absurdum:* M, ω 1. 2. Leid. 2. cum Orell. *quam abs. sit;* et sic κ in marg.—20 ω 1. Tur. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *esse omnia.* Tum M *nam ante solitos.* —1 θ non habet *esse.*—2 M *qui accusatur:* κ, ω 2. *et causam prof.*—3 L et M *impulerit:* B *compulisset,* suprascr. ' vel *impulisset.*'—4 Leid. 2. *nunc eum ipsum causam.* Sch. Voss. 1. Leid. 3. Schutz. et Orell. *inferre.*—5 θ *hanc rationem ind. part.* ω 1. Sch. et ed. Omnib. *in singulis partibus.*—6 B W, Sch. Voss. 1. ed. Omnib. *conveniunt.* Pro *argumentationes,* Sch. Voss. 1. Leid. 3. habent *orationes.*—7 κ *oportere,* sed in marg. *convenire.*—8 Sch. Voss. 2. Leid. 3. et Lamb. *ejusmodi.*—9 M *hunc quoque causam.* Leid. 2. non habet verbum *accipi.*

his fere locis[10] confirmabitur: scriptori neque ingenium, neque operam, neque ullam facultatem defuisse,[m] quo minus posset aperte perscribere id[11] quod cogitaret: non fuisse ei grave, nec difficile, eam causam excipere,[12] quam adversarii proferant, si quicquam excipiendum[13] putasset: consuesse[14] eos, qui leges scribant, exceptionibus uti. 131. Deinde oportet[15] recitare leges cum exceptionibus scriptas, et maxime videre, si qua in ea ipsa lege, qua de agitur,[16] sit exceptio aliquo in capite,[n] aut apud eundem[17] legis scriptorem,[o] quo magis eum probetur fuisse exceptum, si quid excipiendum putaret: et ostendere, causam accipere,[p] nihil aliud esse,[18] nisi legem tollere: ideo quod,[19] cum semel causa consideretur, nihil attineat eam ex lege considerare, quippe quæ in lege[20] scripta non sit. Quod si sit institutum; omnibus causam dari et potestatem peccandi, cum intellexerint, vos ex ingenio ejus, qui contra legem fecerit, non ex lege, in quam jurati sitis,[1] rem judicare:[q] deinde et ipsis judicibus judicandi, et ceteris civibus vivendi rationes perturbatum iri, si semel a legibus recessum sit: 132. nam et judices neque quid sequantur,[2] [*p.* 79.] habituros, si ab eo, quod scriptum sit,[3] recedant: neque, quo pacto aliis improbare[4] possint, quod contra legem judicarint: et ceteros cives, quid agant, ignoraturos,

[m] *Neque industriam neque verba defuisse.*
[n] *Alio.* [o] *In aliqua alia lege.*
[p] *Admittere exceptionem quæ non est apposita a legislatore.*
[q] *Secundum quam judicium vos laturos jurejurando promisistis.*

Cap. xlv. 10 Leid. 2. *his omnibus fere locis.*—11 Tur. et Lamb. *aperte posset perscr. id:* Voss. 2. *aperte describere id.*—12 Voss. 1. *recipere.*—13 Idem Ms. *accipiendum.*—14 Voss. 1. *consuescere.* Dein ω 1. et Voss. 1. *qui legem scribant.*—15 κ in marg. *oportebit.*—16 ω 1. *videre hoc:* θ et Leid. 2. *videre hæc:* Sch. a m. pr. *videre quæ.* Tum al. *si quæ.* Abest *ipsa* ab L et Voss. 1. Porro ω 2. Leid. 1. 2. *agatur.*—17 M *ejusdem.*—18 Voss. 1. Leid. 3. et Var. Lect. Sch. *excipere;* et sic suprascr. in M. Dein κ *non aliud esse.*—19 ω 2. *ideo quia.*—20 κ *quippe quæ causa in lege.* Verba *in lege* non sunt in Voss. 1. —1 κ, Leid. 3. ed. Omnib. *in qua.* L, Voss. 1. Leid. 3. *jurati estis.*—2 θ *nam et jud. nequit seq.*—3 B *scriptum est.*—4 B, Sch. Junt. Crat. Victor. *alios improbare,* prob. Oud. ω 1. Tur. *aliis probare:* Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *in aliis improbare.* Grut. suspic. *improperare* vel *exprobrare.* Orell. h. l. ut corruptum denotavit. Tum W, ω 1. *qui contra leg.* Leid. 3. *quod illi contra leg.* tres Mss. Lambini *quid contra leg.* unde ipse conjecit legend. *si quid*

si ex suo quisque consilio, et ex ea ratione,[5] quæ in mentem aut in libidinem venerit,[6] non ex communi præscripto civitatis unamquamque rem administrarit:[7] postea quærere[8] ab judicibus ipsis, quare in alienis[9] detineantur negotiis:[r] cur reipublicæ munere[10] impediantur,[s] cum sæpius suis rebus[11] et commodis servire[12] possint: cur in certa verba[t] jurent: cur certo tempore conveniant, certo discedant: nihil quisquam[13] afferat causæ, quo minus frequenter operam reipublicæ det, nisi quæ causa in lege[14] excepta sit: an se legibus obstrictos in tantis molestiis esse æquum censeant, adversarios nostros leges negligere[15] concedant:[u]

133. deinde item[16] quærere ab judicibus, si ejus rei causam, propter quam[17] se reus contra legem fecisse dicat, exceptionem[18] ipse in lege ascribat, passurine sint: postea hoc, quod faciat, indignius et impudentius esse, quam si ascribat:[19] age porro, quid si ipsi velint[20] judices ascri-

[r] *Quare occupentur negotiis alienis.* [s] *Fungantur.*

[t] *Certa jurumenti formula.*

[u] *Quivis judicum, si quo tempore reipublicæ non serviat judicio ferendo, non aliam causum proferet, nisi eam quæ in legibus expressa sit: si in tam gravibus curis judices putant justum esse se legibus obligari; an permittent adversarios nostros iisdem legibus non teneri?*

---

contra leg.—5 θ, Leid. 3. *et ex sua rat.*—6 Voss. 1. *aut lib. venerint:* ed. Omnib. *aut lib. venerit,* improb. Ond.—7 *Administrabit* omnes Mss. et edd. ante Ern. qui e conj. dedit *administrarit;* et sic Sch. Wetzel. et Orell.—8 ω 1. *quæres.*—9 B *quære;* et W θ, ω 1. *in aliis.*—10 κ *muneribus.*—11 B W ψ, Grev. Pall. 2. 3. Leid. 1. Voss. 1. 2. Grut. Græv.-Burm. et Lall. *cum sæpius seriis suis rebus:* θ *cum sæpe seriis suis rebus:* L *cum sæpius et suis rebus:* ω 1. *cum seriis suis rebus:* Leid. 3. *cum sæpius serius suis rebus:* Tur. *quo sæpius secius suis rebus:* Schutz. e conj. atque etiam Orell. *quo secius suis rebus:* M κ, ω 2. Leid. 2. Sch. a m. pr. Junt. Lamb. Oliv. et Wetzel. *cum sæpius suis rebus.*—12 θ *servare.*—13 L, ω 2. *cur certo disc.* M *cur certoque disc.* Sch. ed. Omnib. et Lamb. *certoque disc.* Leid. 2. *in forum, cur disc.* Tum L M, Leid. 3. ed. Omnib. *cur nihil quisq.* sed in M *cur* punctis subnotatur.—14 W *causæ* in M deest. Dein vulg. *ex lege.* L M W ψ, ω 1. 2. Tur. omnes Mss. Ond. et edd. ante Ald. cum Oliv. Schutz. Wetzel. et Orell. *in lege.*—15 M W θ *advers. vero nostros:* et Leid. 3. *legem negl.*—16 κ et ω 1. carent *item.*—17 W θ κ et Sch. *si ejus rei causæ:* M, Lamb. et Schutz. *si ejus causæ:* B, Tur. Pall. Leid. 1. Voss. 2. *si ejus rei causa:* L, Leid. 2. 3. Voss. 1. et unus Ms. ap. Lamb. *si ejus rei,* omisso *causam;* quam vocem Ern. putat spuriam esse. Wetzel. et Orell. eam uncis includunt. Dein M *per quam.*—18 In Voss. 1. et Leid. 3. vox *exceptionem* præponitur illis *propter quam, &c.*—19 Leid. 2. *atque impud. esse:* Voss. 1. *et imprudentius esse.* In eodem Ms. *in quam si ascr.* ed. Omnib. *quam si quid ascr.* Sch. a m. pr. *quam si ascribatur.*—20 ω 1. *quod si.* Ern. putabat, aut *quid* delendum, aut transponendum, *si quid.* Schutz. delevit *quid:* Wetzel. uncis includit. Tum B L M W θ κ, ω 1. Tur.

bere: passurusne sit populus? atque hoc [1] esse indignius, quam rem verbo et literis mutare non possint, eam re ipsa, et judicio maxime,[2] commutare: 134. deinde indignum esse[3] de lege aliquid derogari,[o] aut legem abrogari,[4] aut aliqua ex parte commutari, cum populo cognoscendi,[5] [p] et probandi, aut improbandi potestas nulla fiat: hoc ipsis judicibus invidiosissimum [6] futurum: non hunc locum esse, neque hoc tempus [7] legum corrigendarum: apud populum [q] hoc, et per populum agi convenire: [8] quod si nunc id agant, velle se scire, qui lator sit,[9] qui sint accepturi: se actiones [10] videre et dissuadere velle: quodsi hæc cum summe inutilia, tum multo turpissima sint: legem, cujuscemodi [z] [11] sit, in

[z] *Qualiscunque.*

et omnes Mss. Oud. *vellent.*—1 Sch. a m. pr. *at hoc.*—2 Sch. Voss. 1. *maximo.*—3 θ *ind. est.*—4 Verba *aut legem abrogari* absunt ab uno Ms. ap. Lamb. —5 Voss. 1. Leid. 1. *agnoscendi.*—6 Ed. Omnib. *invidiosum.*—7 M *neque tempus*, omisso *hoc.*—8 B κ ψ *apud pop. hæc:* et Voss. 1. Leid. 3. *et per pop. magis conv.*—9 κ ψ, Voss. 1. 2. Leid. 3. et unus Ms. ap. Lamb. *lator legis sit:* alius ap. Lamb. *legis lator sit.*—10 Quidam libri Mss. habent *eas se actiones:* quidam vir doctus legend. putabat *eam se rogationem:* Lamb. putabat potius reponendum *eam se rationem.* In Pal. 1. *se accessiones*, prob. Grut. Schutz. e conj. dedit *se captionem;* et sic Orell. Ern. conj. *se actionem.* Pro *videre*, Schutz. e conj. edidit *ostendere.*—11 Leid. 2. Sch. a m. sec. *cujusmodi:* ed. Omnib. *cujuscunque modi:* Lamb. *cujuscujusmodi:* Schutz. e conj. Lamb. *cui-*

NOTÆ

[o] *Derogari*] Abrogare, derogare, exrogare, obrogare, diversum quid significant. Abrogatur legi, inquit Modestinus, cum lex prorsus tollitur: derogatur cum pars detrahitur: exrogare, auctore Festo, ex lege vetere aliquid eximere per legem novam: obrogare, legis prioris infirmandæ causa legem novam ferre.

[p] *Cum populo cognoscendi, &c.*] Abrogabat quidem populus legem, sed ut abrogaretur, senatus statuebat; nisi quando temeritate nonnullorum jura perverterentur. Quare leges cognoscendi, probandi, aut improbandi summa potestas populo non erat.

[q] *Apud populum*] A quatuor magistratibus majoribus, prætore et consule, dictatore et interrege, ferebatur lex, consulto, quo plus haberet auctoritatis, senatu. Deinde promulgabatur, sive in publico proponebatur cujusvis censuræ obnoxia per trinundinum. Quo spatio elapso magistratus populo convocato recitabat et suadebat legem, quæ suffragiis populi comprobata in æs incidebatur. Itaque penes populum erat leges sancire, corrigere, aut etiam rejicere, adeo ut Ateius Capito apud Gell. x. 20. legem definiat, 'generale jussum populi aut plebis, rogante magistratu.' Verum ut hinc patet, magistratuum erat rogare populum, an vellet, juberet aliquid fieri.

præsentia conservari[12] ab judicibus, post, si displiceat, a populo corrigi convenire: deinde, si[13] scriptum non extaret, magnopere quæreremus:[14] neque isti, ne si extra periculum quidem esset, crederemus.[15] Nunc[16] cum scriptum sit, amentiam esse, ejus, qui[17] peccarit potius quam legis ipsius verba cognoscere. His et hujusmodi[18] rationibus ostenditur, causam extra scriptum accipi[19] non oportere. XLVI. 135. Secunda pars est,[20] in qua est[1] ostendendum, si in ceteris legibus oporteat,[2] in hac non oportere. Hoc demonstrabitur, si lex aut[3] ad res maximas, utilissimas,[4] honestissimas, religiosissimas videbitur pertinere: aut inutile,[5] aut turpe, aut nefas esse tali in re non diligentissime legi obtemperare:[6] aut ita[7] lex diligenter perscripta demonstrabitur,[8] ita cautum unaquaque de re, ita[9] quod oportuerit, exceptum, ut minime conveniat quicquam in tam diligenti scriptura præteritum arbitrari. Tertius locus est ei, qui pro scripto dicet, maxime necessarius, per quem ostendat oportet,[10] si conveniat causam contra scriptum accipi,[y] eam tamen minime[11] oportere, quæ ab adversariis afferatur. 136. Qui locus idcirco est huic necessarius, quod semper is, qui contra scriptum dicit,[12] æquitatis aliquid afferat oportet. Nam summa impudentia sit,[13] eum, qui contra quam quod scriptum sit,[14] aliquid probare[15]

[y] *Si expediat admitti rationem sequendi sententiam scriptoris contra scriptum.*

cuimodi. Vulg. *cujuscemodi.* Orell. ait esse corruptum.—12 Sch. *conveniat in præsentia observari.* In M κ quoque *observari.*—13 Schutz. suspicatur legend. esse, *deinde quod, si.*—14 Leid. 3. *magno requireremus.*—15 M θ κ ψ, Leid. 1. 3. Voss. 2. ed. Omnib. *nisi extra:* Voss. 1. *nec etiam si extra:* Sch. a m. pr. et Leid. 2. *si extra,* omisso *ni.* Dein Sch. Voss. 1. Leid. 2. *esset quidem cred.*—16 Pro *nunc,* κ habet *Deinde.*—17 B L M W θ κ, Leid. 1. 3. Voss. 1. 2. et ed. Omnib. *ejus rei qui.*—18 In ω 1. *His et* desunt. Tur. *ejusmodi:* Sch. *hujuscemodi.*—19 ω 1. *extra scriptum aut contra scriptum accipi.*

CAP. XLVI. 20 ω 2. *Sec. pars ejus est.*—1 Sch. omittit *est,* prob. Ond.—2 θ *causam accipi oporteat.*—3 θ caret *aut.*—4 *Utilissimas* non est in ω 1.—5 Sch. a m. pr. *ut inut.*—6 M, Sch. a m. pr. *obtemperare videatur.*—7 Lamb. *aut si ita.*—8 W θ, Leid. 2. *perscr. esse dem.* Pro *demonstretur,* Lamb. edidit *ostendetur.*—9 Junt. Lamb. *et ita.*—10 ω 1. 2. *oportet, ostendat:* Leid. 3. *oportet ut ostendat.*—11 ω 1. *eam tamen tunc min.*—12 θ *dicat:* Tur. *dicet.*—13 θ κ ψ, Voss. 1. ed. Omnib. *summa imprudentia est:* Leid. 2. *summæ impudentiæ:* vulg. *summa impudentia est.* Pro *est,* Ern. dedit *sit* e Mss. suis omnibus, Sch. Leid. 1. Voss. 2. et sic Tur. Schutz. Wetzel. et Orell.—14 B, Sch. Voss.

velit, non æquitatis præsidio id facere conari. Si quid igitur ex hac ipsa quidpiam[16] accusator deroget,[z][17] omnibus partibus justius et probabilius accusare videatur. Nam superior oratio[r] hoc omnis[18] faciebat, ut judices,[19] etiamsi nollent, necesse esset; hæc autem, etiamsi[20] necesse non esset, ut vellent contra judicare. 137. Id autem fiet, si, quibus ex locis culpa demonstrabitur non esse[1] in eo, qui comparatione aut remotione, aut relatione criminis, aut concessionis partibus se defendit, (de quibus ante, ut potuimus, diligenter perscripsimus; de his locis,[2] quæ res[3] postulabit, ad causam adversariorum improbandam transferemus:) aut causæ[4] et rationes afferentur, quare, et quo consilio ita sit in lege, aut in testamento scriptum; ut sententia quoque, et voluntate scriptoris, non ipsa[5] solum scripturæ causa confirmatum[6] esse videatur: aut aliis quoque constitutionibus[s] factum coarguetur.[7]

XLVII. 138. Contra scriptum autem qui dicet, primum

[z] *Detrahat.*

2. *contra quam scr.* Vulg. *contra quod scr.* Ern. e Mss. suis et duobus ap. Gronov. atque Leid. 1. edd. pr. dedit *contra quam quod scr.* et sic ω 2. Schutz. Wetzel. et Orell. Præterea ω 2. *scriptum est.*—15 B *probari.*—16 Victorin. Junt. et al. *Si quidem igitur.* κ in marg. *ex hac ipsa causa.* Sch. a m. pr. cum Medic. et septem Oxonn. Mss. carent voce *quidpiam.* In Leid. 3. *quicquam.* 'Vel vox delenda est, vel cum altero Medic. *quipiam* sive *quispiam* est legendum.' *Oud.* *Quipiam* quoque in Guelf. 1. 'Ego delendum puto alterutrum aut *quid* aut *quidpiam.*' Ern. Oliv. Lall. et Schutz. deleverunt *quidpiam:* Wetzel. et Orell. uncis includunt.—17 ω 1. et Sch. a m. pr. *derogat.*—18 Omnib. *or. hæc omnis:* Lamb. *omnis oratio hoc:* Schutz. *or. hæc omnis.*—19 Omnes Mss. Oud. *ut jud.*—20 M, ω 2. *necesse esset judicare.* Tum M *hoc autem etiamsi.* Deest *autem* Leid. 3.—1 Sch. a m. pr. Voss. 1. 2. Leid. 3. Tur. ed. Omnib. Lamb. Schutz. et Orell. omittunt negativam particulam *non.* Pro *esse,* Voss. 1. Leid. 3. Schutz. et Orell. habent *inesse.*—2 Septem Oxonn. Mss. et Oliv. *si de iis locis:* Voss. 1. *si de his locis.*—3 Sch. a m. pr. et ed. Omnib. *quos res;* et sic suprascr. in M. Leid. 2. *quas res.*—4 Quinque Oxonn. Mss. cum Lamb. Oliv. et Lall. *aut si causæ.*—5 B M *ex vol. script., non ex ipsa.*—6 Schutz. e conj. ac Orell. *scriptura.* Dein B M, ω 2. Tur. Leid. 3. Lamb. Schutz. et Orell. *confirmata.*—7 ω 1. *aut in aliis.* Mox L κ, ω 2. Leid. 2. 3. *coarguatur.* In Voss. 1. desunt verba *aut aliis ... coarguetur.*

NOTÆ

[r] *Superior oratio*] Qua scilicet præcepta tradidit superius, quibus ostenderetur nulla in lege ullam causam contra scriptum accipi convenire.

[s] *Aut aliis quoque constitutionibus*] Puta conjecturali aut definitiva constitutione malitiosam adversarii in inquirenda scriptoris sententia, interpretationem exagitabit.

eum inducet locum, per quem æquitas causæ demonstretur:[8] aut ostendet, quo animo, quo consilio, qua de causa[9] fecerit: et, quamcumque causam assumet, assumtionis partibus[t] se[10] defendet, de quibus ante[11] dictum est. Atque hoc in loco cum diutius commoratus,[12] sui facti rationem et æquitatem causæ exornaverit,[13] tum ex his locis fere contra adversarios dicet oportere causas accipi. Demonstrabit, nullam[14] esse legem, quæ aliquam rem inutilem aut iniquam fieri velit; omnia supplicia,[15] quæ a legibus proficiscantur, culpæ ac malitiæ vindicandæ causa constituta esse; 139. scriptorem ipsum, si existat, factum hoc probaturum; et idem ipsum, si ei talis res accidisset,[16] facturum fuisse; et ea re[17] legis scriptorem certo ex ordine judices, certa ætate præditos constituisse, ut essent, non qui scriptum suum recitarent, quod quivis puer[18] facere posset, sed qui cogitationem assequi possent, et voluntatem interpretari: deinde illum scriptorem, si scripta sua stultis hominibus et barbaris judicibus committeret, omnia summa diligentia perscripturum fuisse: nunc vero, quod intelligeret, quales viri judicaturi essent,[19] idcirco eum, quæ perspicua videret esse,[20] non ascripsisse: neque enim vos scripti sui recitatores, sed voluntatis interpretes[1] fore putavit: 140. postea quærere[2] ab adversariis, quid si hoc fecissem? quid si hoc accidisset?[3] eorum aliquid, in qui-

Cap. xlvii. 8 Voss. 2. ed. Omnib. *æquitatis causæ demonstrentur.* In Voss. 1. *demonstraretur.*—9 Abest præpositio a Leid. 2. 3.—10 M caret *se.*—11 Leid. 3. *jam ante.*—12 M *comm. sit.*—13 M et Sch. a m. pr. *exornabit.*—14 Leid. 3. *Dem. quia nullam:* Leid. 1. *Demonstrabitque nullam.*—15 M *et omnia suppl.*—16 θ *tales res accidissent.*—17 κ *et ea res.* In Leid. 3. et Sch. a m. pr. copula deest.—18 ω 1. *quisque puer.*—19 ω 1. *nunc vero ideo intell.* Tum L W θ Sch. Leid. 2. Voss. 2. Tur. et duo Mss. Gronovii, *quales viri res jud. essent.*—20 Voss. 1. *eam quæ persp.* Leid. 3. Junt. et Lamb. *videret,* omisso *esse.*—1 Voss. 1. *interpretatores.*—2 Schutz. e conj. cum Wetzel. *quæ-*

NOTÆ

Assumtionis partibus] Comparatione videlicet, relatione, remotione, et purgatione: quibus sic reus se defendet contra scriptum: Feci quidem contra verba legis; at in eo rerum flexu sic agere satius fuit, quam legi parere: at ille potius in judicium vocandus, qui eo me adegit, &c.

bus aut[4] causa sit honestissima, aut necessitudo certissima; tumne accusaretis?[5] Atqui hoc lex nusquam excepit:[6] Non ergo omnia scriptis, sed quædam, quæ perspicua sint,[7] tacitis exceptionibus caveri: [*p.* 80.] deinde nullam rem neque legibus,[8] neque scriptura ulla, denique ne in sermone[9] quidem quotidiano atque imperiis domesticis recte posse administrari, si unusquisque velit verba spectare,[10] et non ad voluntatem ejus, qui verba habuerit,[11] accedere: XLVIII. 141. deinde ex utilitatis et honestatis[12] partibus ostendere, quam inutile, aut quam turpe sit id, quod adversarii dicant fieri oportuisse, aut oportere:[13] et id, quod nos fecerimus, aut postulemus, quam utile, aut quam honestum sit:[14] deinde leges nobis caras esse non propter literas, quæ tenues et obscuræ notæ sint[15] voluntatis, sed propter earum rerum, quibus de[16] scriptum est, utilitatem, et eorum, qui scripserint,[17] sapientiam et diligentiam: postea, quid sit lex,[u] describere,[18] ut ea videatur in sententiis, non in verbis consistere: et judex is videatur[19] legi obtemperare, qui sententiam ejus, non qui scripturam sequatur: deinde, quam indignum sit,[20] eodem affici supplicio eum, qui propter aliquod scelus et audaciam contra legem[1] fecerit, et eum, qui honesta aut necessaria de cau-

ret.—3 ω 1. *quid si acc.* in M desunt.—4 Leid. 2. 3. carent *aut.*—5 ω 1. et Sch. a m. pr. *tunc ne accusarent.*—6 θ et Leid. 2. *Atque.* M *hæc lex nusquam excepit:* ω 2. *hæc lex nusquam excipitur:* Sch. a m. pr. *hæc lex numquam excipit:* Voss. 1. 2. Leid. 2. *hoc lex nunquam excipit.*—7 Vulgo *sunt.* Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. Tur. octo Oxonn. Mss. et Mss. ap. Ern. atque edd. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *sint.* In κ deest. Sch. omittit *quæ persp. sint.*—8 Leid. 2. *neque lege.*—9 Sch. a m. pr. cum Voss. 2. *deinde:* et M W θ κ, ω 2. Sch. a m. sec. Voss. 1. Leid. 1. 3. *neque in serm.*—10 B L M κ, ω 1. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *expectare.*—11 θ κ, ω 2. Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. *qui ea verba,* prob. Oud. Tum Voss. 1. Leid. 3. *habuit.*

CAP. XLVIII. 12 ω 2. *in util. et hon.* M *ex inutilitatis et inhonestatis,* suprascr. 'vel *utilitatis et honestatis.*' Dein pro *ostendere,* Schutz. e conj. cum Wetzel. dedit *ostendet.*—13 *Aut oportere* in ω 1. desunt. Lamb. habet *potuisse, aut oportuisse: et id.*—14 κ non habet *sit.*—15 ω 1. *propter literas, si obscuræ notæ sint.*—16 Lamb. *quibus de rebus,* prob. Orell.—17 Sch. Leid. 2. et edd. vett. *scripserunt.*—18 L W *describere debet:* θ *describere debeat:* Schutz. e conj. ac Orell. *describet.*—19 Sch. a m. pr. *judex is vid.* omissa copula. In ω 1. *et ut vid.* Voss. 1. *ut judex is vid.*—20 θ *sequitur:* et M *deinde quod ind.*

NOTÆ

[u] *Quid sit lex*] Definitionem attulimus in notis ad l. II. Herenn. § 19.

sa, non ab sententia, sed ab literis legis recesserit: atque his, et hujusmodi rationibus, et accipi causam, et in hac lege accipi, et eam causam, quam ipse afferat, oportere accipi demonstrabit. 142. Et quemadmodum ei dicebamus, qui a scripto diceret, hoc fore utilissimum,[2] si quid de æquitate ea, quæ cum adversario[3] staret, derogasset; sic huic, qui contra scriptum dicet, plurimum proderit, ex ipsa scriptura,[4] aliquid ad suam causam[5] convertere, aut ambigue[6] aliquid scriptum ostendere: deinde ex illo ambiguo eam partem,[7] quæ sibi prosit,[8] defendere, aut verbi definitionem inducere, et illius verbi vim, quo urgeri videatur, ad[9] suæ causæ commodum traducere, aut ex scripto non scriptum aliquod[10] inducere per ratiocinationem, de qua post dicemus.[11] 143. Quacumque autem in re,[x] quamvis leviter[12] probabili, scripto ipso se defenderit,[13] etiam cum æquitate causa abundabit, necessario multum[14] proficiet, ideo quod, si id, quo nititur adversariorum[15] causa, subduxerit, omnem illam ejus vim[16] et acrimoniam lenierit ac diluerit. Loci autem communes ceteri[17] ex assumtionis partibus in utramque partem convenient.[18] Præterea ejus,

sit.—1 B M, ω 2. Tur. Leid. 1. 3. Voss. 1. 2. et ed. Omnib. *contra leges.*—2 θ *hoc forte util.* Leid. 3. *hoc fore utillimum.*—3 Sch. a manu pr. *qua:* et ω 1. Leid. 2. *de advers.*—4 κ *ex ea scripta,* sed in marg. *scriptura.*—5 In θ *causam* deest.—6 Ed. Omnib. *tum ambiguum.*—7 Leid. 2. *illam partem.*—8 θ non habet *prosit.*—9 ω 1. *vid., aut ad.*—10 Sch. Leid. 1. Voss. 2. *aliquid.*—11 Ed. Omnib. *posterius:* et Leid. 1. *dicimus.*—12 Tur. *autem re:* Schutz. e conj. *autem ratione.* Pro *quamvis,* in M *quis* legitur. Dein M, Leid. 3. ed. Omnib. *leniter.*—13 Leid. 3. et septem Oxonn. Mss. ac Oliv. *ipse se def.* Sch. *ipse def.* Voss. 1. Leid. 3. ed. Omnib. *defendet.*—13 Sch. a m. pr. *abundat.*—14 θ *in multum.*—15 Pro *nititur,* in Voss. 2. *utitur.* Tum κ *adversarii.*—16 ω 2 *omnem illius vim:* vulg. *omnem illam ejus vim.* E Ms. Cass. *illam* deleverunt Schutz. et Orell. Dein Leid. 2. *atque acr.*—17 Sch. Pal. 3. *ceteris:* vulg. *certis.* ω 1. Grev. Pal. 1. 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. et ed. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *ceteri.*—18 M *conveniunt.* Tum ψ *Propterea ejus:* M κ, Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *Præterea autem ejus.* In ω 1. *Præ-*

NOTÆ

[x] *Quacumque autem in re*] Adversarius qui pro scripto contendit, in eo firmissimum causæ præsidium statuit, quod ex ipsis legis vocibus judicium ferri debeat: præcipuum illud argumentum corruit, si qui pro sententia pugnat, in ipsis verbis, ejus quam interpretatur, voluntatis etiam tenue vestigium reperiat, et a mente scriptoris demonstret verba ipsa non dissidere.

qui a scripto dicet, leges ex se, non ex ejus, qui contra commiserit, utilitate spectari oportere, et legibus antiquius haberi[19] nihil oportere. Contra scriptum, leges in consilio scriptoris, et utilitate communi, non in verbis consistere. Quam indignum sit,[20] æquitatem literis urgeri, quæ voluntate ejus, qui scripserit, defendatur.

XLIX. 144. Ex contrariis autem[1] legibus controversia nascitur, cum inter se duæ videntur leges, aut plures discrepare, hoc modo: Lex est,[2] 'Qui tyrannum occiderit, Olympionicarum[y] præmium[3] capito, et quam[4] volet sibi rem a magistratu deposcito, et magistratus ei[5] concedito.' Et altera lex,[6] 'Tyranno occiso, quinque ejus proximos cognatione, magistratus necato.'[7] Alexandrum,[z] qui apud Pheræos[a] in Thessalia tyrannidem occuparat, uxor sua, cui Thebe nomen fuit, noctu, cum[8] simul cubaret,[9] occidit. Hæc filium suum, quem ex tyranno habebat, sibi in præmii loco[10] deposcit. Sunt, qui ex lege puerum occidi

terea qui a scripto: dicet leges.—19 M *habere.*—20 κ *et quam ind. sit:* ψ *et quod ind. sit.*

CAP. XLIX. 1 Deest *autem* Leid. 2.—2 L κ, Tur. Sch. Leid. 1. 2. Cass. Guelf. 1. non habent *est*, prob. Oud.—3 B *olimpicarum:* L M W θ κ, omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *Olympicarum*, cum glossa in Sch. 'sc. coronarum, quæ dantur in Olympico ludo Jovis.' 'Si quid mutandum, posset scribi *Olympiacum præmium.*' Oud. In Sch. et ed. Omnib. *præmia.*—4 L *quamcunque.*—5 In M *ei* deest.—6 Leid. 1. 2. *Alt. lex*, omissa copula: ed. Omnib. *Et alt. lex est.*—7 In L *magistratus* deest. Pro *necato*, B habet *occidito*, suprascr. *necato.*—8 L *nocte, cum:* M *noctu eum cum.*—9 B, Voss. 1. Leid. 2. 3. et Lamb. *cubarent:* ω 1. *accubarent.*—10 Voss. 1. Leid. 3. omittunt *sibi.* In uno Ms. ap. Lamb. *sibi in præmii locum:* alius ap. eundem, *sibi in præmium dep.* Vulgo præpositio omittitur: Ern. eam inseruit e Leid. 1. 2. Voss. 2. ed. Omnib. Alcuin. et Mss. suis, atque etiam edd. pr. Eam quoque habent

NOTÆ

[y] *Olympionicarum*] Olympia ludi magnificentissimi ad Jovem colendum ab Hercule instituti ad Olympiam urbem Elidis, a qua et nomen habent. Olympionices victor in certamine Olympiaco: *νίκη* Græcis est *victoria.*

[z] *Alexandrum*] Qui crudelitate et perfidia insignis, structis ab uxore Thebe et fratribus Tisiphono, Pytholao, et Lycophrone insidiis, occisus est circa an. 4. Olymp. CV. ante Chr. 357. Diod. Sic. l. XV. Plutarch. in Pelopida, &c.

[a] *Pheræos*] Urbs Pheræ a Ptolemæo et Livio in Pelasgia Macedoniæ regione, a Pausania et Cic. de Div. l. I. in Thessalia collocatur. Nunc aliis *Jenizar*, aliis *Sidro*, aliis *Jerusat* appellatur.

dicant oportere.[11] Res in judicio est. In hoc genere utramque in partem iidem loci, atque eadem præcepta convenient,[12] ideo quod uterque suam legem confirmare, contrariam infirmare [13] debebit. 145. Primum igitur leges oportet[14] contendere,[a] considerando,[15] utra lex ad majores, hoc est, ad utiliores, ad honestiores ac magis necessarias res[16] pertineat: ex quo conficitur, ut, si leges duæ, aut si plures, aut, quotquot[17] erunt, conservari non possint,[18] quia discrepent[19] inter se; ea maxime conservanda putetur,[20] quæ ad maximas res pertinere videatur: deinde, utra lex posterius lata sit; nam postrema quæque gravissima est:[b b] deinde utra lex jubeat aliquid, utra permittat.[1 c] Nam id, quod imperatur, necessarium:[2] illud, quod permittitur, voluntarium est: deinde in utra lege, si non obtemperatum sit, pœna afficiatur, aut in utra major pœna statuatur:[3] 146. nam maxime conservanda[4] est ea, quæ diligentissime sancta est:[c d] deinde utra lex jubeat, utra

[a] *Comparare.* [b] *Maxime obligat.*
[c] *Cui maxime cavetur gravissima violatoribus pœna constituta.*

Schutz. Wetzel. et Orell.—11 Post *oportere,* adduntur in Leid. 2. *Sunt qui dicant matri oportere reddi loco præmii.*—12 Sch. *loci, eademque præcepta.* κ *conveniunt.*—13 ω 1. Leid. 2. ed. Omnib. *et contr. inf.*—14 Leid. 2. *Primo.* Dein M, Sch. et ed. Omnib. *oportebit.*—15 M, Sch. a m. pr. *considerandum,* sed in M punctis subnotatur.—16 *Hoc est* in M et ω 1. desunt. κ *ad utiliores, ad meliores, ac magis necess. res:* ω 1. *ad utiliores, superiores, honestiores, magis necess. res.*—17 Leid. 3. *aut plures erunt:* ω 2. *aut si plures.* Voces *aut quotquot* absunt ab θ et κ.—18 M *cons. non possunt:* ed. Omnib. *quæ cons. non possunt.*—19 κ, Leid. 1. Car. Steph. et Lamb. *discrepant.*—20 Sch. *sed ea max.* ω 1. *confirmanda:* et θ *putatur.*—1 ψ *utrum lex;* et mox *utrum perm.*—2 θ κ *necess. est.*—3 '*Pœna afficiatur, &c.*] Hoc sane corruptum. *Afficiatur* delevit Schutz. e suspicione. (Lamb. 1566. ita: *deinde utra lege, si non obtemp. sit, pœna statuatur, aut utra major pœna statuatur;* id quod haud minus displicet.) Pro *afficiatur, adjiciatur* Oud. suspicio parum probabilis. Fuitne, *utra lege, si non obt. sit, pœna* (ablativ.) *sanciatur?*' Orell. Pro *major pœna,* ψ habet *mitior pœna.*—4 Sch. a m. pr. Voss. 2. *consideranda,* non improb. Oud.—

NOTÆ

[b] *Postrema quæque gravissima est*] Lex prior censetur abrogari posteriore contraria sancita; sicut præcedens consequente mandato revocatur.

[c] *Utra permittat*] Omnis lex, si proprie loquimur, vel jubet vel vetat aliquid fieri; ipsa quæ videtur permittere, verbi causa, adulterum cum adultera in flagranti delicto interficere, vetat ne interfector homicidii reus vocetur in jus.

[d] *Quæ diligentissime sancta est*] Sanctionem jurisconsulti vocant eam

vetet:[5] nam sæpe ea, quæ vetat,[e] quasi exceptione quadam corrigere videtur[6] illam, quæ jubet: deinde, utra lex de genere omni; utra de parte quadam; utra communiter in plures; utra in aliquam certam rem scripta[7] videatur: nam quæ in partem aliquam,[f] et quæ in certam quandam rem scripta est, promtius[8] ad causam accedere videtur,[7] et ad judicium magis[9] pertinere: deinde, ex lege utrum statim[10] fieri necesse sit: utrum habeat[11] aliquam moram et sustentationem; nam id, quod statim faciendum sit, perfici[12] prius oportet: 147. deinde operam dare, ut sua lex ipso scripto videatur niti:[13] contraria autem aut per ambiguum, aut per ratiocinationem, aut per definitionem induci; quo sanctius[14] et firmius id videatur esse, quod apertius scriptum[15] sit: deinde suæ legis ad scriptum, ipsam[16] sententiam quoque adjungere, contrariam legem item ad aliam sententiam[17] traducere, ut, si fieri poterit,[18] ne discrepare quidem vide-

5 M κ *quæ diligentissima et sanctissima est:* L θ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. Mss. ap. Lamb. et ed. Junt. *quæ diligentissima et sancta est:* ed. Omnib. *quæ diligentissima est et sancta.* In B desunt verba *quæ diligentissime ... quæ vetat.*—6 Sch. Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. *videatur.*—7 *Rem* non est in M, nec *scripta* in Voss. 1. Leid. 3.—8 Abest *rem* a Leid. 2. Tum pro vulg. *promtius,* Guelf. 1. habet *promittit;* θ *propinquius;* κ, ω 2. Tur. Lamb. Oliv. Schutz. et Orell. *propius,* quam lectionem Ern. censet elegantem esse. Verba *nam quæ ... promtius* non sunt in κ, sed in marg. *nam quæ ... propinquius.*—9 L caret *magis.*—10 M *magis ex lege utrum statim:* Schutz. e conj. *utra ex lege statim.*—11 ω 1. *et utrum hab.* Sch. e conj. *utra hab.*—12 M *perspici:* κ *percipi.*—13 Leid. 3. ed. Omnib. *ex ipso scripto.* Pro *niti,* B κ *uti,* sed suprascr. in B *niti.*—14 M *quod sanctius:* ω 1. *ei sanctius:* Sch. Leid. 3. *et sanctius:* Voss. 1. *ut sanctius.* Deest *quo* in θ, Leid. 1. Voss. 2. Dein Leid. 2. non habet *id.*—15 Junt. Grut. et Græv.-Burm. *descriptum:* omnes Oxonn. Mss. et Mss. Oud. atque Mss. ap. Ern. cum Tur. Lamb. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *scriptum.*—16 B *et ipsam:* θ, ω 2. Voss. 1. ed. Omnib. et Lamb. *ipsum.*—17 B *contr. vero legem in al. sent.*—18 Sch. ed. Omnib. *potest:* Voss. 1. 2.

NOTÆ

legum partem, qua pœna constituitur iis qui contra leges fecerint.

[e] *Ea, quæ vetat, &c.*] Legis prohibentis auctoritas est major quam aut permittentis aut imperantis. Lex enim prohibens, inquit Victorinus, permittentem aut etiam imperantem corrigit: e. g. sit lex prohibens, infamis ne militet: hac lege corrigitur illa, quisque militare vel jubetur vel permittitur.

[f] *Quæ in partem aliquam*] Speciatim lex feratur: hominem fortem nemini liceat occidere, multo gravioris erit ponderis, quam si generatim decernatur, hominem nemini liceat occidere.

antur inter se: postremo facere, si causa dabit facultatem, ut nostra ratione [19] utraque lex conservari videatur, adversariorum [20] ratione, altera sit necessario negligenda. Locos autem communes, et quos ipsa causa det, videre oportebit, et ex utilitatis et honestatis [1] amplissimis partibus sumere, demonstrantem [2] per amplificationem, ad utram potius legem accedere oporteat.

L. 148. Ex ratiocinatione nascitur controversia, cum ex eo, quod uspiam est, ad id, quod nusquam scriptum est, pervenitur,[d] hoc pacto: [3] Lex est: [4] 'Si furiosus [g] est,[5] agnatorum gentiliumque [6] in eo pecuniaque ejus potestas esto.' [*p.* 81.] Et lex: 'Paterfamilias uti super familia pecuniaque sua legaverit,[7] ita jus esto.' Et lex: 'Si paterfamilias intestato [8] moritur, familia pecuniaque ejus [9] agnatorum gentiliumque [10] esto.' 149. Quidam judicatus est parentem occidisse. Ei statim,[11] quod effugiendi potestas non fuit, ligneæ soleæ in pedes inductæ [12] sunt: os autem obvolutum est folliculo [13] et præligatum: deinde est in carcerem deductus,[14] ut ibi esset tantisper, dum culeus,[15] in quem conjectus in profluentem deferretur,[16] compararetur. Interea quidam ejus familiares in carcerem tabulas afferunt, et testes adducunt: hæredes, quos ipse [17] jubet,

[d] *Cum ex eo, quod est alicubi, venitur ad id quod nullibi scriptum est.*

Leid. 3. *possit.*—19 Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. *oratione.*—20 Vulg. *et advers.* Ern. delevit copulam, quæ abest a B M θ κ, Tur. omnibus Mss. Oud. et Mss. ap. Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—1 θ omittit voces *utilitatis et.* In Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. *ex util. et ex hon.*—2 Leid. 2. *demonstrative.*

Cap. L. 3 B, ω 1. Tur. Sch. Voss. 1. Leid. 1. 3. *venitur.* Porro κ et Leid. 3. *hoc modo.*—4 M W θ κ ψ, ω 1. 2. Sch. Leid. 1. Tur. ed. Omnib. et Oliv. non habent *est.*—5 Alii *exsistit.* Orell. putat legend. *escit.*—6 Al. *agnatum.* Dein W θ *gentilium:* ω 1. *et gentilium.*—7 Pal. 2. 3. ed. Omnib. *legasset:* Voss. 1. *legavit.*—8 L κ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. *intestatus:* ω 2. *intestatur.*—9 κ *pecuniaque sua.*—10 W θ *gentilium.*—11 M θ κ, ω 1. 2. omnes Mss. Oud. *Et statim.*—12 B, Sch. Leid. 2. Cass. Guelf. 1. et Lamb. *inditæ,* prob. Ern. M *indictæ:* ω 1. *indicta:* Guelf. 2. et Orell. *indutæ.* Vulg. *inductæ.*—13 ψ et pauci alii Mss. *folliculo lupino.*—14 θ *ductus.*—15 B L M W, ω 1. et omnes Mss. Oud. *culleus.* Pro *conjectus,* ω 1. *projectus:* Pal. 1. *conlectus.*—

NOTÆ

[g] *Lex est, si furiosus*] Hæc omnia, l. I. ad Herenn. § 23. et quæ § seq. habentur, jam explicata

scribunt:[18] tabulæ obsignantur. De illo post supplicium sumitur. Inter eos, qui hæredes in tabulis scripti sunt, et inter agnatos, de hæreditate[19] controversia est. Hic certa lex, quæ testamenti faciendi iis, qui in eo loco sint, adimat potestatem, nulla profertur. Ex ceteris legibus,[h] et[20] quæ hunc ipsum supplicio hujusmodi afficiunt, et quæ ad testamenti faciendi potestatem pertinent, per ratiocinationem[1] veniendum est ad ejusmodi rationem, ut quæratur, habueritne testamenti faciendi potestatem. 150. Locos autem communes[2] hoc in genere argumentandi, hos, et hujusmodi quosdam esse arbitramur:[3] primum, ejus scripti,[4] quod proferas, laudationem et confirmationem:[5] deinde ejus rei, qua de quæratur,[6] cum eo, de quo constat,[7] collationem ejusmodi,[8] ut id, de quo quæritur, rei, de qua constet,[9] simile esse videatur: postea admirationem per contentionem,[10] qui fieri possit, ut, qui hoc[11] æquum esse concedat, illud neget, quod aut æquius, aut eodem sit in genere: deinde idcirco hac de re nihil esse scriptum, quod, cum de illa esset scriptum, de hac re[12] is, qui scribebat,[13] neminem dubitaturum arbitratus sit:[14] 151. postea multis in legibus multa esse præterita, quæ idcirco præterita nemo arbitretur;[15] quod ex ceteris, de quibus scriptum sit,[16] in-

16 κ *proferetur:* M *deveheretur.*—17 θ non habet *ipse.*—18 κ *scribuntur.*—19 *De hæreditate* in κ desunt.—20 M, Sch. et ed. Omnib. omittunt copulam. Mox Tur. et omnes Mss. Oud. *ejusmodi.*—1 κ *et per rat.*—2 ω 2. *Locos hic comm.* Abest *communes* a Leid. 2. et edd. pr. non improb. Ern.—3 M *arbitrabimur.*—4 *Scripti* non est in ω 1.—5 Tur. *laud. atque conf.*—6 B M κ, Sch. Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. *quæritur.*—7 M, Tur. Sch. Leid. 2. ed. Omnib. *constet.*—8 Leid. 2. et ed. Omnib. *hujusmodi.*—9 Sch. Voss. 2. Leid. 3. *constat.*—10 L *per contemptionem:* ψ *percunctationem:* Leid. 3. *per cunctationem:* Leid. 2. *per cunctationemque:* Voss. 1. *percunctatione.* Vulg. *percontatione,* seu *percunctatione:* B M W θ κ, ω 2. Sch. Leid. 1. Voss. 2. Guelf. 1. 2. Wetzel. *per contentionem.* Schutz. e conj. delevit *per cont.*—11 M caret *hoc.*—12 Sch. a m. sec. et ed. Omnib. *de illa re esset scr.* Vox *re* post *hac* non est in ullo Ms. Oud.—13 κ *scribat.*—14 Leid. 2. *arbitraturus:* Voss. 1. Leid. 3. *arbitratus est.*—15 κ *præt. esse:* et M, Sch. Voss. 1. *arbitratur.*—16 κ *ex quibus;* et

NOTÆ

[h] *Ex ceteris legibus*] Ex legibus aliis quæ parricidii reum multa facere prohibent, colligi potest nec ipsi licere testamentum facere. Item plurimæ sunt testamenti scribendi leges, ex quibus concluditur id scribere parricidæ non integrum fuisse.

telligi possint: deinde æquitas rei demonstranda est, ut in juridiciali[e] absoluta.[17] Contra autem qui dicet, similitudinem infirmare debebit: quod faciet, si demonstrabit, illud, quod conferatur, ab eo, cui conferatur,[18] diversum esse genere,[19] natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione: si, quo in numero[f] illud, quod per similitudinem affertur,[20] et quo in loco illud, cujus causa affertur,[1] haberi conveniat, ostendetur:[2] deinde, quid res cum re differat, demonstrabitur, ut non idem videatur de utraque existimari[3] oportere. 152. Ac, si ipse quoque poterit ratiocinationibus uti, iisdem ratiocinationibus,[4] quibus ante dictum est, utetur: si non poterit, negabit[5] oportere quicquam, nisi quod scriptum sit, considerare: [periclitari omnia jura, si similitudines accipiantur: nihil esse pæne, quod non alteri simile esse videatur,[6]] multis dissimilibus rebus,[g 7] in unamquamque rem tantum[8] singulas esse leges: omnia posse inter se vel similia vel dissimilia demonstrari.[9] Loci communes a ratiocinatione, oportere conjectura ex eo, quod scriptum sit,[10] ad id, quod[11] non scriptum sit, pervenire: et neminem posse omnes res per scripturam amplecti,[12] sed eum commodissime[13] scribere, qui curet, ut quædam ex quibusdam[14] intelligantur: 153. contra ratiocinationem, hujuscemodi: con-

[e] *Constitutione.* [f] *Pretio.*
[g] *Cum multæ res sint dissimiles.*

B M *scriptum est.*—17 Sch. a m. pr. Cass. Guelf. 1. *in negotiali abs.* Abest *juridiciali* ab ω 1. 2. Leid. 1.—18 Verba *ab eo cui conf.* non sunt in M, Leid. 2. ed. Omnib.—19 Sch. *in gen.*—20 θ non habet *quod.* Pro *affertur*, κ, ω 1. 2. habent *afferetur.*—1 Verba *et quo in . . . affertur* in ψ desunt. Pro *affertur*, in M legitur *infertur; θ κ afferetur.*—2 θ *ostenditur:* M *demonstratur:* Sch. ed. Omnib. *demonstrabitur.*—3 κ *æstimare.*—4 B κ, ω 2. *iisdem rationibus:* M *iisdem ratiocinationibus uti.* Schutz. delevit vocem *ratiocinationibus*, quam uncis includunt Wetzel. et Orell. Locum ita legendum esse censet Orell. *si ipse quoque pot. ratiocinatione uti, iisdem rationibus.* Dein L W ψ, Tur. Leid. 1. et Orell. *prædictum est:* Voss. 2. *prædictentur.*—5 M *negarit.*—6 Vox *jura* in M deest. Verba *periclitari . . . videatur* absunt a B κ, Sch. Voss. 2. Cass. In ω 2. Leid. 1. ponuntur post *dissim. demonstrari.* Schutz. delevit voces *nihil esse pæne . . . videatur.*—7 κ, Voss. 1. Leid. 1. 3. Schutz. et Orell. *multas.* W θ, omnes Mss. Oud. cum Schutz. et Orell. *de similibus rebus.*—8 B L M W, Leid. 1. 3. Voss. 1. 2. *et in unamquamque rem.* Pro *tantum*, Tur. Sch. a m. pr. Voss. 1. ed. Omnib. ac Schutz. habent *tamen*, prob. Oud. In Leid. 2. deest.—9 Voss. 1. Leid. 3. *monstrari.*—10 Al. omittunt *sit.*—11 Ed. Omnib. *ad quod*, omisso *id.*—12 L *complecti.*—13 Voss. 1. Leid. 3. *commode.*—

jecturam divinationem esse, et stulti scriptoris esse, non posse omnibus de rebus cavere, quibus velit.[15]

LI. Definitio est, cum in scripto verbum aliquod est positum,[16] cujus de vi quæritur, hoc modo: Lex,[17] 'Qui in adversa tempestate navim reliquerint, omnia amittunto:[18] eorum navis et onera sunto, qui in navi remanserint.'[h] Duo quidam, cum jam in alto[i] navigarent, et cum[19] eorum alterius navis, alterius onus esset, naufragum quendam natantem, et manus ad se tendentem animadverterunt: misericordia commoti, navim ad eum applicaverunt:[k 20] hominem ad se sustulerunt. 154. Postea aliquanto, ipsos quoque tempestas vehementius jactare cœpit, usque adeo, ut dominus navis, cum idem gubernator esset, in scapham confugeret, et inde funiculo, qui a puppi religatus[1] scapham annexam trahebat, navim,[2] quoad posset, moderaretur;[l] ille autem, cujus merces erant,[3] in gladium ibidem incumberet.[4] Hic ille naufragus ad gubernaculum[5] accessit, et navi, quoad potuit, est opitulatus. Sedatis autem fluctibus, et tempestate jam commutata, navis in portum pervehitur.[6] Ille autem, qui in gladium incubuerat, leviter saucius[7] facile est ex vulnere recreatus.[m 8] Navim cum onere,[9] horum trium suam quisque esse dicit.[10] Hic omnes scripto[11] ad causam accedunt, et ex nominis vi nascitur controversia. Nam et relinquere navem,[12] et remanere in navi, deni-

[h] *Pertineant ad eos qui remanserint in navi.*
[i] *In mari longe a littore.* [k] *Admoverunt.*
[l] *Gubernaret.* [m] *Ex vulnere convaluit.*

14 Leid. 2. *a quibusdam.*—15 M *cavere quid velit.*

CAP. LI. 16 Ed. Omnib. *expositum.*—17 M κ, ω 1. 2. Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Omnib. et Lamb. *Lex est.*—18 Voss. 1. Leid. 1. *amittant:* Voss. 2. *amittendo.*—19 Vulg. *cum* omittitur.—20 Leid. 1. 2. ed. Omnib. *applicuerunt.*—1 Sch. Voss. 2. *religatur.*—2 B L M, Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. Tur. duo Mss. Gronovii et ed. Omnib. *navi.*—3 Sch. *erat.*—4 Vulg. *in gladium in navi ibidem inc.* Ern. delevit voces *in navi;* quæ absunt a Sch. et quas omittunt Schutz. Wetzel. et Orell. In Guelf. 2. deest *ibidem.* Pro *incumberet,* M habet *incubuit.*—5 κ *ad gubernandum.*—6 Vulg. *provehitur.* Ern. cum Schutz. Wetzel. et Orell. dedit *pervehitur;* quod habent ψ, Tur. Cass. Guelf. 1. 2. et quinque Mss. Oud. In ed. Omnib. *in portum incolumis provehitur.*—7 Voss. 2. *incubuerit:* Sch. *incumbebat.* Pro *saucius,* M, Sch. et ed. Omnib. habent *sauciatus.*—8 Sch. *fac. ex vuln. recreatur.*—9 θ *Navim autem cum on.*—10 Voss. 1. *quisque eam dicet:* B W, Sch. Leid. 2. *quisque esse dicebat:* M *quisque esse dixerunt.*—11 Leid. 3. *ex scripto.*—12 Leid. 2. *Namque et rel.* Deest *navem*

que navis ipsa quid sit, definitionibus quæritur.[13] [i] Iisdem autem ex locis[14] omnibus, quibus definitiva constitutio, tractabitur.

155. Nunc, expositis iis argumentationibus, quæ in judiciale causarum genus accommodantur, deinceps in deliberativum genus[15] et demonstrativum, argumentandi locos et præcepta dabimus, non quo non[16] in aliqua constitutione omnis semper causa versetur; sed quia proprii tamen[17] harum causarum quidam[18] loci sunt, non a constitutione separati,[19] sed ad fines horum generum accommodati.[k]

156. Nam placet, in judiciali genere finem esse æquitatem, hoc est, partem quandam honestatis. In deliberativo autem Aristoteli[20] placet utilitatem, nobis et honestatem[1] et utilitatem. In demonstrativo,[2] honestatem. Quare in hoc quoque genere causæ[3] quædam argumentationes communiter, ac similiter tractabuntur: quædam separatius[4] ad finem, quo referri omnem orationem[5] oportet, adjungentur.[n]

[n] *Quædam addentur speciatim, quæ pertinent ad proprium cujusque causæ finem, ad quem referri oportet totam orationem.*

Sch. a m. pr.—13 Tur. *quæretur.*—14 ω 1. *Iisdem hoc ex locis:* κ *Iisdem autem de locis.*—15 *Genus* abest a Voss. 1.—16 θ *non quo in:* Voss. 1. *non quod non.* —17 Vulg. *tantum.* Ern. e Mss. et edd. pr. dedit *tamen;* et sic Schutz. Wetzel. et Orell.—18 ω 1. non habet *quidam.*—19 Sch. *nunc a const.* et L *separatim.*—20 ω 2. *In delib. autem ut Aristoteli.*—1 L *nobis autem et hon.*—2 Vulgo vox *autem* inseritur post *In demonstrativo.* Ern. Schutz. Wetzel. et Orell. eam deleverunt; et abest a B L W θ, ω 1. 2. omnibus Mss. Oud. ac Mss. ap. Ern. item ab edd. pr.—3 κ *Quapropter in hoc gen.* ω 1. *Quare hoc quoque gen.* Leid. 2. *Quare in hoc quidem gen.* Post *causæ,* in ω 1. adduntur *scilicet demonstrativo et deliberativo;* et in θ *scilicet deliberativo et demonstrativo.*—4 Unus Ms. Lambini *separatim.*—5 Vulg. *rationem.* B L M W θ, ω 1.

NOTÆ

[i] *Definitionibus quæritur*] Dominus navis ita causam suam tuebitur, ut navis nomine ipsam scapham comprehendi contendat, quam ipse non desernerit: navem ab eo non esse relictam, qui eam e scapha funiculo moderetur: non dicendum remanere in navi qui vel ibi jaceat semianimis, vel sit regendæ navis imperitus. Dicent alii a scapha distinctam esse navim; haud dubie reliquisse navim, qui ex ea fugerit. Hac igitur in causa definitionis est status: nam inquirendum quid nomine navis comprehendatur, quid sit et relinquere navim et remanere in navi.

[k] *Ad fines horum generum accommodati*] Cum generis deliberativi, judicialis, ac demonstrativi fines diversi sint, diversa sunt afferenda argumenta. Aliud enim dicendo persequitur qui utilitatem, aliud qui æquitatem,

Atque uniuscujusque constitutionis[6] exemplum supponere non gravaremur, [*p.* 82.] nisi illud videremus, quemadmodum[7] res obscuræ[1] dicendo fierent[8] apertiores; sic res apertas, obscuriores fieri[9] oratione. Nunc ad deliberationis præcepta pergamus.

LII. 157. Rerum expetendarum tria genera sunt: par autem numerus vitandarum[m] ex contraria parte. Nam est quiddam,[10] quod sua vi nos allicit[11] ad sese, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate: quod genus[o] [12] virtus, scientia, veritas est. Aliud autem[13] non propter suam vim et naturam, sed propter fructum atque utilitatem, petendum:[p] [14] quod genus[15] pecunia est. Est porro quiddam ex horum partibus junctum,[q] quod et sua vi et dignitate[16] nos inductos ducit,[17] et præ se[18] quandam gerit utilitatem, quo magis expetatur, ut amicitia, bona existimatio. Atque ex his horum contraria facile, tacentibus nobis, intelligentur.[19] 158. Sed ut expeditius ratio

[o] *Cujusmodi.* [p] *Expetendum.*
[q] *Constans ex his duabus partibus.*

2. Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *orationem.*—6 ω 2. *unius constitutionis cujusque.*—7 M *quomodo.*—8 *Fierent* non est in ω 1.—9 M non habet *fieri.*

CAP. LII. 10 Sch. *quoddam.*—11 *Alliciat* edd. ante Ern. qui *allicit* correxit e conjectura, et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—12 Ed. Omnib. *quod genus est.*—13 ω 2. Sch. *scientia ac veritas.* Pro *scientia,* L habet *sapientia:* et κ omittit *est.* Tum L κ, ω 2. *Est aliud autem:* Sch. Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. *Est autem aliud.*—14 Leid. 3. *et util.* Lamb. et Schutz. *expetendum.*—15 *Genus* abest a B L M W θ, ω 2. omnibus Mss. Oud. et ed. Omnib. prob. Oud.—16 Sch. *Est porro quoddam:* Leid. 3. *ex horum part. conjunctum:* et B *quod ex sua vi.* In κ desunt verba *ex horum part. ... et dignitate;* sed in marg. scribuntur *ex horum part. ... ex sua vi et dign.*—17 In Leid. 3. deest *nos.* Pro vulg. *inductos,* Schutz. e Leid. 2. edidit *illectos;* et sic Orell. Porro in θ *dicit.*—18 Sch. *per se.*—19 Sch. *contraria quæ facile, &c.* ω 1. *contr.*

NOTÆ

aliud qui honestatem sibi proponit persuadendam.

[1] *Quemadmodum res obscuræ*] Desumta sententia ex Aristot. Rhet. III. 3. Ὅταν γὰρ γιγνώσκοντι ἐπεμβάλῃ, διαλύει τὸ σαφὲς τῷ ἐπισκοτεῖν· *Quod enim intelligenti inculcatur, id perspicuitatem tollit effusis tenebris.*

[m] *Par numerus vitandarum*] Tria sunt expetenda, honestum, utile, et id quod ex honesto et utili temperatum est: quare tria sunt evitanda, turpe, perniciosum, et id quod est turpe simul ac perniciosum.

tradatur,[r] ea, quæ posuimus, brevi nominabuntur.[20] Nam in primo genere[1] quæ sunt, honesta appellabuntur: quæ autem in secundo, utilia. Hæc autem[2] tertia, quia partem honestatis continent,[3] et quia major est vis honestatis,[4] junctæ res omnino[5] ex duplici genere intelligentur:[6] sed in meliorem partem vocabuli conferantur,[7] et honesta nominentur.[s][8] Ex his illud conficitur, ut appetendarum rerum partes sint, honestas et utilitas; vitandarum, turpitudo[9] et inutilitas. His igitur duabus rebus duæ res grandes sunt attributæ, necessitudo et affectio;[n] quarum altera ex vi, altera ex re et personis consideratur:[10] de utraque post apertius perscribemus. Nunc honestatis rationes primum explicemus.

LIII. 159. Quod aut totum, aut aliqua ex parte propter se petitur, honestum nominabimus. Quare cum ejus[11] duæ partes sint,[12] quarum altera simplex, altera juncta[13] sit,[t] simplicem prius consideremus. Est igitur in eo genere[u] omnes res una vi atque uno nomine amplexa virtus. Nam virtus est animi habitus[o] naturæ modo, rationi[14]

[r] *Ut nostra præcepta clariora sint.*
[s] *Nomen sumant a meliore parte quam continent, et appellentur honesta.*
[t] *Altera simplex honestatem solam complectens, altera conjuncta continens honestatem et utilitatem.* [u] *Solius honestatis.*

facilius nobis intell.—20 M κ *quæ proposuimus:* Sch. a m. sec. *breviter:* et ψ *vocabuntur.*—1 L W, ed. Omnib. *in pr. quidem gen.*—2 Abest *autem* Sch. a m. pr.—3 Sch. a m. pr. *quæ:* M *partes:* ed. Omnib. *honestatis et utilitatis cont.*—4 W *quiu majorem vis hon.*—5 B, ω 1. Sch. a m. pr. *juncta esse:* ed. Omnib. *junctæ esse omn.*—6 Sch. Voss. 2. *intelliguntur.*—7 Lamb. et Schutz. totum locum ita habent: *quia partes honestatis et utilitatis continent, omnino juncta* (Lamb. *junctæ res omnino*) *esse ex dupl. gen. intelligentur, sed quia major vis est honestatis, in meliorem partem vocab. conf.*—8 Voss. 1. Leid. 1. a m. pr. *nominantur.* Sch. *Ex illis illud conf.* ω 1. *ut petendarum.*—9 Pro *turpitudo,* M habet *inhonestas.*—10 Sch. a m. pr. *consideretur:* Leid. 2. *considerantur,* non improb. Oud.

CAP. LIII. 11 κ non habet *ejus.*—12 θ, Sch. Voss. 1. 2. *sunt.*—13 Leid. 3. *conjuncta.*—14 Junt. *naturæ, modo, rat.* Schutz. *naturæ; modo, rat.* Tur.

NOTÆ

[n] *Necessitudo et affectio*] Quid utriusque nomine sit intelligendum paulo post explicatur § 170. et 176.

[o] *Est animi habitus*] Scientiæ perinde ac virtuti convenit hæc definitio minus accurata. Rectius Aristot. Ethic. II. 6. Ἔστιν ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετικὴ, ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένη λόγῳ, καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειε· *Virtus,* moralis scilicet, *est*

consentaneus:[x] quamobrem omnibus ejus partibus cognitis, tota vis erit simplicis honestatis considerata.[15] Habet igitur partes quatuor; prudentiam, justitiam, fortitudinem, temperantiam. 160. Prudentia est rerum[p] bonarum, et malarum, neutrarumque[16] scientia. Partes ejus, memoria, intelligentia, providentia. Memoria est, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt. Intelligentia est,[17] per quam ea perspicit,[18] quæ sunt. Providentia est,[19] per quam futurum aliquid videtur[20] ante quam factum sit.[1] Justitia[2][q] est habitus animi, communi utilitate conservata, suam cuique tribuens[3] dignitatem. Ejus initium est ab natura profectum: deinde quædam in consuetudinem ex utilitatis ratione venerunt: postea res[4] et ab natura profectas, et ab consuetudine probatas, legum metus et religio sanxit. 161. Natura jus[r] est,[5] quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit,[6] ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, observantiam, veritatem. Religio est, quæ

[x] *Regulæ naturali ac rationi consentiens.*

unus Ms. Lambini, et Orell. *naturæ modo, atque rat.*—15 L W θ κ, ω 1. 2. Sch. Leid. 2. 3. Voss. 2. *consideranda.*—16 W θ *Prudentiæ igitur rerum bon.* M *malarumque.* Septem Oxonn. Mss. *utrarumque:* Junt. Grut. Græv. *et utrarumque:* ω 1. 2. Lamb. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *neutrarumque.* 'Forsan legendum est *vitandarumque,* quo facit Pal. 2. *utrarum vitandum.*' Oud.—17 B κ, ω 1. omittunt *est.*—18 Leid. 2. *prospicit.*—19 Al. omittunt *est.*—20 Sch. e conj. cum Wetzel. *videt.*—1 B κ, ω 2. Tur. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. *factum est.*—2 In ω 1. *est* omittitur.—3 θ *suam quoque trib.*—4 κ in marg. *quasdam res.*—5 B L W θ κ ψ, ω 2. Sch. Leid. 1. 2. Voss. 2. et tres Mss. ap. Lamb. *Naturæ jus est:* Leid. 3. *Natura justitia est:* ed. Omnib. *Na-*

NOTÆ

habitus agens cum electione, in mediocritate consistens, ea quæ refertur ad nos definita ratione, et ut prudens definiret.

[p] *Prudentia est rerum, &c.*] Λείπεται ἄρα αὐτὴν (φρόνησιν) εἶναι ἕξιν ἀληθῆ μετὰ λόγου πρακτικὴν περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακά. Aristot. Ethic. VI. 5. *Superest igitur illam* prudentiam *esse habitum vera cum ratione circa ea quæ homini bona aut mala sunt.* Proposito fine honesto inquirit prudentia illius assequendi rationes, ex inventis rationibus maxime utilem eligit, denique eam adhibet.

[q] *Justitia*] Definitionem ex Ulpiano attulimus in notis ad l. III. Heren. § 3.

[r] *Natura jus*] Jus sive legem naturæ definit Cic. de Leg. l. I. 'Est,' inquit, 'ratio summa insita in natura, quæ jubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria.'

superioris cujusdam naturæ (quam divinam vocant) curam cærimoniamque[y] affert: pietas,[7] per quam sanguine conjunctis, patriæque benivolis[8] officium et diligens tribuitur cultus: gratia, in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria[9] et remunerandi[10] voluntas continetur: vindicatio,[11] per quam vis et injuria, et omnino omne,[12] quod obfuturum est, defendendo, aut ulciscendo[s] propulsatur: observantia,[13] per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam et honore dignantur:[z] 162. veritas,[14][t] per quam immutata ea, quæ sunt, aut ante[15] fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. LIV. Consuetudine[u] jus est,[16] quod aut leviter a natura tractum aluit[17] et majus fecit usus,[a] ut religionem:[x] aut si quid[18] eorum, quæ ante diximus, ab natura profectum, majus factum propter consuetudinem videmus,[19] aut quod in morem vetustas vulgi approbatione perduxit:[b 20] quod genus, pactum,[1] par, judicatum. Pac-

[y] *Cultum.* [z] *Venerantur.*
[a] *Quod ex principiis naturalibus sensim deductum usus confirmavit.*
[b] *Quod, approbante populo, in usum diuturnum transiit.*

turæ jus erit.—6 Lamb. et Schutz. *insevit.*—7 L M *pietas est.*—8 Leid. 3. *patriæ benev. et sang. conj.* Lamb. *per quam patriæ sunguineque conj. benevolentia*, prob. Lall. M *sang. conj., patriæ benevolis.* 'Unum voc. *benevolis* corruptum est, legendumque *benevolum.*' Orell.—9 *Memoria* deest Sch. a m. pr. —10 Vulg. *et alterius rem.* Vocem *alterius*, quæ abest Sch. a m. pr. ω 1. Voss. 2. Tur. Cass. a manu pr. et ed. Omnib. delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—11 Al. *vindicatio est.*—12 B L M W θ κ, ω 1. 2. Leid. 2. 3. et ed. Omnib. *vis aut inj.* Tum θ *aut omnino omne.*—13 Al. *observantia est.*—14 Al. *veritas est.*—15 Schutz. delevit vocem *ante*, quæ abest a B M et Leid. 1. a m. pr.

CAP. LIV. 16 κ *Consuetudinis jus est:* ω 1. *Consuetudinum jus est:* ψ *Consuetudine justitia est.*—17 Sch. *valuit.*—18 B *et si quid*, suprascr. *ut:* Sch. *aut si quod.*—19 Verba *aut si quid . . . videmus* Schutz. delevit: Wetzel. ea uncis includit.—20 Unus Ms. ap. Lamb. *produxit.*—1 κ *genus est:* B L M, ω 1.

NOTÆ

[s] *Aut ulciscendo*] Privata ultio non modo Christianis, sed etiam sapientissimis ethnicis visa est illicita, ut supra jam annotavimus: at publica scelerum vindicatio honestissima est, et ad justitiam, ut vocant, vindicativam pertinet.

[t] *Veritas*] Ad fidem refertur, qua talem se quis exhibet alteri tum verbis tum factis, qualis revera est.

[u] *Consuetudine*] De qua dictum in notis ad l. II. Heren. § 19.

[x] *Ut religionem*] Religionem tamen in Deum non consuetudine tantum didicimus et accepimus; immo ex natura ipsa non leviter, sed penitus arripuimus et expressimus.

tum est, quod inter aliquos convenit: par, quod in omnes æquabile est:[2] judicatum, de quo alicujus, aut aliquorum jam sententiis constitutum est.[3] Lege jus est,[4] quod in eo scripto, quod populo expositum est, ut observet,[5] continetur. 163. Fortitudo [y] est considerata [c] periculorum susceptio, et laborum perpessio. Ejus partes,[6] magnificentia, fidentia, patientia, perseverantia. Magnificentia [z] est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione [d] agitatio, atque administratio:[7] fidentia [a] est,[8] per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ[9] certa cum spe collocavit: patientia est honestatis aut utilitatis[10] causa, rerum arduarum ac difficilium[11] voluntaria, ac diuturna perpessio:[12] 164. perseverantia est in ratione bene considerata[13] stabilis et perpetua permansio. Temperantia [b] est rationis[14] in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi,[15] firma et moderata dominatio. Ejus partes sunt,[16] conti-

[c] *Prudens.* [d] *Demonstratione.*

Leid. 2. 3. Voss. 1. 2. ed. Omnib. *pactum est.*—2 L M κ, Sch. Leid. 2. et edd. ante Grut. *inter omnes.* In W θ *aquab. sit.*—3 ω 1. *constitutum;* et ω 2. *constitutum judicium;* omisso *est.*—4 M ψ, ω 2. Sch. *Legis jus est:* ω 1. *Legum jus est:* Leid. 3. *Lege justitia est.*—5 M W θ *observaret.*—6 M *Ejus partes sunt.*—7 L, Sch. a m. pr. ed. Omnib. *cogitatio atque adm.* ω 1. 2. *cogitutio et adm.* Leid. 2. *coagitatio atque adm.* M *et cogitatio atque adm.* θ *agitatio atque ministratio.*—8 κ omittit *est.*—9 Voss. 1. Leid. 3. *fidentiæ.* Dein B L M W et Oliv. *certæ.*—10 Leid. 3. *atque util.*—11 M *aut diff.* Voss. 1. Leid. 3. *et diff.*—12 M *aut diut. perp.*—13 M *benevivendi consideranda.*—14 Leid. 3. *ra-*

NOTÆ

[y] *Fortitudo*] Ex Aristot. Ethic. II. 7. et III. 6. plenior hæc fortitudinis definitio colligitur. Virtus est moralis in metu et audacia moderandis posita; qua quis instructus in periculis ita se gerit, ut neque prave timendo, neque temere audendo ab officio desciscat.

[z] *Magnificentia*] Magnis sumtibus et apertis largitionibus aliorum utilitati consulit.

[a] *Fidentia*] Θάρσος, μετὰ φαντασίας ἡ ἔλπις τῶν σωτηρίων ἐστὶν ὡς ἐγγὺς ὄντων, τῶν δὲ φοβερῶν, ἢ μὴ ὄντων, ἢ πόῤῥω ὄντων· Aristot. Rhet. II. 5. *Fiducia est spes conjuncta cum opinione rerum salutarium fere præsentium; metuendarum autem quæ aut non sint, aut procul absint.*

[b] *Temperantia*] Aristot. Ethic. III. 13. μεσότης ἐστὶ περὶ ἡδονὰς ἡ σωφροσύνη· *est mediocritas circa voluptates* et dolores. Ut fortitudo circa timorem et audaciam versatur, ita temperantia in voluptatibus et doloribus moderandis posita est.

nentia, clementia, modestia. Continentia est, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur:[17] clementia,[18] per quam animi, temere in odium alicujus concitati[c] invectio,[19] comitate retinetur: modestia,[d] per quam pudor honestus caram[20] et stabilem comparat auctoritatem. Atque hæc omnia propter se solum, ut nihil adjungatur emolumenti,[e] petenda sunt.[1] Quod ut demonstretur, neque ad hoc nostrum institutum pertinet, et a[2] brevitate præcipiendi remotum est. 165. Propter se autem vitanda sunt, non ea modo, quæ his contraria sunt, ut fortitudini ignavia, et justitiæ injustitia: verum etiam illa, quæ propinqua videntur et finitima esse,[3] absunt autem longissime:[4] quod genus, fidentiæ contrarium [*p.* 83.] est diffidentia, et ea re[5] vitium est: audacia non contrarium,[e] sed appositum est ac propinquum, et tamen vitium est. Sic unicuique virtuti finitimum vitium reperietur,[6] aut certo jam nomine appellatum; ut audacia, quæ fidentiæ;[7] pertinacia, quæ perseverantiæ finitima

[e] *Quamvis nihil addatur utilitatis.*

tione.—15 A Leid. 2. abest *animi.*—16 ω 1. Leid. 3. Voss. 1. 2. ed. Omnib. carent *sunt.*—17 Pal. 1. *generatione cons. reg.* Grev. *cons. ratione reg.* non improb. Grut. In ed. Omnib. deest vox *gubernatione.*—18 Al. *clem. est;* et mox *modestia est.*—19 ψ, Pal. 2. *alicujus invectio concitata:* B κ *alicujus injectio concitata:* Leid. 3. *alius invectionis concitati:* Sch. a m. pr. *alicujus injectionis concitati:* Leid. 2. *alicujus invectio concitati:* Lamb. e conj. *alicujus inferioris concitati:* Vulg. *alicujus invectionis concitati.* Ern. e conj. edidit *alicujus concitati invectio;* et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Tum Vulg. *retinentur.* κ *retinetur:* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. Vid. Not. Delph.—20 Vulg. *claram.* Ern. e Mss. suis et Leid. 1. 3. Voss. 1. 2. dedit *caram;* sic etiam B θ, Schutz. Wetzel. et Orell.—1 Voss. 2. *ut adj. emol. præter se, pet. sunt.*—2 ω 1. et Sch. non habent præpositionem.—3 Lamb. *quæ prop. et fin. vid. esse.*—4 Voss. 1. Leid. 3. *abs. autem quam long.* M κ *abs. tamen long.*

NOTÆ

[c] *Concitati* [*illecti concitatique*] Veram lectionem restituimus ex Augustin. Quæst. LXXXV. 31. ubi locus hic integer exscribitur: in vulgatis hactenus edd. perperam habetur, *clementia per quam animi in odium alicujus invectionis concitati comitate retinentur.* Nec felicior est conjectura Lambini, qui *inferioris* substituit.

[d] *Modestia*] Virtus est moderationem constituens in actionibus humanis et præcipue externis motibus corporis.

[e] *Audacia non contrarium*] Haud scio an id philosophis probetur, qui statuunt virtutes omnes morales, si forte justitiam excipias, in medio consistere, adeoque inter extrema duo vitia versari. Fiduciæ non minus opponitur audacia per excessum, quam diffidentia per defectum, ut vulgo loquuntur.

est; superstitio, quæ religioni propinqua est: aut sine ullo certo nomine. Quæ omnia item [8] uti contraria rerum bonarum, in rebus vitandis reponemus.[9] Ac de eo quidem genere honestatis, quod omni ex parte propter se petitur, satis dictum est.

LV. 166. Nunc de eo, in quo utilitas quoque adjungitur, quod tamen honestum vocamus, dicendum videtur.[10] Sunt igitur multa, quæ nos cum dignitate,[11] tum fructu quoque suo ducunt:[12] quo in genere est gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria [f] est frequens de aliquo fama cum laude: dignitas, alicujus [13] honesta, et cultu, et honore, et verecundia [f] digna [14] auctoritas: amplitudo,[15] potentiæ, aut majestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia: amicitia,[16] voluntas erga aliquem rerum bonarum, illius ipsius [17] causa, quem diligit, cum ejus pari voluntate.[g] [g] 167. Hic, quia de civilibus causis loquimur,[18] fructus ad amicitiam adjungimus,[19] ut eorum quoque [20] causa petenda videatur: ne forte, qui nos de omni amicitia dicere existiment, reprehendere incipiant.[1] Quanquam

f Reverentia.

g Amicitia est bene velle alicui propter illum ipsum qui amatur, adeo ut hic ipse amantem redamet.

—5 M θ *et ea res.*—6 M W *reperitur.*—7 ω 1. *fiduciæ.*—8 *Item* non est in Leid. 3.—9 Leid. 2. 3. *ponemus:* L κ ψ, Sch. a m. pr. *reponuntur;* M, ω 1. *reponentur;* et sic suprascr. in B: ed. Omnib. *reperiuntur.*

CAP. LV. 10 Verba *Nunc de eo... videtur* in ψ desunt.—11 Voss. 1. 2. Leid. 1. *tum dign.*—12 Voces *ad se,* quæ vulgo inseruntur post *ducunt,* absunt a B M κ, Leid. 1. 3. Voss. 1. 2. Cass. Guelf. 2. Pal. 2. 3. Grev. edd. pr. et eas delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—13 B M, Sch. Leid. 3. *dign. est alic.*—14 Leid. 2. *et reverentia digna.*—15 L M, ω 2. et ed. Lamb. *amplit. est.*—16 M *amic. est.*—17 M caret *ipsius.*—18 *Causis loquimur* absunt a Voss. 1.—19 M *adjungamus.*—20 κ et Sch. omittunt *quoque.*—1 Orell. e Tur. habet *existimans:* vulg. *existimant.* Ern. e conj. *existiment;* et sic Schutz.

NOTÆ

[f] *Gloria*] 'Ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellente virtute.' Cic. Tusc. Qu. l. III.

[g] *Cum ejus pari voluntate*] In eo amicitia differt ab amore, quod amicitia in redamando consistat, amor non item. 'Quid autem est amare, ex quo nomen amicitiæ ductum est, nisi velle bonis aliquem affici quam maximis, etiamsi ad se ex iis nihil redeat?' Cic. de Fin. lib. II.

sunt, qui propter utilitatem modo petendam putent[2] amicitiam; sunt qui propter se solum;[3] sunt qui propter se, et utilitatem: quorum quid verissime[4] constituatur, alius locus erit considerandi.[5] Nunc hoc sic ad usum oratorium relinquatur, utramque propter rem[h] amicitiam esse expetendam.[6] 168. Amicitiarum autem ratio, quoniam partim sunt religionibus junctæ, partim non sunt, et quia partim veteres sunt, partim novæ, partim ab illorum,[i][7] partim ab nostro beneficio profectæ,[8] partim utiliores, partim minus utiles; ex causarum dignitatibus, ex temporum[9] opportunitatibus, ex officiis, ex religionibus, ex vetustatibus[10] habebitur. LVI. Utilitas autem aut in corpore[11] posita est, aut in extraneis[12] rebus: quarum tamen rerum multo maxima pars ad corporis commodum revertitur, ut in[13] republica quædam sunt, quæ (ut sic dicam) ad corpus[14] pertinent civitatis, ut agri, portus, pecunia, classes, nautæ, milites, socii;[15] quibus rebus incolumitatem[16] ac libertatem retinent civitates: alia vero,[17] quæ jam quiddam[18] magis amplum, et minus necessarium conficiunt, ut urbis egregia exornatio atque amplitudo, ut quædam excellens pecuniæ magnitudo, amicitiarum ac societatum multitudo. 169. Quibus rebus non illud solum conficitur, ut salvæ et incolumes, verum etiam, ut amplæ atque potentes[19] sint civitates. Quare utilitatis duæ partes videntur esse, inco-

[h] *Propter et honestatem et utilitatem.*
[i] *Quos amamus.*

ac Wetzel. Dein Orell. e Tur. dedit *incipiat.*—2 *Putant* Mss. et edd. ante Ern. qui e Cass. edidit *putent* cum Schutz. Wetzel. et Orell. In Sch. *petendas putant amicitias.*—3 Voss. 1. *solummodo.*—4 Voss. 2. *verisimile.*—5 B L M W, κ, ω 2. et omnes Mss. Oud. *considerandus.*—6 Lamb. *propter utramque rem.* Sch. *amic. esse petendam.*—7 κ *aliorum,* ut suspicabatur Ernestius.—8 M *ab nostro officio sunt prof.* κ *ab nostro benef. sunt prof.*—9 κ *et ex temp.*—10 κ *et ex vetust.*

Cap. LVI. 11 B, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *autem aut in nostris rebus aut in corpore:* ψ *autem aut in nostris rebus atque aut in corp.*—12 Deest *aut* Leid. 1. *In* abest Leid. 3. et Sch. a m. pr. Tum Orell. e Leid. 2. 3. habet *extrariis* pro vulg. *extraneis.*—13 L W θ *ut verbi gratia in.*—14 B *quæ ad corp.*—15 B M, Sch. Voss. 1. Leid. 1. 3. *classis.* Paulo post, abest *socii* a Voss. 2.—16 Leid. 2. *quibus incol. rebus.*—17 Sch. Voss. 2. Leid. 3. *aliæ vero:* ed. Omnib. *alia si:* κ *alia vero sunt:* ω 1. *aliæ vero sunt.*—18 Sch. *quoddam.*

lumitas et potentia. Incolumitas est salutis tuta[20] atque integra conservatio: potentia est ad sua conservandà, et alterius obtinenda, idonearum rerum facultas.[1] Atque in iis[2] omnibus, quæ antè dicta sunt, quid difficulter fieri et quid facile fieri[3] possit, oportet considerare. Facile fieri[h] id dicimus,[4] quod sine magno, aut sine ullo labore, sumtu, molestia, quam brevissimo tempore confici potest. Difficile autem fieri,[5] quod quanquam laboris, sumtus, molestiæ, longinquitatis indiget,[6] atque aut omnes, aut plurimas, aut maximas causas habet difficultatis, tamen, his susceptis difficultatibus, compleri,[7] atque ad exitum perduci potest.

170. Quoniam ergo de honestate[8] et de utilitate diximus, nunc restat, ut de iis rebus, quas his attributas esse dicebamus, necessitudine et affectione, perscribamus. LVII. Puto igitur esse[9] hanc necessitudinem, cui nulla vi resisti potest;[10] quæ neque mutari, neque leniri potest. Atque, ut apertius hoc sit, exemplis licet vim rei,[11] qualis et quanta[12] sit, cognoscamus. Uri posse flamma ligneam materiam necesse est.[13] Corpus mortale aliquo tempore[14] in-

—19 Sch. *potentissimæ.*—20 Sch. habet *rata,* quod defendit Oudendorpius. 'Audirem forte, si esset *sarta.*' Ern.—1 ω 1 *potentia rerum ad sua conservanda et alterius attendenda idonearum facultas.* Pro *alterius obtinenda,* B habet *alt. adtenenda,* suprascr. *obtinenda;* et Sch. *ad tenenda alt.*—2 Abest *in* Sch. a m. pr. Deest *iis* Voss. 1. Leid. 3. Paulo post, Voss. 1. *antea dicta sunt.*—3 Pro *difficulter,* M et pauci alii habent *difficile.* In B, ω 1. et Tur. deest. Abest *fieri* a B et Leid. 2. Tum voces *et quid facile fieri* non sunt in Voss. 1.—4 Leid. 3. Voss. 1. Tur. omittunt *fieri.* Dein ω 1. *dicemus.*—5 B, Sch. Voss. 2. ed. Omnib. *Posse autem fieri:* M *Diff. autem fieri posse:* W θ *Diff. autem fieri dicimus:* κ *Diff. autem fieri posse dicimus:* ω 1. et Leid. 1. *Posse autem difficile fieri:* Tur. *Ea autem fieri.*—6 κ, ω 2. *indigeat.*—7 Sch. a m. pr. *conferri:* Leid. 1. *complerique.*—8 Leid. 1. *Quoniam igitur de hon.* Deest *ergo* Sch. a m. pr.

CAP. LVII. 9 L *Puto autem esse:* M *Puto esse.*—10 Post *potest,* addit Sch. *quid quod fas et jus facere possunt, perficiat.* Quædam edd. teste Verburgio, addunt, *quo ea secius, id quod facere potest;* et sic Orell.—11 B, Leid. 1. *exemplo.* In Sch. *exemplo scilicet vis rei:* Leid. 2. *exemplis licet veri rei.*—12 Sch. *qualis aut quanta.*—13 In κ *est* omittitur.—14 *Aliquo tempore* in ω 1. desunt.—

NOTÆ

h *Facile fieri*] Locus ex Aristot. Rhet. lib. I. expressus, ubi facilia dicuntur ea quæ vel sine molestia vel brevi tempore fieri possunt: contra, difficilia quæ vel cum molestia vel non sine diuturno tempore conficiuntur.

terire necesse est; atque ita necesse,[15] ut vis postulat ea,[16] quam modo describebamus, necessitudinis, cui nulla vi resisti potest, quæ neque mutari, neque leniri potest.[17] Hujusmodi [necessitudines[18]] cum in dicendi rationes incident,[19] recte necessitudines appellabuntur: sin aliquæ res incident[20] difficiles, in illa superiori, possitne fieri, quæstione considerabimus.[1] 171. Atque etiam hoc mihi videor videre, esse quasdam cum adjunctione necessitudines, quasdam simplices et absolutas. Nam aliter dicere solemus, necesse est Casilinenses[2][i] se dedere Annibali:[k] aliter autem, necesse est Casilinum[3] venire in Annibalis potestatem. Illic, in superiore,[4] adjunctio est hæc, nisi si malunt[5] fame perire: si enim id malunt, non necesse:[6] hoc inferius[7] non item; propterea quod, sive velint[8] Casilinenses se dedere, sive famem perpeti atque ita[9] perire, necesse est Casilinum venire in Annibalis potestatem. Quid igitur perficere potest[10] hæc necessitudinis distributio? Prope dicam, plurimum,[11] cum is[12] locus necessitu-

15 L M *atque ita esse necesse:* Leid. 2. *atque hoc ita nec. est:* κ, Voss. 1. Leid. 3. Sch. a m. sec. *atque ita nec. est.*—16 Al. *ea post.*—17 Post *resisti potest,* Sch. addit, *quod ea secius id quod facere potest, perficiat;* et Orell. *quo ea secius id, quod facere potest, perficiat.* Tum *quæ* in B deest. Verba *quæ neque mut., neque len. pot.* non sunt in L. Orell. uncis includit verba *cui nulla vi . . . leniri potest.*—18 Pro *necessitudines,* Ern. censet *res* scribendum esse; Schutzius delevit.—19 Schutzius e Purgoldi conj. *in dicendo rationes:* Junt. *in dicendi ratione:* Crat. *in dicendi ratione:* B *indictiones.* Orell. præpositionem uncis includit. Dein quædam edd. vett. *incidunt.*—20 L M, Sch. Voss. 2. *accident:* Leid. 2. *accidunt.*—1 Sch. a m. pr. *considerabitur.*—2 θ κ *Cassalienses:* B L M W θ κ ψ, ω 2. Voss. 1. Oliv. et Lall. *Cassilinenses:* Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. Victor. et ed. Omnib. *Cassilienses:* Grut. Schutz. Wetzel. et Orell. *Casilinenses.*—3 M *Cassalium quoddam castrum.*—4 Orell. judicat voces *in superiore* esse e glossa.—5 Voss. 2. *Nisi se malint:* Leid. 2. *nisi malunt.* Vulg. *nisi malint.* Ern. e Mss. suis, et Sch. Voss. 1. Leid. 3. atque edd. pr. correxit *nisi si malunt;* et sic Schutz. Wetzel. et Orell.—6 Tur. omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. Junt. Lamb. Schutz. et Orell. *non est necesse.*—7 Lamb. correxit, *in hoc inferius,* et dicit, 'videtur legend. *in hoc inferiore.*' 'Immo, *hic, in inferiori.*' Ern.—8 θ, Sch. Voss. 2. *si velint.*—9 Leid. 2. caret *ita.*—10 κ *efficere potest:* Leid. 2. *perficere posset,* suprascr. *i.*—11 M *plurimum efficiet.*—12 B, Tur.

NOTÆ

[i] *Casilinenses*] Casilinum oppidum Campaniæ in Italia nunc plane destructum: situm olim fuisse ad Vulturnum fluvium, ibi ubi nunc est Capua Nova, censet Cluverius. Leandro tamen nunc *Castelluzzo* dicitur.

[k] *Annibali*] De quo dictum in notis ad Heren. lib. III. § 2.

dinis videbitur [13] incurrere. Nam cum simplex erit necessitudo,[14] nihil erit quod multa dicamus, cum eam nulla ratione [15] lenire [k] possimus: 172. cum autem [16] ita necesse erit, ut aliquid effugere aut adipisci [17] velimus, tum adjunctio illa quid [18] habeat utilitatis, aut quid honestatis,[19] erit considerandum. Nam si velis attendere, (ita tamen, ut [20] id quæras, quod conveniat ad usum civitatis,) reperias nullam esse rem, quam facere necesse sit,[1] nisi propter aliquam causam quam adjunctionem nominamus; pariter autem esse multas res necessitudinis,[2] ad quas similis adjunctio non accedit: quod genus, ut homines mortales necesse est interire,[3] sine adjunctione: ut cibo utantur, non [4] necesse est, nisi cum illa [5] exceptione, extra quam,[l] si nolint [6] fame perire. 173. Ergo, ut dixi, [*p.* 84.] illud, quod adjungitur, semper, cujusmodi sit, erit considerandum: nam omni tempore id pertinebit, ut [ad honestatem] hoc modo exponenda necessitudo sit: necesse est, si honeste volumus vivere: necesse est, si incolumes volumus esse: necesse est, si sine incommodo volumus vivere.[7] LVIII. Ac summa quidem necessitudo videtur esse honestatis; huic proxima,

[k] *Mutare.* [l] *Nisi velint.*

Sch. a m. pr. Voss. 1. carent *is;* pro quo Leid. 1. habet *eis,* et ed. Omnib. *his.* Wetzel. uncis includit.—13 Leid. 2. *videtur.*—14 Leid. 3. *necessitudinis vis.*—15 Pro *ratione,* B habet *re,* et M *necessitudinem ratione.*—16 κ caret *autem.*—17 Sch. *si aliquod eff.* Tur. et Orell. *si aliquid eff.* Tum Leid. 2. *vel adipisci:* θ *atque adipisci.*—18 Sch. *quod.*—19 Ed. Omnib. *util. atque hon.* —20 Sch. Leid. 1. *ita tantum ut.*—1 B W κ et ed. Omnib. *reperies.* Dein Schutz. e conj. *nonnullam esse rem, quam facere necesse non sit.*—2 ω 2. *preter autem hoc invenies esse multas res necessitatis:* Sch. *partim autem esse multas res necessitatis,* et in marg. *præterea autem invenies, &c.* Voss. 1. 2. Leid. 1. ed. Omnib. *præter hæc autem invenies multas esse res necessitudinis;* nisi quod in ed. Omnib. *necessitatis:* Tur. *partem autem esse multas res necessitatis:* Victorin. Junt. et Orell. *præter hæc autem esse multas invenias res necessitudinis;* sed Victorin. non habet *necessitudinis.* Orell. uncis includit verba *invenias* et *necessitudinis.* Schutz. partim e conj. dedit, *præter hæc autem esse multas necessitudines.* Vulg. *pariter autem esse multas res necessitudinis.* Pro *pariter,* W habet *præter h':* ψ *præter hæc:* θ κ *pariter hoc.* Pro *esse,* B L M W θ κ exhibent *invenies esse.* Denique B L M W θ *necessitatis.*—3 L M *Quod genus est, ut hom.* Glossa Ms. Guelf. 2. *Quod genus est, ut istud hom.* Ern. putabat *ut* delendum esse: Orell. uncis includit. Dein pro *necesse est interire,* B L M W θ, ω 1. Lamb. Oliv. Lall. Schutz. et Wetzel. habent *intereant, necesse est.*—4 B caret *non.*—5 *Cum illa* in M desunt.—6 Lamb. *velint:* Voss. 1. Leid. 3. *nolunt.*—7 Pal. 2. Leid. 2. *ut honestam ad partem:* B, Leid. 1. *ut ad honestam partem:* Voss. 1. Sch. a m. pr. *ut ad honestatis:* θ κ, Grut. Græv.-Burm. et paucæ aliæ edd. *ut aut ad honestatem:* L M W θ ψ, ω 1. 2. Oliv. Lall.

incolumitatis; tertia ac levissima, commoditatis; quæ cum his nunquam[8] poterit duabus[9] contendere. 174. Hasce autem inter se sæpe necesse est comparari,[10] ut quanquam præstet honestas incolumitati, tamen, utri potissimum consulendum sit, deliberetur. Cujus rei certum quoddam[11] præscriptum[m] videtur in perpetuum dari posse. Nam, qua in re fieri poterit, ut, cum incolumitati consuluerimus, quod sit in præsentia de honestate delibatum,[n][12] virtute aliquando et industria[13] recuperetur, incolumitatis ratio videbitur habenda:[14] cum autem id non poterit,[15] honestatis. Ita in ejusmodi[16] quoque re, cum incolumitati videbimur[17] consulere, vere[18] poterimus dicere, nos honestatis rationem habere, quoniam sine incolumitate eam nullo tempore possumus adipisci. Qua in re[19] vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius descendere, vel in præsentia[20] quiescere, atque aliud tempus expectare oportebit. 175. In commoditatis vero ratione, modo illud atten-

[m] *Præceptum.* [n] *Diminutum.*

Sch. et Orell. *aut ad honestatem, ut.* Paulo post, verba *hoc faciamus,* quæ vulgo inseruntur ante *si hon. vol. viv.*, absunt a Sch. Voss. 1. Leid. 3. ed. Omnib. et ea omittunt Schutz. et Wetzel. In Leid. 1. *hoc faceremus:* Leid. 2. *hoc modo faciamus.* Porro κ *si hon. vivere velimus.* Voss. 2. habet *aut in necessitate incolumitatis,* pro *aut ad incolumitatem hoc modo;* quæ verba non agnoscunt B, Sch. Leid. 1. a m. pr. Rursus, pro *ad commoditatem hoc modo,* quæ verba vulgo inseruntur post *volumus esse,* et absunt a B, Sch. et Leid. 1. a m. pr., habet Voss. 1. *aut in necessitate commoditatis.* Porro Sch. *et si sine incomm.* ' *Pertinebit ut ad honest. . . . volumus vivere*] In hoc loco sæpe correximus vulgatum textum. Primo omisimus *aut* ante *ad honest.* deinde *hoc faciamus* post primum *necesse est:* denique *aut ad incolumitatem, hoc modo,* post alterum *necesse est: aut ad commoditatem hoc modo,* post tertium, auctoribus nostris Mss. omnibus, etiam quibusdam ap. Oud. *hoc faciamus* etiam ab edd. pr. abest. Ceterum puto etiam primum *ad honestatem,* sive, ut Guelf. 2. et alii habent, *ad honestam partem,* delendum. Est enim hoc commune omnibus tribus: et hoc servato, sane etiam cetera videantur servari debere propter similitudinem orationis. Uncis inclusi.' *Ern.* quem omnino Wetzel. sequitur. Verba quæ Ern. delevit, Orell. uncis includit.

Cap. lviii. 8 B *nusquam.*—9 κ non habet *duabus.*—10 Lamb. *sæpe nec. est inter se comp.*—11 Leid. 2. 3. *quiddam.*—12 L M, ω 2. Sch. Voss. 1. Pall. 1. 2. 3. ed. Omnib. *deliberatum:* duo Mss. et Lamb. *delibratum.* Vid. Varr Lectt. ad c. 39. In Leid. 1. Voss. 2. desunt voces *quod sit in præs. de hon. delib.*—13 Leid. 1. a m. pr. *virtus aliq. de ind.* ed. Omnib. *virtute aliq. et virtus aliq. industria.*—14 θ κ *tum incol. ratio;* et L M *videtur hab.*—15 Leid. 2. Voss. 2. Sch. a m. sec. ed. Omnib. *potuerit.*—16 Deest *Ita* Voss. 1. Leid. 3. Tum Tur. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. ac Lamb. *hujusmodi.*—17 θ *incolumitate videbit.*—18 Pro *vere,* Leid. 2. habet *jure.*—19 B M, ω 2. *Quare.*—

datur,[1] dignane causa videatur ea, quæ ad utilitatem pertinebit,[2] quare aut[3] de magnificentia aut de honestate quiddam derogetur.[o] Atque in hoc loco mihi caput[p] illud videtur esse, ut[4] quæramus, quid sit illud, quod si adipisci[5] aut effugere[6] velimus, aliqua res nobis sit necessaria, hoc est, quæ sit adjunctio, ut proinde, uti quæque res erit,[7] laboremus, et gravissimam quamque causam vehementissime necessariam judicemus.

176. Affectio est quædam ex tempore, aut ex negotiorum[8] eventu aut administratione, aut hominum studio,[9] commutatio rerum, ut non tales, quales ante[10] habitæ sint, aut plerumque haberi soleant, habendæ videantur esse : ut, ad hostes transire turpe videtur esse ;[11] at non illo animo, quo Ulysses transiit :[1] et pecuniam[12] in mare dejicere, inutile ; at non eo consilio, quo Aristippus[m] dejecit.[13] Sunt

[o] *Detrahatur.* [p] *Præcipuum.*

20 Al. *et in præs.*—1 B *In comm. tantum necessitudine modo :* L M *In comm. vero rationem modo :* ω 2. *In ratione vero commoditatis modo :* Grev. *In comm. tantummodo illud modo :* Leid. 1. *In necessitudine commoditatis tantum modo :* Voss. 2. *In necessitate commoditatis modo.* In Sch. Leid. 3. Pal. 2. desunt verba *In comm. vero rat.* Tum Leid. 1. *illi attend.*—2 Voss. 2. *pertinebat.*—3 B caret *aut.*—4 Voss. 1. *ut vid. esse.*—5 Leid. 2. *quod si aut adip.*—6 κ *fugere.*—7 Leid. 3. *uti quisque res erit.*—8 Schutz. e Sch. *temporum*, prob. Oud. Dein M κ, Sch. *aut neg.* sine præpositione.—9 Leid. 2. *aut ex adm. aut hom. stud.* Schutz. *aut ex adm. hom., aut stud.*—10 *Ante* abest a θ et Leid. 3.—11 ω 1. *videantur : ut ad hostes transitus turpis videatur esse.* In Sch. Leid. 2. quoque *videatur esse.* Tum B *aut non illo an.* κ *non illo an.* Voss. 1. *at non in illo an.*—12 Voss. 1. *ut pec.*—13 Vulg. *Arist. fecit.* Ern. e Grev. Pal. 2. Leid. 2. correxit *dejecit :* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. In M W θ κ, ω 2. quoque *dejecit ;* et sic suprascr. in B. Tur. *Arist. dejecit cadavera.* In Guelf. 1. post *Arist. fecit,* adduntur hæc verba : *qui thesauros ad hoc de navi in mare*

NOTÆ

[1] *Quo Ulysses transiit*] Ulysses rex Ithacæ et Dulichii, cujus varii casus Homeri carmine consignati sunt, Trojam furtim irrepsit de nocte, indeque fatale conservandæ urbi Palladium cæsis custodibus rapuit. Hoc animo ad hostes transire utile, honestum, heroicum est.

[m] *Aristippus*] Philosophus genere Cyrenæus Socratis sectam amplexus est : omni loco, tempori, et personæ serviebat, quare et Dionysio carus et a Diogene regius canis dictus. Cum aliquando navigaret, ubi piraticam esse navem cognovit, qua vehebatur, acceptam numeravit pecuniam, et in mare projecit, sic tanquam imprudenti sibi excidisset. Ferunt nonnulli eum addidisse, satius esse hæc Aristippo, quam propter hæc Aristippum perire. Floruit circa Olymp. xc. an. ante Chr. 420. Laërtius.

igitur res quædam ex tempore, et ex consilio, non ex sua natura considerandæ: quibus in omnibus, quid tempora petant, aut[14] quid personis dignum sit, considerandum est, et non quid,[15] sed quo quidque[16] animo, quicum, quo tempore,[17] quamdiu fiat, attendendum est. His ex partibus[18] ad sententiam dicendam, locos sumi oportere arbitramur. LIX. 177. Laudes[n] autem[19] et vituperationes ex his locis sumentur, qui loci personis sunt attributi,[20 o] de quibus ante[1] dictum est. Sin distributius tractare[q] quis volet,[2] partiatur in animum, et corpus, et extrarias res[r 3] licebit. Animi est virtus,[4] cujus de partibus paulo ante dictum est: corporis, valetudo, dignitas, vires, velocitas: extrariæ,[5] honos, pecunia, affinitas, genus, amici, patria, potentia, et[6] cetera, quæ simili esse in genere intelligentur.[7] Atque in his, id, quod in omnia valet, valere oportebit:[8] contraria quoque, quæ[9] et qualia sint, intelligentur.[10] 178. Videre autem in laudando et in[11] vituperando

[q] *Magis accurata divisione.*
[r] *Res externas.*

projecit, ut suos liberaret.—14 B, ω 1. Sch. Voss. 1. Leid. 1. 3. carent *aut,* prob. Oud.—15 Post *quid,* Voss. 2. ed. Omnib. addunt *fiat.*—16 B *quid.*—17 κ *aut quo temp.*—18 Leid. 2. *attend.* omisso *est.* Dein κ *His ergo ex part.*

CAP. LIX. 19 Deest *autem* Leid. 1.—20 Al. *ex iis locis:* al. *ex locis.* κ, Leid. 2. *sumuntur.* Tum κ et Leid. 3. *qui pers.* sine *loci.* Denique θ *sint attrib.*—1 Voss. 1. caret *ante.*—2 Voss. 1. Leid. 3. *qui volet:* L *quis velit.*—3 Voss. 1. *extrarias res,* omissa copula: M W θ κ, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 3. Tur. Junt. Lamb. *et extraneas res:* L et Leid. 2. *et in extraneas res.*—4 ω 1. *An. virtus est:* ed. Omnib. *An. laus virt.*—5 B L M θ, Sch. Voss. 2. Junt. et Lamb. *extraneæ,* suprascr. in Sch. *rei:* Tur. *extranea:* κ *extraneæ res:* Leid. 2. *extrariæ res:* W *extraneæ res sunt.*—6 ω 1. omittit copulam.—7 M *simplici.* Verbum *esse* non habet Pal. 2. Gulielmius id mutabat in *ex se.* Dein B L M W θ κ et quinque Mss. Oud. *intelliguntur:* Leid. 1. *intelligantur:* Schutz. e conj. *versantur.*—8 Leid. 2. Tur. Schutz. et Wetzel. non habent *valet.* B, Voss. 2. et ed. Omnib. non habent *valere,* nec Voss. 2. *oportebit.*—9 Al. *contr. quæ:* al. *contr. quoque et quæ.*—10 B *intelliguntur:* M, Leid. 1. Voss. 2. ed.

NOTÆ

[n] *Laudes*] Quæ spectant ad genus exornativum præcepta, illustrantur iis quæ dicuntur sub fin. lib. II. de Orat.

[o] *Qui loci personis sunt attributi*] Res personis attributas undecim enumeravit superiore lib. Tullius § 34. et 35. nomen videlicet, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionem, studia, consilia, facta, casus, orationes; ex quibus laudum aut vituperationum capita ducere facile est.

oportebit, non tam quæ in corpore,[12] aut in extraneis[13] rebus habuerit is, de quo agetur,[14] quam quo pacto his rebus usus sit. Nam fortunam quidem et laudare, stultitia, et vituperare,[15] superbia est: animi autem, et laus honesta,[16] et vituperatio[17] vehemens est. Nunc quoniam omne in causæ genus argumentandi ratio[18] tradita est, de inventione, prima ac maxima parte rhetoricæ, satis dictum videtur.[19] Quare, quoniam et una pars ad exitum hunc ab superiore[20] libro perducta est,[1] et hic liber non parum continet literarum, quæ restant, in reliquis dicemus.

Omnib. et Lamb. *intelligantur:* Junt. *intelligemus.*—11 Sch. Voss. 1. Leid. 2. carent *in.*—12 Voss. 2. *non tam ea quæ:* et Voss. 1. *quæ corp.* sine præpositione.—13 B L M W ψ, ω 1. 2. Tur. Oliv. Lall. et Orell. *extrariis.*—14 ω 2. Sch. Voss. 2. *agitur.*—15 B *stult. vitup.* θ *stult. est et vitup.*—16 Sch. *an. enim et laus:* ω 1. *animi laus.* Voss. 1. *honestas.*—17 *Et vituperatio*... usque ad finem in W θ desunt.—18 Leid. 2. *arg. quoque ratio.*—19 ω 1. *dictum esse vid.*—20 Tur. et Orell. *hoc ac sup.* Lamb. *hoc et sup.* prob. Lall.—1 ψ *producta est.*

M. TULLII CICERONIS

AD Q. FRATREM

DIALOGI TRES

DE ORATORE.

DIALOGUS,[a] SEU LIB. I.

ARGUMENTUM.

In his libris, in quibus ipse sibi mirifice placuit Cicero, de eloquentia ita præcipit, ut, quod alios docet, ipsum plane assecutum esse appareat. Explicat autem suas de dicendi arte sententias sub Lucii Licinii Crassi et Marci Antonii personis, quod ad hos homines eloquentiæ principatum omnes, superiori sæculo, detulerant. Et in primo quidem libro Crassus et Antonius de universa oratoris perfecti vi disputant, quorum alter ad Ciceronis mentem de ea re disserit, ita, ut oratori omnium scientiarum et artium cognitionem tribuat; alter vero Antonius fratris Quinti sententia eloquentiam ab elegantia doctrinæ segregat, et in quodam ingenii et exercitationis genere ponit. vid. c. II. Primus disputat Crassus, deinde ejus argumentis quæ responderi possunt, affert Antonius. In secundo libro disserendi partes inprimis ad Antonium deferuntur, qui de inventione præcipit, et de collocatione rerum locorumque, qua inprimis valuisse credebatur, v. Cic. de Clar. Orat. c. XXXVII. cum contra non elegantissimo sermone uteretur atque diligenter loquendi laude careret. Ad inventionem rerum autem quoniam pertinet etiam de jocis et facetiis locus, et Cæsar credebatur omnium facetissimus et in jocando lepidissimus esse, vid. c. LIV. ei de his disputandi partes traduntur l. c. usque ad c. LXXI.

Redit ad Crassum in libro tertio disserendi munus, induciturque de ornamentis orationis et tota elocutione præcipiens, in qua ceteris omnibus palmam præripere putabatur. Cic. de Claris Or. c. XXXVIII. s. Docet autem dicendum esse Latine, plane, ornate, et apte, in quorum tertio inprimis multus est. Ornatum autem existere ostendit cum e verborum delectu, tum e tropis, figuris, et numero. Adduntur tandem quædam de

actione. Cap. XIV. seq. digreditur ad laudes eloquentiæ, eique adjungendam esse docet Philosophiam, non Epicuream quidem aut Stoicam, sed Academicam et Peripateticam. In exordio Cicero funestam mortem eorum deplorat, qui in his libris disputantes inducuntur.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 85.] COGITANTI mihi sæpenumero, et memoria vetera[b] repetenti,[a] perbeati fuisse, Quinte frater,[c] illi videri solent, qui in optima republica, cum[1] et honoribus, et rerum gestarum gloria florerent, eum vitæ cursum tenere potuerunt,[b] ut vel in negotio sine periculo, vel in otio[2] cum dignitate esse possent. Ac fuit quidem,[d] cum[3] mihi quoque initium requiescendi, atque animum ad utriusque nostrum præclara studia referendi, fore justum et prope ab omnibus concessum[4] arbitrarer, si infinitus forensium rerum labor, et ambitionis occupatio,[e] decursu honorum,[f] [5] etiam ætatis flexu,[g] constitisset.[c] 2. Quam spem

[a] *Superiorum temporum historias revolventi.*
[b] *Eam vitæ rationem servare potuerunt.*
[c] *Si infinito rerum forensium labore defatigatus, et perfunctus laboribus qui in ambiendis honoribus suscipiendi sunt, post gestos ordine magistratus conquiescere potuissem.*

CAP. I. 1 Erl. 2. *quomodo.*—2 Hæc verba, *sine periculo, vel in otio,* desunt in Erl. 1. 2.—3 *Ac fuit tempus illud, cum* Asc. Grut. Crat. Pearce; *Ac fuit quidem,* omisso *cum,* Erl. *fuit* delent Oxon. δ ε. *Ac fuit quidem cum* Ernest. e vestigiis codd. et edd. vett. *Ac nunc mihi quoque* edd. primæ; *Ac nunc quidem mihi quoque* Nor. Junt. Halm. *Ac fuit cum mihi* Palat. probante Grut. *Ac fuit quidem tempus illud, quum* M L.—4 Junt. *fore justum et .... concessum esse;* Erl. 2. *referendi ad fore.* 'Forsan *id* scribere debuit.' *Harl. referendi fore, just.* Crat. M L, Schutz. Mox *finitus rerum forensium* L. *labor rerum*

NOTÆ

[a] *Dialogus*] Græca vox Διάλογος sermonem significat, qui ab hominibus habetur interrogantibus per vices ac respondentibus. Latine dicas *Colloquium.*

[b] *Vetera*] Puta monumenta veterum aut Atheniensium aut etiam Romanorum, apud quos clarissimi quique viri maximis afficiebantur honoribus.

[c] *Quinte frater*] M. Tullii frater Quintus Cicero primum quidem legatus Cæsaris in Gallia, tum in Asia proprætor fuit. Non indisertum fuisse ostendit ad M. fratrem de Petitione Consulatus liber. A triumviris proscriptus, cum a satellitibus efflagitaret, ut ante filium interficeretur, filius, ut ante patrem, uterque simul occisus est, A. U. C. 711. ante Chr. 43. Appian. Bell. Civ. l. IV. Plutarch. in Cicerone.

[d] *Ac fuit quidem*] Nempe post consulatum, quem cepit A. U. C. 691. ætatis suæ 44. quo tempore rebus maximis pro salute publica gestis, plurimisque jactatus periculis, reliquum vitæ tempus in otio perquam

cogitationum et consiliorum meorum,[6] cum[7] graves communium temporum,[h] tum varii nostri casus[i] fefellerunt. Nam, qui locus[d] quietis et tranquillitatis plenissimus[8] fore videbatur, in eo maximæ moles molestiarum,[j] et turbulentissimæ tempestates extiterunt. Neque vero nobis cupientibus atque exoptantibus[9] fructus otii[e] datus est ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus,[10] celebrandas,[f] inter nosque recolendas.[11] 3. Nam prima[12] ætate[k] incidimus

[d] *Quæ vitæ pars.* [e] *Quies et vitæ tranquillitas.*
[f] *Assidue tractandas.*

Erl. 1. 2.—5 Pith. Mem. Erl. 1. 2. *cursu honor.* Mox, *ætatis etiam cursu* Oxon. *in ætatis* U Z γ. *et ætatis fluxu* Guelf. 1. *et jam ætatis flexu* Orell. *ætatis etiam flexu* Erl. 2. *et ætatis flexu* Oxon. δ. Oxon. ε habet etiam *flexu*, sed in marg. *deflexu.*—6 Erl. 2. *consiliorum et cogitationum mearum.*—7 Oxon. U *tum.* Mox, *omnium temporum* Oxon. β.—8 Oxon. U γ *plenus.* Mox, *moles* omittunt Guelf. 1. 2. 3. Oxon. U, Erl. 1. 2. Junt. Crat. M, prob. Voss. et F. C. Wolfio.—9 Guelf. 1. 2. Junt. *optantibus.*—10 Erl. 2. *dediti sumus.*—11 Ita ed. Venet. Nor. Junt. omnesque fere vett. usque ad Ald. itemque codd. Cant. Norf. Bod. Bal. Joan. Mag. Nov. Harl. 1. Erl. 1. 2. *interque nos r.*

NOTÆ

honesto traducere jure poterat.

[e] *Et ambitionis occupatio*] Multum laboris sumebant candidati in ambiendis honoribus; obibant urbem et municipia; homines nominatim salutabant, prensabant, deducebant; ludis edendis, largienda clam pecunia suffragia populi captabant. Legit hic Hotomanus Obs. II. 5. *ut ambitionis occupatio*, hoc sensu requiescendi initium justum futurum fuisse, si quemadmodum ambitionis et petendorum magistratuum occupatio decursu honorum; sic etiam infinitus forensium rerum labor ætatis ingravescentis flexu constitisset.

[f] *Decursu honorum*] Erant quidam quasi gradus honorum Romanis decurrendi. A quæstura ad ædilitatem, hinc ad præturam et consulatum aspirabant. Cicero fuit augur, quæstor, ædilis, prætor, consul, et proconsul Asiæ.

[g] *Ætatis flexu*] Senectutem intelligit. Ætas hominum et vita quasi stadium est: utque in stadio erat meta, ad quam cum pervenissent non pergebant ulterius, sed flectebant cursum, et ad eum, unde profecti erant, locum revertebantur; sic in vita senectus est instar metæ, ad quam ubi ventum est, vitæ cursus veluti flectitur et ad interitum declinat.

[h] *Graves communium temporum*] Communia pericula, ut conjuratio Catilinæ.

[i] *Varii nostri casus*] Plurimæ cum sceleratis civibus contentiones, cum Vatinio, cum P. Clodio tribuno plebis, a quo ejectus est in exilium.

[j] *Moles molestiarum*] In verborum collocatione neglexit hic diligentiam Cicero, ut in fragm. Epist. 'Res mihi invisæ visæ sunt;' et in Bruto § 1. 'parentis loco colere.'

[k] *Prima ætate*] A. U. C. 667. et consequenti, cum Tullius ageret an-

in ipsam perturbationem disciplinæ veteris :[g] et consulatu[13] devenimus in medium rerum[1] omnium certamen atque discrimen :[h] et hoc tempus omne post consulatum objecimus[m] iis fluctibus,[14] qui, per nos a communi peste[n] depulsi, in nosmetipsos redundarunt.[i] Sed tamen in his[15] vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporis, obsequar studiis nostris,[j] et, quantum mihi vel fraus inimicorum, vel causæ amicorum,[k][16] vel respublica tribuet otii, ad scribendum potissimum conferam. 4. Tibi vero, frater, neque hortanti deero, neque roganti: nam neque auctoritate quispiam apud me plus valere[17] te potest, neque voluntate.[l] 11. Ac

[g] *In tempora quibus antiqua reipublicæ administrandæ ratio perturbata est.*
[h] *Adiimus periculum amittendæ patriæ, libertatis, et vitæ.*
[i] *Toto illo tempore quod a meo consulatu fluxit, vexatus sum iis periculis, quibus resp. per me liberata fuerat.*
[j] *Illi desiderio literarum humaniorum, quo uterque incendimur.*
[k] *Quos sæpe in foro defendendos suscipio.*
[l] *Non recusabo quod petis; nam nullus est, cujus auctoritas et voluntas plus apud me ponderis habeat.*

Ald. Lamb. Grut. et seqq.—12 *Nam et prima* Guelf. 3.—13 Hahn. St. et Oxon. U, *et a consulatu;* L *et in consulatu.*—14 Guelf. 2. 3. *his fluctibus;* voc. *iis* deest in Erl. 1. 2. Mox, *peste* delevit Lamb. *peste depulsa* conj. vir quidam doctus ap. Pearc. Deinde, *redundarent* Erl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 3. Oxon. γ δ, Norib. Junt. 'Haud spernenda lectio.' *Orell.*—15 Erl. 1. 2. Norib. *in eis.*—16 Hæ voces, *vel causæ amicorum,* desunt in Erl. 2. *causa* Guelf. 1.—17 *Apud me plus te valere* Guelf. 1. 2.

NOTÆ

num vicesimum, exarsere bella civilia Cinnæ, Marii, et Syllæ, qui contra pristinum morem, oppressa patriæ libertate, principatum invadere tentabant.

[1] *In medium rerum, &c.*] Conjurationem Catilinæ, quam ad excidium urbis erumpentem extinxit singulari prudentia Tullius consul A. U. C. 691.

[m] *Post consulatum objecimus*] Cicero post gestum consulatum gravem perditorum civium invidiam sustinuit. Accusatus est a P. Clodio tribuno plebis, quod Lentulum, Cethegum, et alios conjurationis cum Catilina socios interfici jussisset, quasi præter jus fasque cives indicta causa e medio sustulisset. Tueri se poterat opibus amicorum, at abire maluit in exilium, quam sua causa viros probos in periculum adducere. Statim domus ejus a Clodio diruta, bona publicata: atque ii sunt fluctus, quibus cum eripuisset patriam, pæne ipse submersus est. Paucis post mensibus annitente præcipue Pompeio revocatus est, eodem quo expulsus fuerat anno, qui fuit U. C. 696. ante Chr. 58. Cicero, Plutarch. &c. Ac paulo post sedatis tempestatibus hos ad Q. Fratrem libros scripsit.

[n] *Peste*] Redundare vocem illam censet Lambinus: per *commune*, τὸ κοινὸν, quod dicunt Græci, rempubli-

mihi repetenda est veteris cujusdam memoriæ non sane[1] satis explicata recordatio,[m] sed, ut arbitror, apta ad id, quod requiris, ut cognoscas, quæ viri omnium eloquentissimi, clarissimique,[n] senserint de omni ratione dicendi. 5. Vis enim, ut mihi sæpe[2] dixisti; quoniam quæ pueris, aut adolescentulis nobis ex commentariolis nostris[o] inchoata ac rudia exciderunt, vix hac ætate digna, et hoc usu, quem ex causis, quas diximus, tot tantisque consecuti sumus; aliquid iisdem de rebus politius a nobis perfectiusque proferri: solesque nonnunquam hac de re a me in disputationibus nostris dissentire: quod ego prudentissimorum[3] hominum artibus[o] eloquentiam contineri statuam; tu autem illam ab elegantia doctrinæ[p] segregandam putes, et in quodam ingenii atque exercitationis genere ponendam.

6. Ac mihi quidem sæpenumero in[4] summos homines ac summis ingeniis præditos intuenti, quærendum esse visum est, quid esset, cur plures in omnibus rebus, quam in dicendo admirabiles extitissent: nam, quocumque te animo et cogitatione converteris, permultos excellentes in quoque genere videbis, non mediocrium artium,[p] sed prope maxi-

[m] *Hic revocanda est mihi in memoriam antiqua quædam dissertatio inter Crassum et Antonium, cujus non satis distincte memini.*
[n] *L. Crassus et M. Antonius.* [o] *Historia, jurisprudentia, &c.*
[p] *Ab apparatu variarum doctrinarum.*

Cap. II. 1 Voc. *sane* deest in Erl. 1. 2. Mox, *ut cognoscas* desunt in Erl. 1. ubi legitur *requiris quid viri; τὸ quid* habet etiam Lamb. Paulo post, Guelferb. *scripserint de omni rat*,—2 Erl. 2. *ut sæpe mihi.* Mox, *quoniam quædam pueris* Majoragius, *et adolescentibus* Guelferb. 3. *atque aut adolescentulis nobis aut ex, &c.* Erl. 1. 2. Deinde, *vix hac sint ætate* [Schutzius et Harlesius.—3 Guelferb. 1. 2. Oxoniens. α β, Kob. Nor. Junt. Victor. Majorag. Schutzius *eruditissimorum.*—4 Particula *in* deest in Erl. 2. Oxoniens. U, et nonnullis edd. Mox, *in omnibus artibus* Guelferb. 1. 2. Paulo post, *permultos et excellentes* duo exempl. ap. Orell. *in quocunque genere* Guelf. 1. 2. 3.—

NOTÆ

cam significat.

[o] *Ex commentariolis nostris*] Libros de Inventione sub annum ætatis vicesimum Cicero scripserat, rudes et impolitos, si cum his conferantur. Porro commentarius liber est in quem referimus breviter aliquid memoriæ causa.

[p] *Mediocrium artium*] In pictura Zeuxis, Apelles, Protogenes; in sta-

marum.[q] 7. Quis enim est,[5] qui, si clarorum hominum scientiam rerum gestarum vel utilitate vel magnitudine metiri velit, non anteponat oratori imperatorem?[r] Quis autem dubitet, quin belli duces præstantissimos ex hac una civitate[6] pæne innumerabiles,[s] in dicendo autem excellentes vix paucos proferre possimus? 8. Jam vero, consilio ac sapientia[7] qui regere ac gubernare rempublicam possent, multi nostra, plures patrum memoria,[q] atque etiam majorum extiterunt, cum boni perdiu nulli, vix autem singulis[t] ætatibus[r] singuli tolerabiles oratores invenirentur.[8] Ac, ne quis[9] forte cum aliis studiis, quæ reconditis in arti-

[q] *Ætate.* [r] *Sæculis.*

5 *Quis est enim* Orell. ex H. 3. Mox, *quin* δ ε. ' Norf. Cant. Nov. Wag. Mead. Harl. duo, [Oxon. δ ε, et bini Erl.] cum vet. cod. impresso Rawl. habent in sequentibus *vel utilitatem vel magnitudinem:* quos si sequamur, legendum est, *si clarorum hominum scientia, rerum gestarum vel utilitatem vel magnitudinem metiri velit.*' Pearc. 'Sed recte dissentit Schutz.' *Harl.*—6 Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3. Koberg. Junt. et tres ap. Orell. *duces ex hac una civitate præstantissimos;* Erl. 2. *duces ex hac civitate præstantissimos.*—7 Sic Pall. sed alii codd. et Guelf. 1. 2. *consilio ac sententia,* nec displicet Wouwero et Schutzio. Mox, *et gubernare* Oxon. U, in quo etiam *et sapientia.* Idem cum Erl. 1. 2. et Norib. *possint.* Paulo post, *quam boni* Erl. 1. 2. Norib. *quanquam boni* Oxon. δ.—8 Oxon. U ap. Ernest. *inveniuntur;* idem codex ap. Harl. *inveniantur.*—9 *Ac ne qui* Erl. 1. et Orell. *At ne quis* Erl. 2. *reconditis artibus atque aliqua varietate* Erl. 1. 2. *atque in qua* Erl. 1. a m. pr. Mox, *versantur* Guelf. 1. Paulo post, *ante convertat . . . circumspiciatque qs in his floruerunt . . . multi sint . . . et semper fuerit* Oxon. U. *multi sunt* Oxon. δ ε. *quam multi sint: facillime* Nor. et Vict.

NOTÆ

tuaria Polycletus, Phidias, Lysippus; alii in aliis excelluere.

[q] *Prope maximarum*] In arte imperatoria maximi quique duces tum Græci, tum Romani; in mathematica Euclides et Archimedes; in medicis Hippocrates, ejusque filius Thessalus, Prodicus, Polybius, Dexippus Hippocratis discipuli, et qui secundas ab Hippocrate tenuit Diocles, nomen suum commendarunt. De philosophis dicetur § 9.

[r] *Imperatorem*] Romanæ reip. temporibus hoc nomen ducem significavit, qui rem contra hostes bene ac feliciter gereret: postea illis tributum est, qui rerum summo jure soli potirentur.

[s] *Pæne innumerabiles*] Ut Manlios, Camillos, Fabios, Decios, Scipiones, Catones, &c.

[t] *Vix autem singulis, &c.*] Plurimos quidem oratores ad incendendam eloquentiæ cupiditatem enumerat in Bruto Tullius, sed adeo non excellentes, ut sub libri finem dicat vix singulis ætatibus binos oratores laudabiles extitisse. Et vero per quingentos et quinquaginta prope annos nullus Romæ fuit orator. Primus omnium, ut ex Q. Ennio refert Cic. in Bruto, eloquens fuit et habitus.

bus, atque in quadam varietate literarum versentur, magis hanc dicendi rationem, quam cum imperatoris laude, aut cum boni senatoris prudentia comparandam putet; convertat animum ad ea ipsa artium genera, circumspiciatque, qui in iis floruerint, quamque multi: sic facillime, quanta oratorum sit, semperque fuerit paucitas, judicabit. III. 9. Neque enim te fugit, artium omnium laudatarum[1] procreatricem quandam, et quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Græci vocant, ab hominibus[2] doctissimis judicari: in qua difficile est enumerare,[u] quot viri, quanta scientia, quantaque in suis studiis varietate et copia fuerint, qui non una aliqua in re separatim elaborarint,[3] sed omnia,[v] quæcumque possent, vel scientiæ pervestigatione, vel disserendi ratione[s] comprehenderint. 10. Quis ignorat, ii, qui mathematici[w]

[s] *Vel rebus naturalibus inquirendis, vel ratiocinandi arte.*

CAP. III. 1 ' *Omnium laud. art.*] Hic ordo verborum est in edd. W. s. l. et a. Lips. quem et Pearcius restituit.' *Ernest.* Ita etiam Ven. Mediol. C. Steph. Lamb. Rom. Nor. Orell. ut et codd. Cant. Gonv. Norf. Mag. Nov. Joann. Erl. 1. 2. et Guelf. 1. *laudatarum artium omnium* Grut. *laudandarum* Guelf. 2. Ald. Junt.—2 Oxon. Z α δ ε, Erl. 1. 2. edd. Rom. Nor. *omnibus.* Mox, *numerare* Erl. 1. 2. edd. Rom. Nor. Vict. Dein, *in hiis studiis* Oxon. Z.—3 Oxon. U, *elaborassent ;* Erl. 1. *elaborasse;* Erl. 2. *elaboravissent.* Mox pro *possent*, quatuor ap. Orell. *essent.* Dein, Schutz. e conj. edidit, *vel scientia et pervestigatione.* Oxon. α β γ, *vel describendi ratione.* Duo ap. Orell. *com-*

NOTÆ

est M. Cornelius Cethegus, qui collega P. Sempronio Tuditano consulatum gessit A. U. C. 550. ante Chr. 204.

[u] *Difficile est enumerare*] Ut omittam Pythagoram, Socratem, et alios vel antiquiores vel minus nobiles, præcipuæ philosophorum sectæ fuerunt omnino decem. Academica, quæ fuit triplex, vetus Platonem habet auctorem, media Arcesilaum, nova Lacyden, aut, ut alii volunt, Carneadem et Clitomachum. Sunt etiam qui quartam addunt Academiam a Philone et Charmida institutam, uti refert Sextus. Cyrenaica fluxit ab Aristippo Cyrenæo, Eliaca a Phædone Eliensi, Megarica ab Euclide Megarensi, Cynica ab Antisthene Atheniensi, Eretrica a Menedemo Eretriate, Dialectica a Clitomacho Calchedonio, Peripatetica ab Aristotele Stagirita, Stoica a Zenone Citieo, Epicurea ab Epicuro Atheniensi. Quorum omnium diversas iisdem de rebus opiniones colligere infinitum sit. Vide Clem. Alexandr. l. I. Stromatum.

[v] *Sed omnia*] Gorgias Leontinus philosophus ad omnia, de quibus quisque audire vellet, paratum se denuntiabat. Carneades item philosophus eloquentiæ præsidio, quicquid vellet, vel ab invitis extorquere poterat.

[w] *Mathematici*] Si unam vim nomi-

vocantur, quanta in obscuritate rerum, et quam recondita[4] in arte et multiplici subtilique, versentur? quo tamen in genere ita multi perfecti[x] homines extiterunt, ut nemo fere[5] studuisse ei scientiæ vehementius videatur, quin, quod voluerit, consecutus sit. Quis musicis,[6] [y] quis huic studio literarum, quod profitentur ii, qui grammatici vocantur, penitus se dedidit, quin omnem illarum artium pæne infinitam vim et materiam scientiæ cogitatione[7] comprehenderit? 11. Vere mihi hoc[8] videor esse dicturus, ex omnibus iis, qui in harum artium studiis liberalissimis sint doctrinisque versati, minimam copiam poëtarum[z] egregiorum extitisse. Atque[9] in hoc ipso numero, in quo perraro exoritur aliquis excellens, si diligenter, et ex nostrorum, et ex Græcorum copia[10] comparare voles, multo tamen pauciores oratores, quam poëtæ boni reperientur. 12. [*p.* 86.] Quod hoc[11]

prehenderunt.—4 Guelf. 2. 3. et Schutz. *rerum, quam recondita,* probante Harl.—5 Erl. 1. Oxon. δ ϵ, Rom. Nor. *ut nemo forte;* Oxon. U, *quod nemo fere.* Mox, *ei* omissum est in Erl. 2. ‘Contra Schutz. delevit *scientiæ,* quod deberi glossatori, haud intelligenti, *ei* pertinere ad *quo in genere,* censet.’ *Harl.*—6 *Quis musicus* Rom. Paulo post, *se dedit* Erl. 1. 2. Oxon. U δ ϵ, Guelf. 1. Rom. Nor. Junt. Victor. Ascens. *omnium illarum* Ascens. et ed. 1497. probante Scheller.—7 Ed. an. 1497. Oxon. Schutz. et Harl. *scientia et cogitatione,* Guelf. 2. 3. Oxon. δ, Rom. Kob. Junt. *scientia et cognitione;* Erl. 2. uti etiam vett. quædam edd. *materiem scientiæ cognitione.* Pearc. sic edidit et interpunxit, *vim, et materiam scientiæ, cognitione comprehenderit.*—8 *Vere hoc mihi* Erl. 2. Mox, Erl. 1. 2. *liberalissimis studiis.*—9 Grut. Pearc. Gronov. et Oxon. *extitisse: atque;* Erl. 1. 2. edd. s. l. et a. Rom. Lips. Kob. Ernest. Schutz. et Harl. *extitisse. Atque.* Wolf. *Atqui.* ‘Postea, censor in Bibl. Berolin. Anhang. III. p. 1835. legere suadet, *numero quanquam perraro;* et ea, quæ sequuntur, *multo tamen,* firmant illam emendationem.’ *Harl.*—10 Rom. *et ex Græcorum et nostrorum copia;* Kob. *et ex Græcorum et nostros copia.* ‘Paulo post, *oratores* deest in Erl. 2. et a manu recentiore in Erl. 1. est superscriptum.’ *Harl.*—11 *Quid hinc* Oliv. *Quid hic . . . videri debet . . .*

NOTÆ

nis attendamus, mathematicus eum significat qui doctrinam aliquam tenet, nam ἀπὸ τοῦ μανθάνειν *a discendo* dicitur; proprie tamen mathematici nomen cadit in eos qui disciplinis astrologiæ, geometriæ, arithmeticæ, musicæ, &c. operam dant, quasi illæ solæ plane discantur; quippe quæ certissimis demonstrationibus innitantur, non, ut pleræque aliæ, sola opinione constent.

[x] *Ita multi perfecti*] Præter Euclidem et Archimedem artis principes, inter mathematicos claruere Archytas Tarentinus, Eudoxus Gnidius, &c.

[y] *Quis musicis*] Cujus artis peritissimi fuere Aristoxenus cognomento Musicus, Xenophilus, Alcidamas Eleates, &c.

[z] *Minimam copiam poëtarum*] Ante Ciceronis tempora multi quidem poë-

etiam mirabilius debet videri, quia ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur: dicendi autem omnis ratio in medio posita,[t] communi quodam in usu, atque in hominum more et sermone versatur: ut in ceteris id maxime excellat, quod longissime sit ab imperitorum intelligentia sensuque disjunctum,[12] in dicendo autem vitium vel maximum sit a vulgari genere orationis atque a consuetudine communis sensus abhorrere.[u] IV. 13. Ac ne illud quidem vere dici potest, aut plures ceteris artibus[1] inservire, aut majore delectatione, aut spe uberiore, aut præmiis ad perdiscendum amplioribus commoveri. Atque, ut omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ[2] princeps esse voluit, atque illas omnium doctrinarum inventrices[a] Athenas, in quibus summa dicendi vis et inventa est et perfecta:[3] in hac ipsa civitate profecto nulla unquam vehementius, quam eloquentiæ studia viguerunt. 14. Nam

[t] *Facilis.* [u] *Discedere.*

fere conditis Erl. 2. *solet videre* Oxon. α. Mox, *abditis fontibus* Erl. 1. 2. Rom. Kob. Paulo post, Mullerus conj. *in h. ore et sermone.* Oxon. ε habet, *posita est communique . . . atque hominum more*, omissa præpositione *in;* Oxon. α, *quodammodo* pro *quodam.*—12 Erl. 2. *distinctum.* Mox, *maximum est* Grut. et vulgg. *m. sit* codd. Norf. Bal. Bod. cum edd. Vict. Junt. Asc. Steph. Lamb. Schutz.

Cap. IV. 1 Voc. *artibus* abest in Oxon. γ, Erl. 1. 2. melioribus Palat. Pith. Rom. et Kob. Mox, Oxon. U et Erl. 1. *spe liberiore.*—2 Oxon. Z, Memm. Erl. 1. *eloquentia.*—3 Schutz. *in quibus etiam dicendi . . . perfecta:* Rom. *inventa et perfecta est.* Erl. 2. *inventa est: et perfecta in ipsa civitate,*

NOTÆ

tæ, sed pauci fuerant excellentes. Et in Græcis quidem heroici Homerus tantum et Hesiodus; lyrici Pindarus, Anacreon; comici Aristophanes, Menander; tragici Euripides et Sophocles principatum obtinuere. Ex Latinis autem nonnisi Q. Ennius heroicus et tragicus, Lucilius satiricus, Plautus ac Terentius et alii pauculi nomen suum commendarant.

[a] *Omnium doctrinarum inventrices*] Non ingenuarum modo, sed etiam illiberalium artium ferunt inventores fuisse Athenienses. 'Primi lanificii et olei et vini usum docuere. Arare quoque et serere frumenta glandem vescentibus monstrarunt. Literæ certe ac facundia et hic civilis ordo disciplinæ, veluti templum Athenas habent.' Justin. II. 6. Nihilominus ab Hebræis, Ægyptiis, et Chaldæis, artes fluxisse ad Athenienses apud eruditos constat, et egregia inductione demonstrat Clemens Alexandrinus l. I. Stromatum.

posteaquam, imperio omnium gentium[b] constituto,[v] diuturnitas pacis otium confirmavit, nemo fere laudis cupidus adolescens non sibi ad dicendum studio omni enitendum putavit.[4] Ac primo quidem totius rationis[w] [5] ignari,[c] qui neque exercitationis ullam viam, neque aliquod præceptum artis esse arbitrarentur, tantum, quantum ingenio et cogitatione poterant, consequebantur.[x] Post autem, auditis oratoribus Græcis, cognitisque eorum literis, adhibitisque doctoribus,[6] incredibili quodam nostri homines dicendi studio flagraverunt. 15. Excitabat eos magnitudo et[7] varietas, multitudoque in omni genere causarum, ut ad eam doctrinam, quam suo quisque studio assecutus esset, adjungeretur usus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superaret. Erant autem huic studio maxima, quæ nunc quoque sunt, exposita præmia, vel ad gratiam, vel ad opes, vel ad dignitatem. Ingenia[d] vero (ut multis rebus possumus judicare) nostrorum hominum multum ceteris [hominibus][8] omnium gentium præstiterunt. 16. Quibus de cau-

[v] *Roma totum fere terrarum imperium obtinente.*
[w] *Artis.* [x] *In eloquentia proficiebant.*

profecto eloquentiæ studia viguerunt.—4 'In codd. Erl. 1. 2. totus hic locus culpa librarii, oculis ab exitu *τοῦ firmavit* ad *putavit* aberrantibus, est omissus.' *Harl.* Lips. *nemo vere . . . eniti putavit;* duo ap. Orell. *omni studio.*—5 Erl. 1. a m. pr. *regionis;* Rom. Kob. Lips. *orationis.* Mox, loco *viam,* Guelf. 1. Guelf. 3. a m. sec. Oxon. Z γ δ ε, Erl. 1. 2. Rom. Kob. Junt. habent *vim.*—6 Erl. 1. 2. *cognitisque ductoribus,* omissis intermediis.—7 Particula *et* abest in codd. Erl. 1. 2. et Guelf. 1. *ac varietas* Rom. Kob. Paulo post, *studio consecutus* Guelf. 1. 2. Oxon. ε. *s. assecutus* Erl. 1. a m. pr. sed a correctore *consecutus.*—8 Hoc vocab. tanquam spurium uncis inclusit Ernesti, et *ceteris* intelligit *ingeniis.* Censori

NOTÆ

[b] *Imperio omnium gentium*] Celeberrimas gentes, non tamen omnes, Romani subegere. In Oriente Parthi semper indomiti: Septemtrionem versus ultra Albim Romanum imperium nunquam extensum est, nedum ante Ciceronis ætatem fuisset toto orbe constitutum. Itaque vel hic utitur hyperbole Tullius, vel civium suorum auribus servit potius quam veritati.

[c] *Totius rationis ignari*] Suetonius lib. de Claris Rhetoribus rhetoricam apud Romanos perinde ac grammaticam difficilius receptam, immo vetere senatusconsulto philosophos et rhetores ex urbe ejectos dicit, C. Fannio, Strabone, M. Valerio Messala coss. A. U. C. 594. ante Chr. 160.

[d] *Ingenia*] 'Nihil præcepta atque artes valent, nisi adjuvante natura,' inquit Fabius in Proœm. lib. I. 'Qua-

sis, quis non jure miretur, ex omni memoria ætatum, temporum, civitatum, tam exiguum oratorum numerum inveniri?

Sed nimirum[9] majus est hoc quiddam,[y] quam homines opinantur, et pluribus ex artibus studiisque collectum. v. Quis enim aliud,[1] in maxima discentium multitudine, summa magistrorum copia, præstantissimis hominum ingeniis, infinita causarum varietate, amplissimis eloquentiæ propositis præmiis, esse causæ putet, nisi rei quandam incredibilem[2] magnitudinem, ac difficultatem? 17. Est enim et scientia comprehendenda rerum plurimarum, sine qua verborum volubilitas inanis, atque irridenda est:[z] et ipsa oratio conformanda, non solum electione, sed etiam constructione verborum: et omnes animorum motus, quos hominum generi rerum natura[3] tribuit, penitus pernoscendi; quod omnis vis ratioque dicendi, in eorum, qui audiunt, mentibus aut sedandis, aut excitandis expromenda est.[a] 4 Accedat eodem oportet lepos quidam facetiæque, et eruditio libero digna, celeritasque et brevitas et respondendi[5] et lacessendi, subtili venustate atque urbanitate conjuncta. 18. Tenenda præterea est omnis antiquitas exemplorumque vis: neque legum, aut juris[6] civilis scientia negligenda est. Nam quid ego de actione ipsa[b] 7 plura dicam? quæ motu corporis, quæ gestu, quæ vultu, quæ vocis conformatione ac varietate moderanda est; quæ sola per se ipsa

[y] *Hæc ars eloquentiæ est aliquid difficilius.*
[z] *Oratio profluentibus ac belle sonantibus verbis redundans.*
[a] *Adhibenda est.* [b] *Gestu et pronuntiatione.*

Berolin. ellipsis *ingeniis* durior esse videtur; isque legere malit *hominum multum, certe hominibus o. g. præstiterunt;* Harl. conj. *multum certe, aut multum ceterarum ingeniis o. g. præst.*—9 *Sed enim* Erl. 1. 2.

Cap. v. 1 *Quid enim quis aliud* Erl. 1. 2. Guelf. 1. Oxon. U Z α γ, Schutz. Harl. et Orell. Mox, *causarum* deest in Erl. 1. 2. Præterea Erl. 2. habet *prepositis.*—2 Mull. *incredibilem quandam.*—3 Unus ap. Orell. *natura rerum.* —4 Ita Erl. 2. *exprimenda* Erl. 1. Majorag. et Victor.—5 Duo ap. Orell. *et brevitas respondendi.*—6 Erl. 1. 2. *neque jus legum ac juris;* Vulg. *aut juris;*

NOTÆ

propter ei cui deerit ingenium, non magis hæc de eloquentia scripta sunt, quam de agrorum cultu sterilibus terris.'

quanta sit, histrionum[e] levis ars et scena[c f] declarat: in qua cum omnes in oris, et vocis, et motus moderatione elaborent, quis ignorat,[8] quam pauci sint, fuerintque, quos animo æquo[d] spectare possimus? Quid dicam de thesauro rerum omnium, memoria? quæ nisi custos inventis cogitatisque[9] rebus et verbis adhibeatur, intelligimus, omnia, etiamsi præclarissima fuerint in oratore, peritura. 19. Quamobrem mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis, cum ex iis rebus universis eloquentia constet, quibus in singulis[10] elaborare permagnum est, hortemurque potius liberos nostros, ceterosque, quorum gloria nobis et dignitas cara est, ut animo rei magnitudinem complectantur, neque iis aut præceptis, aut magistris, aut exercitationibus, quibus utuntur omnes,[11] sed aliis quibusdam, se id, quod expetunt, consequi posse confidant. VI. 20. Ac mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus. Etenim ex rerum cognitione efflorescat[1] et redundet oportet oratio: quæ, nisi subest res[2] ab oratore percepta et cognita, inanem quandam habet elocu-

[c] *Fabulæ quæ in theatris exhibentur.*
[d] *Libenter.*

Guelf. 1. *atque juris.*—7 Unus ap. Orell. *ipsa actione.*—8 Erl. 2. *laborent quis ignoret;* Erl. 2. *vocis motus* (sine *et*) *moder. laborent;* edd. Rom. Kob. et Junt. etiam *laborent.* Paulo post, Guelf. 1. 2. *possumus.*—9 Bal. Oxon. β, *cognitisque,* prob. Pearc. *ordinatisque* Schutz. probante Burm. Mox, Grut. Pearc. et vulgg. *fuerint, in oratore peritura.*—10 'Suavior est ordo, *quibus in singulis,* quam is, qui est in Erl. 1. 2. Rom. et Kob. *in quibus singulis.*' Harl. —11 Erl. 2. *utimur omnes.*

CAP. VI. 1 Erl. 1. 2. *florescat.*—2 'Perverse disting. Ernest. *quæ nisi subest, res.*' Orell. 'Erl. 1. 2. Palat. aliique ap. Grut. ed. Rom. *quæ nisi sit ab oratore percepta;* Kob. vitiose, *quæ tui sit ab oratore percepta;* et probabilius esse videtur, *nisi sit* aut *subsit res.* Mox, Erl. 2. *quandam elocutionem ha-*

NOTÆ

[e] *Histrionum*] De quibus in lib. III. ad Herenn. § 26.

[f] *Scena*] In theatro scena erat sive tentorium, sive tabernaculum, sive quæsitum frondibus umbraculum. Scenæ tragicæ quibus ancipites principum casus exhibebantur, columnis, signis, ac regia magnificentia exornabantur pro dignitate argumenti. Comicæ privatarum ædium speciem referebant. Satiricæ mutuo nexis arboribus, montibus, speluncis, aliisque rebus agrestibus, instar topiarii operis, deformabantur. Vitruvius.

tionem et pæne puerilem.[e] 21. Neque vero ego hoc[3] tantum oneris imponam, nostris præsertim oratoribus in hac tanta occupatione urbis, ac vitæ, nihil ut iis putem licere nescire: quanquam vis oratoris, professioque ipsa bene dicendi, hoc suscipere ac polliceri videtur,[4] ut omni de re,[g] quæcumque sit proposita, ab eo ornate, copioseque dicatur. 22. Sed quia non dubito, quin hoc plerisque immensum infinitumque videatur, et[5] quod Græcos homines non solum ingenio et doctrina, sed etiam otio studioque abundantes, partitionem quandam artium fecisse[6] video, neque in universo genere singulos elaborasse,[f] sed seposuisse a ceteris dictionibus eam partem dicendi,[f] quæ in forensibus disceptationibus judiciorum, aut deliberationum[7] versaretur, et id unum genus oratori reliquisse; non complectar in his libris amplius, quam quod huic generi,[g] re quæsita, et multum disputata,[8] summorum hominum prope consensu est tributum: 23. repetamque, non ab incunabulis[h] nostræ veteris puerilisque doctrinæ quendam ordinem præcepto-

[e] *Si careat oratio re quadam illustri, quæ probe sit oratori cognita, verborum ornatus et volubilitas inanis est.*

[f] *A Græcis video artes divisas esse in certas quasdam partes, nec operam dedisse omnibus eloquentiæ partibus aut discendis aut docendis.*

[g] *Quod judicia ac deliberationes spectat.*

[h] *Rudimentis.*

bet.' Harl.—3 Rom. Kob. et Vict. *hoc ego.* Schutz. delevit *hoc,* abest enim codd. Erl. 1. 2. et Guelf. 1. 2.—4 Ita Erl. 1. 2. *videatur* Cant. Gonv. Bal. Bod. Mead. ed. s. l. et a. Rom. Kob. Ven. Mediol. Lamb. Oxon. Pearc. Mox, *res sit proposita* edd. vett. ap. Orell. *posita* Pearc. e duobus codd. Gallic. et Norf. et sic Erl. 2. *proposita* Erl. 1. Deinde, Guelf. 1. Erl. 1. 2. Rom. Kob. Schutz. Harl. et Orell. *ornate ab eo copioseque.*—5 Particula *et* abest cod. Erl. 2.—6 'Vulgo legitur, *partit. quandam artium fec.* Sed ego cum Schutzio *artium* expunxi, quia h. l. non de partitione omnium artium, sed de unius artis oratoriæ partitione agitur. Mira autem varietas est in cod. Erl. 1. *habundantes: et post actionem jam quandam artium in universo, &c.* et in cod. Erl. 2. *abundantes video portione quadam artium neque, &c.* Kob. *abundantes partionum quandam artium,' &c.* Harl.—7 Gonv. Guelf. 1. et Pearc. *ac delib.* Erl. 2. *aut deliberatione.* J. H. Voss. conj. *deliberationibus.*—8 Erl. 2. Oxon. U β γ δ ε, *requisitum et multum disputatum.* In cod. Erl. 1. est quoque a m. pr. *requisita . . . disputata;* sed ultimis utriusque verbi syllabis superscriptum *tũ.* Mox, *est attributum* Oxon. U. Paulo post, Guelf. 2. *pueri-*

NOTÆ

[g] *Omni de re*] Quod Gorgias Leontinus aliique nonnulli sophistæ Græci facere se posse jactitabant.

rum, sed ea, quæ quondam accepi in nostrorum hominum, [*p.* 87.] eloquentissimorum, et omni dignitate principum, disputatione esse versata: non quod [9] illa contemnam, quæ Græci dicendi artifices et doctores reliquerunt; sed, cum illa pateant,[10] in promtuque sint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint, dabis hanc veniam, mi frater, ut opinor, ut eorum, quibus summa dicendi laus a nostris hominibus concessa est, auctoritatem Græcis anteponam.

VII. 24. Cum igitur[1] vehementius[h] inveheretur in causam principum[i] consul Philippus, Drusique tribunatus, pro senatus auctoritate susceptus,[j] infringi jam debilitarique videretur;[2] dici mihi memini, ludorum Romanorum[i]

[i] *In senatores.*

[j] *Cum Drusus, qui tribunus plebis ideo factus fuerat, ut senatus auctoritatem contra equites defenderet, ab adversariis superaretur.*

lis nostræ veteris doctrinæ.—9 Oxon. Z *non quæ;* Erl. 2. Junt. Crat. *non quo.* Paulo ante, Rom. et Kob. *disputationibus esse ver.*—10 ' Oxon. δ ε, *quoniam;* tum vel *illa* saltem delendum, vel etiam *ea* videtur Ernestio. Schutz. edidit, *quum ea pateant . . . neque interpretatione.* Mox *ergo dabis* Oxon. Z. In fine capitis *anteponamus* cod. Dresd. Bibl.' *Harl. mihi frater* unus ap. Orell.

CAP. VII. 1 *Dum igitur* unus ap. Orell.—2 Junt. Crat. *ac debilitari vid.* Oxon. U, *debilitarique videtur.* Mox, *mihi* abest Ald. Junt. Vict. Grut. *memini dici mihi* ed. W. s. l. et a. Lips. Rom. Kob. et al. ap. Mull. *mihi* extat etiam

NOTÆ

[h] *Cum igitur vehementius*] C. Sempronius Gracchus tribunus plebis A. U. C. 632. ante Chr. 122. legem tulerat, qua judicia publica a senatu, penes quem a regum tempore fuerant, quasi ab his non satis caste exercerentur, transferrentur ad equites Romanos. Verum cum in iis non satis integra fide versarentur equites, ea rursus sibi vindicare conati sunt senatores A. U. C. 663. ante Chr. 91. annitente inprimis M. Livio Druso tribuno plebis, qui populum perniciosa spe largitionis, socios Italiæ populos, promissa ipsis civitate, in equestrem ordinem concitavit, ac demum legem tulit, ut æqua ex parte judicia penes senatum et equestrem ordinem essent, sive trecentos equites et totidem senatores. Eam ob rem tota graviter Italia turbatum est; maxime a sociis populis, qui cum promissum a Druso jus civitatis non obtinerent, bellum sociale seu Italicum conflaverunt. Drusus in senatu ut caput malorum accusatus, cum domum inde se reciperet, inter turbam, incerto auctore cultro vulneratus, in atrio corruit, ac paulo post obiit. Philippus tum erat consul, tam senatui ac Druso infensus, quam addictus equitibus, a quibus exerceri judicia volebat. Velleius, Livius, Florus, Appianus, &c.

[i] *Ludorum Romanorum*] Ludos Romanos, qui et Magni appellati sunt,

diebus, L. Crassum,[j] quasi colligendi sui causa,[k] se in Tusculanum[k] contulisse: venisse eodem socerum ejus, qui fuisse Quintus Mucius[1] dicebatur,[3] et M. Antonius,[m] homo et consiliorum in republica socius, et summa cum Crasso familiaritate conjunctus. 25. Exierant[l] autem cum ipso Crasso adolescentes duo,[4] Drusi maxime familiares, et in quibus magnam tum spem majores natu dignitatis suæ collocarant,[m] C. Cotta,[n] qui tum tribunatum plebis petebat,[5]

[k] *Recreandi animi causa.* [l] *Roma Tusculanum.*

[m] *A quibus Crassus et Antonius jam ætate provectiores sperabant suam auctoritatem contra factionem equitum defensum iri, si tribuni plebis fierent.*

in Erl. 1. 2. et novem codd. ap. Pearc.—3 Ald. Olivet. Grut. Verburg. Wetz. Schutz. et Harl. *socer ejus qui fuerat, Quintus Mucius;* Mag. Mead. Gonv. et Harl. duo, *socer ejus qui fuerit, Q. Mutius;* Pearc. in ed. 2. *eodem socer ejus (qui fuerit Q. Mucius) dicebatur;* in ed. autem 5. *eodem, socer qui fuerit, Q. Mutius dicebatur;* Erl. 1. *eodem socer ejus qui fuerit q. mucius dicebatur;* Erl. 2. *socer ejus qui fuit Q. M. dicebatur;* Oxon. δ, *socerum;* ε, *socrum;* Junt. *venisse eodem socerum ejus, qui fuerat Q. Mutius, dicebatur.*—4 'Istud *duo* extat in edd. Vict. [Junt.] Asc. Lamb. Streb. et R. Steph.' *Pearc.* 'Voc. *duo* (quod abest ed. Rom. et Kob. atque codd. Guelf. 1. 2. 3. et Erl. 1. 2.) Ernesti jam posuit post *adolescentes.* Idem delevit *et* ante *Drusi,* quod extat in Erl. 1. 2. edd. Rom. Kob. Junt. quia ineptum est.' *Harl.*—5 Mead. Cant. Nov. Wag. Joan. Bal. Gonv. et Harl. 1. *qui tum tribunus plebis putabatur;* sic quoque Erl. 1. 2. sed sine *tum;* Rom. et Kob. *qui*

NOTÆ

ex Latinorum, quos domuerat, manubiis, instituit Tarquinius Priscus A. U. C. 150. ante Chr. 604. Edebantur singulis annis a pridie nonas Septembris ad pridie idus, a quarto nimirum ad duodecimum Septembris diem; quo tempore civilibus occupationibus vacabant. Livius, &c.

j *L. Crassum*] L. Licinius Crassus, celeberrimus orator, præcipuas in his Dialogis partes agit. Natus est, ut ex Ciceronis Bruto patet, C. Lælio et Q. Cæpione coss. sive A. U. C. 614. ante Chr. 140. Qua morte defunctus fuerit fuse refert Tullius sub init. lib. III. de Orat. § 6.

k *In Tusculanum*] Quod in Tusculano agro, aliquot post annis Ciceronis prædium fuit, nunc est insigne monachorum cœnobium, diciturque *Grotta Ferrata.* Tusculum autem est *Frascati.*

l *Q. Mucius*] Q. Mucius Scævola Q. Scævolæ consulis anno 580. filius, C. Lælii gener, in Stoica disciplina, jurisque scientia, et omni literarum genere versatissimus. Ad quem audiendum a patre deductus est Cicero sumta virili toga. Augur fuit A. U. C. 721. ante Chr. 133. Observant eruditi eum cum Q. Mucio pontifice, ad quem, hoc Mucio augure mortuo, se conferebat Tullius, minime confundendum esse.

m *M. Antonius*] Orator eximius natus coss. Appio Pulchro et Q. Cæcilio A. U. C. 611. ante Chr. 143. de quo plura subinde his in libris occurrunt, et præcipue in Bruto § 137. De ejus morte vide de Orat. lib. III. § 10.

n *C. Cotta*] C. Aurelius Cotta di-

et P. Sulpicius,[o] qui deinceps eum magistratum petiturus putabatur. 26. Hi primo die de temporibus illis,[6] deque universa republica, quam ob causam venerant, multum inter se usque ad extremum tempus diei collocuti sunt. Quo quidem in[7] sermone multa divinitus[n] a tribus illis consularibus[o] Cotta deplorata et commemorata narrabat,[p] ut nihil incidisset postea civitati mali, quod non impendere illi tanto ante vidissent:[q] 27. eo autem omni[8] sermone confecto, tantam in Crasso humanitatem fuisse, ut, cum lauti accubuissent,[r] [p] tolleretur omnis illa[9] superioris tristitia sermonis, eaque esset in homine jucunditas, et tantus in jocando lepos, ut dies inter eos curiæ fuisse videretur, convivium Tusculani.[s] 28. Postero autem die, cum illi majores natu satis quiessent,[t] et in ambulationem[u] ventum esset, dicebat tum,[10] Scævolam, duobus spatiis tribusve

[n] *Singulari ac prope divina prudentia.*
[o] *L. Crasso, Q. Mucio, et Antonio, qui consulatu functi fuerant.*
[p] *Mihi, qui hæc ab illo audivi.*
[q] *Tanto tempore antequam illa evenirent.* [r] *Mensæ.*
[s] *Ut si habitum eo die inter eos colloquium ad subtristem senatus gravitatem accesserat, convivium saltem ruris Tusculani amœnitatem referret.*
[t] *Postquam tres illi seniores consulares, Crassus, Scævola, Antonius, somno satis indulsissent.*
[u] *Locum idoneum ambulationi.*

tr. petebatur. Paulo ante Oxon. U, Erl. 1. 2. *collocarent.*—6 Voc. *illis* abest codd. Erl. 1. 2.—7 Præpositio *in* abest codd. Erl. 1. 2. edd. Rom. Kob.—8 Schutz. delevit *omni*, ut superfluum. Mox, pro *lauti*, quidam codd. habent *loti.*—9 Voc. *illa* abest cod. Erl. 2. Mox, pro *jocando*, Oxon. Z ε, Erl. 1. 2. Rom. Kob. *loquendo.*—10 In Guelf. 3. item Oxon. α β δ, Vict. Manut. legitur *quiessent, in ambulationem ventum esse dicebat; tum;* et sic Victor. et Junt. *quiessent, et in ambulationem ventum esset; dicebat, tum* Erl. 1. 2. (nisi ut Erl. 2. habeat *quievissent,*) Rom. Kob. Pearc. *dicebat* delevit Schutz. improbante

NOTÆ

cendi laude præstans his temporibus petiit tribunatum, et obtinuit; a quo post Crassi mortem per invidiam depulsus, immo civitate deinde ejectus est. Appian. &c. Postea tamen consulatum gessit A. U. C. 679. ante Chr. 75. Cum illi decretus esset triumphus, mortuus est ante diem triumphi, ut refert Asconius in notis ad Pisonianam, cum cicatrix vulneris ejus, quod ante plures annos acceperat, rescissa esset repente. De quo plurima inferius, et in Bruto § 202.

o *P. Sulpicius*] Cujus in Bruto Tullius dicendi characterem describit, et sub init. lib. III. de Oratore funestam mortem deplorat.

p *Cum lauti accubuissent*] Solennis ille mos fuit Romanorum, a nostro maxime discrepans, in lectulis mensæ accumbere. Prius tamen ad su-

factis,[v] dixisse: Cur non imitamur,[q] Crasse, Socratem[r] illum, qui est in Phædro[11][s] Platonis?[w] nam me hæc tua platanus admonuit,[x] quæ non minus ad opacandum[y] hunc locum patulis est diffusa ramis, quam illa, cujus umbram secutus est Socrates, quæ mihi videtur non tam ipsa[12] aquula,[z] quæ describitur, quam Platonis oratione crevisse: et quod[13] ille durissimis pedibus fecit, ut se abjiceret in herbam, atque ita illa,[14] quæ philosophi divinitus ferunt esse dicta, loqueretur, id meis pedibus certe concedi est æquius.[a] 29. Tum[15] Crassum: Immo vero commodius[b] etiam; pulvinosque[t] poposcisse, et omnes in iis sedibus, quæ erant sub platano, consedisse dicebat.[16]

VIII. Ibi, ut ex pristino[1] sermone[u] relaxarentur animi

[v] *Decursa bis terve ambulatione.*
[w] *Cujus meminit Plato in Phædro.*
[x] *Mihi Socratem et hunc Platonis Dialogum in memoriam revocavit.*
[y] *Inumbrandum.* [z] *Ipso rivulo.*
[a] *Multo æquius est, ut id faciam quod fecit Socrates, meque in mollem herbam abjiciam; quippe non sum tam duris pedibus quam ille, qui solitus erat nudis pedibus incedere: laboribus non sum tam assuetus quam ille.*
[b] *Commodius quam in molli herba sedebimus.*

Harl.—11 Erl. 2. *in phedone.* Idem mox, *ad placandum hunc locum;* Oxon. Z, *ad pacandum.*—12 Schutz. *ista.* Mox, *oratione Platonis* Erl. 2.—13 Guelf. 2. 3. *sed quod.* Mox, Oxon. U, *ducimus;* Oxon. ε, *durissimus.* Paulo post *fecit* deest in Oxon. β, *ut a se* Oxon. ε. Deinde, *in herba* Erl. 1. Guelf. 1. 2. edd. W. s. l. et a. Kob. et Junt.—14 Schutz. delevit *illa;* ita quoque Harl. auctoritate codd. Erl. 1. 2. Guelf. 1. et edd. Rom. Kob. Junt.—15 *Tunc* Erl. 1. Idem mox, *pulvinos*, sine *que.* Deinde, *in suis sedibus* Erl. 1. 2.—16 Voc. *dicebat* delevit Lamb. et sic Schutz. et Harl. auctoritate cod. Mead.

CAP. VIII. 1 *Ibi, ut in pristino* Oxon. U. Mox, *laxarentur* Oxon. δ.—

NOTÆ

dorem abstergendum, cum vestibus lineis non uterentur, balneum petebant: quadrans erat pretium in publicis balneis dari solitum.

[q] *Cur non imitamur*] Apud Platonem in dialogo qui Phædrus inscribitur, Socrates ad Ilissum Atticæ fluvium molliter in herba recumbens sub alta et patulis diffusa ramis platano, multa disserit.

[r] *Socratem*] De quo dictum in notis ad l. 1. de Invent. § 51.

[s] *Phædro*] Phædrus, dialogus Platonis, in quo Socratem de divina pulchritudine, de dignitate animorum, &c. disputantem inducit. Φαιδρὸς Græcis *pulcher* est.

[t] *Pulvinos*] Qui sacculi sunt lana vel tomento farti, quibus ad sedendum mollius, vel ad genua commodius ponenda utimur.

[u] *Ex pristino sermone*] In quo de publicis calamitatibus collocuti fuerant non sine dolore.

omnium, solebat Cotta narrare, Crassum sermonem quendam de studio dicendi intulisse. 30. Qui cum ita esset exorsus: Non sibi cohortandum[c] Sulpicium et Cottam, sed magis utrumque collaudandum videri, quod tantam jam essent facultatem[2] adepti, ut non æqualibus[d] suis solum anteponerentur, sed cum majoribus natu comparentur. Neque[3] vero mihi quicquam, inquit, præstabilius videtur, quam posse dicendo tenere[e] hominum cœtus, mentes allicere,[f] voluntates impellere, quo velit; unde autem velit,[4] deducere. Hæc una res in omni libero populo, maximeque[5] in pacatis tranquillisque civitatibus, præcipue semper floruit, semperque dominata est. 31. Quid enim est[6] aut tam admirabile, quam ex infinita multitudine hominum existere unum, qui id, quod omnibus[v] natura sit datum, vel solus, vel cum paucis[7] facere possit? aut tam jucundum cognitu atque auditu, quam sapientibus sententiis gravibusque verbis ornata oratio et polita?[8] aut tam potens, tamque magnificum, quam populi motus, judicum religiones,[g] senatus gravitatem, unius oratione converti?[h] 32. Quid tam porro[9] regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare sa-

[c] *Ad eloquentiam.* [d] *Ejusdem ætatis adolescentibus.*
[e] *Attentos facere.* [f] *Reddere sibi benevolos.*
[g] *Judices juramenti religione ad recte judicandum obligatos.*
[h] *Mutari ad oratoris arbitrium.*

2 Oxon. *α*, *tantum j. e. facultatum.* Mox, *solum* omittit cod. Arntzenii in Add. ad Plin. Paneg. Deinde, *sed etiam majoribus* Steph. ap. Orell. *sed etiam cum majoribus* Lamb. ibid.—3 Schutz. et Harl. interpungunt *exorsus: non sibi... compararentur; neque, &c.* Guelf. 2. 3. habent, *neque vero inquit mihi quidquam;* a cod. Erl. 2. *inquit* abest.—4 Manut. Olivet. Pearce, *quo velis unde autem velis.* 'Sed bis *velit* (sc. aliquis) in utroque cod. Erl. et edd. Rom. Kob. Junt. aliisque, et vindicavit Heusinger. *Autem* post *unde* male omittitur in Guelf. 1. 2. 3.' *Harl.*—5 Guelf. 1. Erl. 1. 2. Harl. *maxime.*—6 *Quid est enim* Orell. *ut tam* Oxon. U. Mox, *hominum multitudine* unus ap. Orell. et sic Erl. 2.—7 Guelf. 3. *perpaucis;* et in Erl. 1. *per* ab eadem manu est superscriptum. Mox, pro *sapientibus*, Guelf. 2. 3. Crat. et Junt. habent *sapientissimis.*—8 Ita Erl. et vulgg. *perpolita* Rom. Kob. Junt. Olivet. Schutz. Harl. Orell. et Mull.—9 *Quid porro tam* Cantab. Wag. Bodl. Bal. Guelf. 2. 3. Lamb.

NOTÆ

[v] *Quod omnibus*] Nempe a natura exprimere: quod pauci recte faciunt. datum omnibus animi sensa dicendo

lutem, liberare periculis, retinere homines in civitate? Quid autem tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus vel tectus ipse[10] esse possis, vel provocare improbos, vel te ulcisci lacessitus?[w] Age vero, ne semper forum, subsellia,[x] rostra, curiamque meditere,[i] quid esse potest in otio aut jucundius, aut magis proprium humanitatis,[j] quam sermo facetus ac nulla in re rudis? Hoc enim uno præstamus vel maxime feris, quod colloquimur[11] inter nos, et quod exprimere dicendo sensa possumus. 33. Quamobrem quis hoc non jure miretur, summeque in eo elaborandum esse arbitretur, ut, quo uno[12] homines maxime bestiis præstent, in hoc hominibus ipsis antecellat? Ut vero jam ad illa summa[k] veniamus; quæ vis alia potuit[y] aut dispersos homines unum in locum congregare, aut a

[i] *Ne putes eloquentiam versari tantum in causis publice dicendis.*
[j] *Humanæ societatis.*
[k] *Ad maximas utilitates eloquentiæ.*

C. Steph. Pearc. Harl. et Orell. Pro *regium*, Mull. *egregium*.—10 Lamb. *ipse tectus;* Oxon. U, *tutus ipse.* Mox *provocare integros* Erl. 1. 2. et vulgg. ante Pearc. qui ex codd. Nov. Wag. Bal. Bodl. Cant. Mead. Harl. 1. aliisque, necnon edd. Rom. Kob. Junt. Asc. Man. et Lamb. restituit *p. improbos.* Mull. edidit, *p. integer improbos.*—11 Erl. *loquimur.* Mox, *exprimere in dicendo* Erl. 1. 2. Guelf. 1.—12 Guelf. *in quo uno.* Oxon. β delet *homines;* et mox

NOTÆ

[w] *Vel te ulcisci lacessitus*] De ultione aliud alii veterum sensere. Damnarunt Seneca de Ira II. 32. Dion apud Plutarch. et Juvenalis: immo Maximus Tyrius dicit eum qui se ulciscitur iniquiorem eo qui prior nocuit: *ὁ τιμωρῶν τοῦ προϋπάρξαντος ἀδικώτερος.* Approbavit Aristoteles de Moribus ad Nicomachum IV. 11. *Δοκεῖ γὰρ οὐκ αἰσθάνεσθαι, οὐδὲ λυπεῖσθαι, μὴ ὀργιζόμενός τε, οὐκ εἶναι ἀμυντικός· τὸ δὲ προπηλακιζόμενον ἀνέχεσθαι, ἀνδραποδῶδες.* Qui sic affectus est, *videtur et sensus et doloris expers, et cum non irascatur ultionem negligere. Servile, si contumeliose tracteris, id tolerare.* Cui opinioni videtur accedere Tullius. In Anton. 'Sic ulciscar facinora singula, quemadmodum a quibusque sum provocatus.' Vide notas in l. II. de Invent. § 65.

[x] *Forum, subsellia, &c.*] In foro jus dicebant prætores, et judices ab iis dati; unde causæ forenses appellabantur. Subsellia esse tribunorum, triumvirorum, quæstorum, et aliorum minora judicia exercentium scribit Asconius. Rostra, locus erat, ex quo dicebant oratores ad populum: Curia, ubi senatores et principes civitatis de rep. administranda inter se agebant.

[y] *Quæ vis alia potuit*] Has laudes Tullius Tusc. Quæst. lib. V. § 5. philosophiæ, poëtæ arti suæ tribuunt.

fera agrestique vita ad hunc[13] humanum cultum civilemque deducere, aut, jam constitutis civitatibus, leges, judicia,[z] jura describere? 34. Ac, ne plura, quæ sunt pæne[14] innumerabilia, consecter,[l] comprehendam brevi; sic enim statuo, perfecti oratoris moderatione et sapientia non solum ipsius dignitatem, sed et privatorum plurimorum, et[15] universæ reipublicæ salutem maxime contineri. Quamobrem pergite, ut facitis, adolescentes: atque in id studium, in quo estis, incumbite, ut et vobis honori, et amicis utilitati, et reipublicæ emolumento esse possitis. IX. 35. [*p.* 88.] Tum Scævola comiter, ut solebat, Cetera, inquit, assentior Crasso, ne aut de C. Lælii,[a] soceri mei, aut de hujus, generi,[m] aut arte, aut gloria detraham: sed illa[1] duo, Crasse, vereor, ut tibi possim concedere; unum, quod ab oratoribus civitates et initio[2] constitutas, et sæpe conservatas esse dixisti; alterum, quod, remoto foro, concione, judiciis, se-

[l] *Fusius exponam.*
[m] *Crassi, qui fuit Scævolæ gener.*

pro *præstent*, habet *præstat.*—13 Erl. 2. Oxon. U, *in hunc.*—14 Voc. *pæne* omittunt edd. vett. Mull. Mox, *comp. breviter* Charis. pag. 176. Putsch.——15 Prius *et* ante *priv.* abest Erl. 2. in utroque autem Erl. Oxon. δ ε, et edd. Rom. et Kob. *privatorum et plurimorum.*

CAP. IX. 1 'Cod. Erl. 2. abest *illa:* tum *vereor haud tibi posse concedere* Erl. 1. 2. In Erl. tamen 1. (ut in cod. Oxon. U) *aut* a prima manu; ab alia vero correctum *haud.* Edd. Rom. Kob. et aliæ ante Ald. *vereor ne tibi.*' Harl.—2 Grut. et vulgg. ante Pearc. *et ab initio;* sed præpositio deest in

NOTÆ

[z] *Leges, judicia, &c.*] Tullius de Leg. l. II. § 8. Legum originem ad Deum refert, 'Hanc igitur,' inquit, 'video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam, neque scitum aliquod esse populorum, sed æternum quiddam, quod universum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia.' Sane multi legislatores nulla dicendi laude floruerunt, ut facile quis intelligat Crassum hic oratoribus plus æquo tribuere. De legum initiis consule notas in l. III. de Orat. § 114.

[a] *C. Lælii*] C. Lælius, de quo pluribus disserit Tullius in Bruto, Sapiens vulgo appellatus, ingenio, doctrina, poësi, et eloquentia clarus; a quo Terentium ipsum in scribendis comœdiis adjutum refert Suetonius; ad amplissimos honores aditum sibi fecit Africani Æmiliani amicitiam consecutus. Nec minus bellica virtute inclaruit: prætor Viriathi Lusitani ferociam repressit A. U. C. 609. ante Chr. 145. Ac nisi fraus obstitisset Q. Pompeii competitoris gessisset consulatum A. U. C. 613. ante Chr. 141.

natu, statuisti, oratorem in omni genere sermonis et humanitatis esse perfectum. 36. Quis enim tibi hoc concesserit, aut initio genus hominum in montibus ac sylvis dissipatum, non prudentium[3] consiliis compulsum potius, quam disertorum oratione delinitum,[4] se oppidis mœnibusque sepsisse? aut vero reliquas utilitates, aut in constituendis,[5] aut conservandis civitatibus, non a sapientibus et fortibus viris, sed a disertis et ornate[6] dicentibus esse constitutas? 37. An vero tibi[7] Romulus[b] ille aut pastores et convenas[n] congregasse, aut Sabinorum connubia conjunxisse,[c] aut finitimorum vim repressisse eloquentia videtur, non consilio et sapientia singulari? Quid enim? in[8] Numa Pompilio,[d] quid? in Ser. Tullo,[e] quid? in ceteris regibus,[f] quo-

[n] *Homines e vicinis locis convenientes.*

codd. Norf. Harl. 1. Erl. 1. 2. et edd. recentt.—3 'Male voc. *prudentium* abest codd. Erl. 1. 2.' *Harl.*—4 '*Delenitum*] Sic scripsi cum Huldrico. Vid. Drakenb. ad Liv. v. 31. 1.' *Orell.*—5 Guelf. 2. Kob. Junt. Olivet. Verb. Gron. Grut. *aut instituendis;* Oxon. δ ε, Rom. Pearc. *aut in instituendis;* Erl. 1. 2. Oxon. U Z β γ, *aut in constituendis.* Hanc lectionem primus restituit Ernest. Mox, *aut in conservandis* Erl. 1. 2. Oxon. Z β γ δ ε, Harl. Orell. et Mull. *aut in servandis* Oxon. U, in quo etiam paulo ante legitur *at vero reliquas.* —6 Edd. vett. et Oxon. U, *ornateque;* copula *et* vulgo omittitur; extat tamen in Oxon. U, Erl. 1. 2. Rom. Kob. et Victor. Mox, Schutz. edidit *esse institutas.*—7 *An tibi,* omisso *vero,* Guelf. 2. 3. Kob. Rom. Schutz. *vero* legitur in Erl. 1. 2. Mox, *Sabinorum conjugia* Erl. 1. 2.—8 *Quid? in,* omisso *enim,* Guelf. 1. 2. Schutz. Harl. Mull. et Orell. Mox *Servio Tullio* Erl. 1. 2. Rom. Kob. Schutz. Wetzel. Harl. Mull. et Orell.—9 Voc. *quod* deest in Oxon. U

NOTÆ

[b] *Romulus*] Primus Romanorum rex natus est, auctore Dionysio, anno 2. Olymp. II. ante Chr. 771. Anno post decimo octavo, Romam condidit. Propter impotentiam odiosus a patribus, ut creditur, discerptus obiit anno regni et U. C. 38. ante Chr. 716. Dionysius, Livius, Plutarchus, &c.

[c] *Sabinorum connubia conjunxisse*] Sabinorum puellas per ludorum occasionem anno regni quarto Romulus rapuit, ex quo grave bellum exarsit. Sabini porro populi sunt Italiæ inter Umbriam et Latium.

[d] *Numa Pompilio*] Is fuit rex secundus qui Romanos bello ferociores ad humaniorem vitam superstitiosa religionis specie transtulit. Regnum, quod 43. annos tenuit, auspicatus est anno ante Chr. 714. Livius, &c.

[e] *Ser. Tullo*] Qui sextus Romanorum rex, instituto censu, populo in classes distributo, urbe amplificata, ac regno summa virtute per annos 44. administrato, generi sui ac filiæ crudeli parricidio periit A. U. C. 219. ante Chr. 535. Livius, &c.

[f] *Ceteris regibus*] Tullo Hostilio, Anco Martio, et Tarquinio Prisco.

rum multa sunt eximia ad constituendam rempublicam, num quod[9] eloquentiæ vestigium apparet? Quid? exactis[o] regibus,[g] (tametsi ipsam exactionem[p] mente, non lingua, perfectam L. Bruti esse cernimus,) sed deinceps[10] omnia, nonne plena consiliorum, inania verborum videmus? 38. Ego vero si velim et nostræ civitatis exemplis uti, et aliarum, plura proferre possim[11] detrimenta publicis rebus, quam adjumenta, per homines eloquentissimos importata: sed, ut reliqua prætermittam, omnium mihi videor, exceptis, Crasse, vobis duobus,[12] eloquentissimos audisse Ti. et C. Sempronios,[h] quorum pater,[i] homo prudens et gravis, haudquaquam eloquens, et sæpe alias, et maxime censor, saluti reipublicæ fuit. Atque is non accurata[13] quadam orationis copia, sed nutu atque verbo[14] libertinos[q] in ur-

[o] *Expulsis.* [p] *Expulsionem.* [q] *Cives libertorum filios.*

Z β δ ε; sed Z habet in marg.—10 Oxon. U, *sic deinceps;* Z, *sicut d.*—11 Oxon. U, *possem.* Mox, *publicis rebus* desunt in Erl. 2. Deinde, *apportata* Oxon. U.—12 Erl. *nobis duobus.* Mox, *audiisse* Erl. 2. Deinde, *eloquens sæpe* Oxon. U.—13 Grut. et vulgg. *fuit, atque is, &c.* Nov. Gonv. Norf. Erl. 2. *atqui non.*—14 'Ita editores ex conj. ut videtur; omnes enim, quotquot vidi, codd. [item Erl. 1. 2. Rom. Kob. et Lips.] habent *nuda.*' Pearc. *nuda* Oxon. U Z β γ δ ε. *nutu* tamen jam habent codd. Dresd. et Bodl. item edd. Junt. et Schutz. *nude* Beck. et Mull. Paulo post, *jam diu* desunt in Erl. 2.

NOTÆ

[g] *Exactis regibus*] Tarquinius Superbus, septimus Romanorum rex, longe sceleratissimus, cum Lucretiæ stuprum intulisset, communi populi consensu Roma ejectus, cum eo simul regium nomen sublatum est exeunte, anno U. C. 244. ante Chr. 510. Regifugium VI. Kalendas Martii in Kalendario Romano notatur. Ex quo tempore regibus suffecti sunt consules, qui bini quotannis ad remp. regendam eligerentur. Primi fuere L. Junius Brutus et L. Tarquinius Collatinus.

[h] *Ti. et C. Sempronios*] De quibus in Bruto commodior erit dicendi locus.

[i] *Quorum pater*] Tiberius scilicet Sempronius, qui Corneliam Scipionis Africani majoris filiam duxit uxorem: bis triumphavit, primum de Celtiberis, deinde de Sardis: bis consul, et A. U. C. 577. et anno 592. Libertinos, qui per omnes antea tribus erant sparsi, transtulit, ac redegit in urbanas tribus, quæ quatuor tantum erant et rusticis postponebantur, quemadmodum ex Varrone colligitur, l. II. de Re Rustica; ut minus valerent in suffragiis ferendis, neque in eorum manu essent comitia, ut ait Livius: idque ille non erudita et ad amussim elaborata oratione perfecit, sed imperio ac paucis verbis.

banas tribus[j] transtulit; quod nisi fecisset, rempublicam, quam nunc vix tenemus, jam diu nullam haberemus.[k] At vero ejus filii diserti, et omnibus vel naturæ, vel doctrinæ præsidiis ad dicendum parati, cum civitatem vel paterno consilio, vel avitis armis[l] florentissimam accepissent, ista præclara gubernatrice, ut ais, civitatum, eloquentia, rempublicam dissipaverunt.[r m] X. 39. Quid? leges veteres, moresque[1] majorum; quid? auspicia,[n] quibus et ego, et tu, Crasse, cum magna reipublicæ salute præsumus;[o] quid? religiones[s] et cærimoniæ; quid? hæc[2] jura civilia, quæ jam pridem in nostra familia[p] sine ulla eloquentiæ laude versantur; num aut inventa sunt, aut cognita, aut omnino ab oratorum genere tractata? 40. Equidem et Ser. Galbam,[3 q] memoria teneo, divinum hominem in dicendo,

[r] *Fere perdiderunt.* [s] *Sacra jura.*

Cap. x. 1 Pro *moresque*, quod servant Erl. 1. 2. *mosque* ex codd. Guelf. 2. 3. et ed. Junt. rescripsit Schutz. eumque secutus est Orell. Mox, *quibus ego*, omissa copula, Erl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 3. Rom. Kob. Schutz. Harl. et Mull.— 2 Unus ap. Orell. omittit *hæc.*—3 *Servium Galbam* Cant. Norf. Nov. Wag. Bal. Streb. Pearc. *Sergium Galbam* Erl. 2. et vulgg. *Ser. Galbam* Erl. 1. Rom. Kob. Schutz. Harl. et Orell. *Serv. Galbam* Mull. Mox *et Caium ipsum Carbonem* Orell. ex tribus codd. *et C. ipsum Carb.* codd. Lamb. Mead. Erl. 1.

NOTÆ

[j] *In urbanas tribus*] Populum Romanum, ut tradit Dionysius Halicarnasseus, Romulus in tres partes divisit, quas tribus appellavit. Tribus prioribus totidem addidit Tarquinius Priscus. Ab hac opinione dissentit Livius, et Urbem a Romulo quatuor in partes divisam, tribusque a tributo solvendo dictas existimat. Ceterum adeo tribuum numerus excreverat, ut Ciceronis ætate triginta quinque recenserentur. Urbanas tribus quatuor numerat Plinius; Suburanam, Palatinam, Collinam, et Esquilinam.

[k] *Remp. ... nullam haberemus*] Quia libertini comitia et suffragia pro arbitrio moderantes omnia perturbassent in eligendis magistratibus.

[l] *Avitis armis*] Virtute bellica et victoriis avi materni Scipionis.

[m] *Remp. dissipaverunt*] Latis agrariis legibus; quam ob causam orta seditione ambo cæsi sunt.

[n] *Auspicia*] Certæ quædam conjecturæ ad res majoris momenti vel faciendas vel omittendas apud Romanos ab avium cantu, volatu, et pastu, interdum e cœlo ipso peti solitæ; quibus conjecturis et signis Deorum voluntatem cognoscere se confidebant. Romani ab Etruscis auspicia habuere.

[o] *Quibus ... præsumus*] Erant enim in augurum numero; augures autem curam auspiciorum gerebant.

[p] *In nostra familia*] Scævolarum familia scientia juris floruit.

[q] *Ser. Galbam*] De quo perinde atque Æmilio Porcina et Cn. Carbone

et M. Æmilium Porcinam, et C. ipsum Carbonem, quem tu adolescentulus perculisti,[t] ignarum legum, hæsitantem in majorum institutis, rudem in jure civili: et hæc ætas nostra,[u] præter te, Crasse, qui tuo magis studio, quam proprio munere aliquo disertorum, jus a nobis[4] civile didicisti, quod interdum pudeat, juris ignara est.

41. Quod vero in extrema oratione, quasi tuo jure sumsisti, oratorem in omnis sermonis disputatione[5] copiosissime posse versari, id, nisi hic in tuo regno[v] essemus, non tulissem, multisque præessem, qui aut interdicto tecum contenderent,[r] aut te ex jure manu consertum[6 s] vocarent, quod in alienas possessiones tam temere irruisses. 42. Agerent enim tecum lege[w] primum Pythagorei[t] omnes atque

[t] *Sic accusasti, ut in judicio vinceretur.* [u] *Oratores hujus ætatis.*
[v] *Domi tuæ.* [w] *Legibus contra te uterentur.*

2. Rom. Kob. *et G. ipsum Carb.* Oxon. U. *et Cn. ipsum, &c.* Grut. et vulgg. Pro *perculisti*, quod habent Erl. 1. Gron. Verb. &c. *pertulisti* legitur in Erl. 2. *perpulisti* Rom. Kob. Junt. Streb.—4 Oxon. α, *jus a nostris.*—5 Schutz. conj. *in omni sermone ac disputatione;* Erl. 2. Guelf. 2. 3. *in omni sermonis disputatione;* Lamb. 1566. *in omni sermone copiosissime.* Paulo post, Oxon. α, al. ap. Grut. et Mull. *præissem.*—6 Lamb. Mull. et Schutz. *manum consertum;* Erl. 1. Rom. Kob. Junt. Streb. Gron. Verburg. Wetzel. *manu consertum;* Erl.

NOTÆ

dicetur in Bruto.

[r] *Interdicto tecum contenderent*] Interdictum, prætoris est edictum quo jubet aliquid vel fieri vel omitti. Sententia est: Multi litem tibi intenderent, et lege, ac prætoris edicto tecum agerent, quod eam rem, quæ pertinet ad alias artes, nimirum in omni disputatione copiose versari, tanquam oratori propriam vindices illi ac tribuas.

[s] *Ex jure manu consertum*] Manum conserere est proprie in prælio venire ad manus. Transfertur autem a militiæ certaminibus ad fori contentiones. Scilicet petitor, et is a quo petebatur, dicta die, in agrum litigiosum conveniebant, simulatoque conflictu, quasi per vim expellebatur ex agro petitor: hic deinde ad prætorem appellabat de vi, ac petebat ut sua sibi restituerentur. De hac locutione plura Gellius xx. 10. *Manu* pro manus dicitur, expuncta more veterum *s: consertum* in supino a *consero*, quod est committo. Ceterum hujus loci sententia est: Multi repeterent ac restitui postularent, adhibita solenni juris formula, rem a te contra jus fasque occupatam.

[t] *Pythagorei*] Philosophi, quorum dux Pythagoras. Hic autem ex insula Samo oriundus post diuturnas peregrinationes Crotone consedit, in ea Italiæ parte, quæ Magna Græcia appellata est, ibique incredibili concursu docuit. Quinquennue silentium, quod aliquando contraxit ad biennium, exigebat a discipulis, quibus nunquam licuit cum extraneis, hoc

Democritici,[7] [u] ceterique, in suo genere, physici vindicarent,[x] [8] ornati homines in dicendo et graves, quibuscum tibi justo sacramento [v] contendere non liceret.[9] Urgerent præterea philosophorum greges,[y] jam ab illo fonte, et capite Socrate,[z] nihil te [a] de bonis rebus in vita, nihil de malis, nihil de animi permotionibus, nihil de hominum moribus, nihil de ratione vitæ didicisse, nihil omnino quæsisse, nihil scire convincerent: et cum [10] universi in te impetum fecissent, tum singulæ familiæ [b] litem tibi intenderent. 43. Instaret

[x] *Ab injusto possessore suam sibi rem restitui postularent.*
[y] *Innumerabiles philosophorum sectæ.*
[z] *Illi ipsi primi philosophi qui a Socrate primo philosophiæ moralis auctore duxerunt originem.*
[a] *Qui hæc omnia tribuis oratori.* [b] *Sectæ.*

2. *magna manu consertum.*—7 Schutz. auctoritate cod. Oxon. β delevit *lege*, quod habent Erl. 1. 2. et vulgg. *Pythagore o. aut Democriti* Oxon. U.—8 Vulgo, *in suo genere physici, vindicarentque;* sed istud *que* abest ab omnibus codd. *ceterique in suo phisici vindicarent in dicendo et graves* Erl. 1. ubi *et* deletum est a m. sec. *ceterique in suo genere physici vindicarent* Erl. 2. *ceterique in suo physici vindicarent* Pearc. ex codd. *ceterique jure suo physici vindicarent* idem in ed. sec. *physici judicarent* Oxon. Z; *vindicarentque* U. Mox, Oxon. U, *cum tibi.* Guelf. 1. 2. 3. et Erl. 2. *justum sacramentum.*—9 Oxon. U, *non*

NOTÆ

est, non Pythagoricis, de iis quæ didicissent, loqui: docuit μετεμψύχωσιν; cœlum et stellas stare, terram moveri credidit, ut ex Plutarcho colligimus. Philosophum se primus appellavit, cum prius rerum naturalium interpretes Sophorum sive sapientum nomen sibi arrogarent, atque ut cecinit Ovid. Met. xv. 'Mente Deos adiit, et quæ natura negavit Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.' Claruit, ut auctor est Diogenes Laërtius, Olymp. LX. annis ante Chr. 540.

[u] *Democritici*] Philosophi, quorum caput Democritus. Is autem patria Abderites risu solebat humanos omnes casus excipere. Sensit atomos rerum omnium esse primordia, quam opinionem Gassendus hac ætate ingeniosissime illustravit. Democritus an oculis se privaverit, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur, ambigit Cicero de Fin. l. v. Plutarchus lib. de Curiositate falsum, Gellius x. 18. verum existimat. Ætatis annum 109. cum attigisset, sine ullo doloris sensu vita functus est, ut ex Hipparcho refert in ejus vita Diogenes.

[v] *Quibuscum tibi justo sacramento*] Sacramentum sponsio quædam est, ut patet ex Varrone de LL. l. IV. Et qui petebat, inquit, et qui inficiabatur aliquid, utrique quingentos æris apud pontificem deponebant, aut certum numerum assium. Qui judicio vicerat, suum sacramentum, hoc est, depositos a se nummos auferebat; victi pecunia redibat ad ærarium in pœnam injustæ litigationis.

Academia,[c] [w] quæ, quicquid dixisses, id teipsum negare cogeret.[11] Stoici[x] vero nostri disputationum suarum, atque interrogationum laqueis[d] te irretitum tenerent. Peripatetici[y] autem etiam hæc ipsa, quæ propria oratorum putares esse[12] adjumenta, atque ornamenta dicendi, ab se peti vincerent[e] oportere: ac non solum meliora, sed etiam multo plura Aristotelem Theophrastumque[z] de his rebus, quam omnes dicendi magistros, scripsisse ostenderent. 44. Missos facio[f] mathematicos, grammaticos, musicos, quorum artibus vestra ista dicendi vis ne minima quidem societate contingitur.[13] Quamobrem[14] ista tanta, tamque multa, profitenda,[g] Crasse, non censeo. Satis id est magnum, quod potes[15] præstare, ut in judiciis ea causa, quamcumque tu dicis, melior et probabilior esse videatur: ut in concionibus et sententiis[16] dicendis ad persuadendum tua plurimum valeat oratio: denique ut prudentibus diserte, stultis etiam vere dicere videaris:[17] hoc amplius si quid poteris, non id mihi videbitur orator, sed Crassus

[c] *Academicorum secta.* [d] *Argutis interrogationibus.*
[e] *Probarent.* [f] *Prætermitto.* [g] *Palam prædicanda.*

licet.—10 Idem codex, *quod cum.*—11 Erl. 1. *id te ipsum necaret;* Oxon. Z etiam *necaret;* Erl. 2. et ab Aldo vulgg. edd. *te ipsum scire negaret;* Oxon. α β δ ε, Rom. Kob. Junt. Streb. *te ipsum negare cogeret.*—12 Grut. et vulg. *putas esse;* Pearc. *putasses,* omisso *esse;* quæ lectio extat in codd. Joan. Gonv. Norf. Mag. Harl. 1. Erl. 1. 2. et edd. Lamb. et C. Steph. *putares esse* debetur Ernestio, qui e vestigiis ed. W. quæ habet *putes esse,* id formavit, improb. Schutz. et Wetzel. Mox, *a se* Oxon. U. Pro *vincerent,* margo Crat. *dicerent.*—13 Ita Erl. 1. 2. Guelf. 2. 3. et vulgg. item Schutz. Wetzel. Mull. Harl. et Orell. *conjungitur* omnes codd. ap. Pearc. item edd. Rom. Kob. Junt. Asc. et Lamb.—14 *Quare* Oxon. U. Mox, pro *multa,* Oxon. β habet *præclare.* —15 Erl. 1. Oxon. U Z, et omnes fere codd. *quod potest.*—16 Ald. *ut in sententiis;* Erl. 1. 2. Guelf. 1. Schutz. Harl. Mull. et Orell. *et in sententiis.* Mox, *ut denique* unus ap. Orell.—17 Erl. 1. Guelf. 1. Rom. Kob. *videare dicere;* Erl. 2. *videatur dicere.*

NOTÆ

[w] *Academia*] Locus prope Athenas, ubi maximo discipulorum concursu philosophiam docuit Plato, cujus asseclæ inde Academici sunt appellati.

[x] *Stoici*] Nomen habuere ἀπὸ τῆς στοᾶς, *a porticu,* quo ad disputandum convenire solebant. Cujus sectæ fuit auctor Zeno Citieus e Cypro.

[y] *Peripatetici*] Vide notas in l. 1. de Inv. § 61.

[z] *Aristotelem Theophrastumque*] De Aristotele l. 1. de Inv. § 7. de Theophrasto ibidem § 61. diximus.

sua quadam propria, non communi oratorum facultate, posse.

XI. 45. Tum ille, Non sum, inquit, nescius, Scævola, ista inter Græcos dici et disceptari solere. Audivi enim summos homines, cum quæstor[a] ex Macedonia[b] venissem Athenas, florente Academia, ut temporibus illis ferebatur,[1] quod eam Charmadas,[c] et Clitomachus,[d] et Æschines[e] obtinebant. Erat[2] etiam Metrodorus,[f] qui cum illis una ipsum illum Charmadam diligentius audierat, hominem omnium in dicendo, ut ferebant, acerrimum et copiosissimum. Vigebat[3] auditor Panætii[g] illius tui Mnesarchus;[h] et Pe-

CAP. XI. 1 Oxon. Z, *ut ferebat;* β δ ε, *ut ferebatur.* Mox, δ ε, *cum eam.* Pro *Charmadas*, vulgg. *Carneades;* Cant. *Carmeades;* Bod. *Carniades;* Joan. et Harl. 1. *Charmadas*, quod in Erl. 1. est a prima manu; sed sec. manus super litera *m* scripsit *e*, et in ultima syllaba *e* super *a*. In Erl. 2. hic et in sequentibus clare scriptum est *Carneades*. Vid. Nott. Varr.—2 'Sic scripti et editi, quos consului, libri, et recte quidem; sed *Erant* Ern. et Wetzel. Mox, *ipse illum* pro vulgata lectione, a codd. firmata; *ipsum illum* de conjectura haud infelici edidit Schutz. *illum* autem honoris causa additur. Tum *Carneadem* editi et scripti libri, atque F. C. Wolf. ad versionem German. Cic. lib. de Orat. p. 459. defendit: male autem Ern. et Wetzel. ediderunt *Charmadam.*' Harl.—3 Ex Erl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 3. Schutz. et Harl. ediderunt *vigebatque;* Mull. reponere malit *vigebat quoque.* Pro *Mnesarchus*, quod exhibet

NOTÆ

[a] *Quæstor*] Hic apud Romanos magistratus publicæ pecuniæ in aliqua provincia curam gerebat. Quæstura Crassi incidit in A. U. C. 643. ante Chr. 111.

[b] *Macedonia*] Græciæ regio celebris, quæ ad septemtrionem et orientem maxime vergit. Prius Emathia et Pæonia.

[c] *Charmadas*] Patria Cyrenæus, novæ Academiæ princeps, de cujus obitu mira veterum dissensio. Hoc enim in libro dicit Antonius se cum Asiam proconsul peteret, Athenis convenisse Charmadam. Proconsulatus Antonii refertur ad A. U. C. 652. Ergo tunc temporis superstes erat Charmadas: Apollodorus tamen in Chronicis apud Laërtium tradit illum obiisse anno 4. Olymp. CLXII. qui est U. C. 625. ante Chr. 129. Vixit ad annum ætatis 90.

[d] *Clitomachus*] Carthaginiensis philosophus, Charmadam audivit, eique successit. Tribus in sectis versatus est, Academica, Peripatetica, et Stoica. Ita Diogenes.

[e] *Æschines*] Longe alius ab Æschine Socratico, et ab eo rhetore qui Demosthenis æmulus fuit. Fortasse Neapolitanus ille philosophus Academicus, cujus meminit Laërtius, aut Mitylenæus, quem rhetoromastiga appellabant.

[f] *Metrodorus*] Charmadæ auditor, philosophus illustris, et arte pingendi clarus.

[g] *Panætii*] Panætius philosophus Stoicus, Rhodius, Scipionis Africani præceptor, elegantes de officiis libros conscripsit, eumque eodem in argumento Cicero secutus est. Floruit

ripatetici Critolai[i] Diodorus.[4j] 46. [*p.* 89.] Multi erant præterea præclari in philosophia et nobiles, a quibus omnibus una pæne voce repelli[5] oratorem a gubernaculis civitatum,[h] excludi ab omni doctrina rerumque et conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum,[k] detrudi et compingi videbam. 47. Sed ego neque illis assentiebar, neque harum disputationum inventori et principi longe omnium in dicendo gravissimo et eloquentissimo, Platoni,[l] cujus tum Athenis cum Charmada[6] diligentius legi Gorgiam:[m] quo

[h] *Qui uno consensu judicabant oratorem non esse idoneum administrandæ reipublicæ.*

Erl. 1. *Anaxarchus* legitur in Erl. 2. *Anaxacardus* in Oxon. U.—4 Ita duo Pall. tres ap. Gulielm. item Mag. Joan. Harl. 1. 2. Erl. 1. 2. *et p. Critolaus et Diodorus* vulgg. *Dyodorus* Oxon. U Z; *Diodotus* Oxon. γ. Mox, *multi etiam præclari* Basil. *præterea clari* Oxon. U Z β, Erl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 3. Schutz. Harl. Mull. et Orell.—5 Ita Cant. Norf. Bal. Mag. Nov. Gonv. Erl. 1. 2. item edd. Venet. Lamb. Rom. Kob. Ern. et Schutz. *una pæne repelli voce* Grut. et vulgg.—6 Vulgo *Carneade;* Gonv. et Harl. 1. *Carmada;* Joan. Erl. 1. edd. Vict. Schutz. Wetzel. Harl. et Mull. *Charmada;* Erl. 2. *Carneada.* Paulo ante, pro *cujus,* Oxon. U habet *quotus;* Erl. 1. *quo justum Athenis.* Mox, *in libro hoc* Erl. 2. Grut. et vulgg. *in l. in hoc* Bal. Cant. Harl. 1. Erl. 1. item edd. Rom. Kob. Junt. Ven. Mediol. Victor. Ascens. Steph. Man. *maxime in*

NOTÆ

ducentis circiter ante Christum annis, et Athenis obiit.

[h] *Mnesarchus*] Panætii discipulus Stoicorum sectam secutus est.

[i] *Critolai* [*Critolaus, et*] Is est qui cum Charmada et Diogene Stoico Romam legatus fuit ab Atheniensibus A. U. C. ut censet Tullius, 599. ante Chr. 155.

[j] *Diodorus*] Indolentiam honestati adjungebat ad beatitudinem, ut alibi Cicero tradit.

[k] *In aliquod pistrinum*] Ducta a servis metaphora, quorum nequissimos in pistrinum supplicii causa compingebant.

[l] *Platoni*] Plato divinus ille philosophus, quem ex aëria mente susceptum a patre ferunt, cujus in cunis parvulo dormienti apes in labellis dicuntur consedisse, singularis in dicendo suavitatis præsagium; natus est Athenis anno primo Olymp. LXXXVIII. ante Chr. 428. Socrati primum annos septem operam dedit: tum longinquis in peregrinationibus alios alibi audivit. Reversus in patriam Aristotelem habuit discipulum. Obiit ætatis anno 86. Laërtius, &c.

[m] *Gorgiam*] Gorgias Platonis dialogus, in quo rationem edocet qua futiles rhetorum sophistarum argutiæ refellantur. Tullius, sive ex sua, sive ex Crassi, sententia non recte censuit in illo dialogo derideri oratores: non veram rhetoricam, sed adulterinam tantum, ut cuivis legenti patet, traducit. Neque vero paucos induxit in errorem hic dialogus, ut observavit Quintilian. II. 15. 'Plerique,' inquit, 'dum pauca ex Gorgia Platonis a prioribus imperite excerpta legere contenti, neque alia ejus volumina evolvunt, in maximum errorem

in libro in hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi in oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur. Verbi enim controversia[n] jam diu torquet Græculos homines, contentionis cupidiores, quam veritatis. 48. Nam si quis hunc statuit[7] esse oratorem, qui tantummodo in jure, aut in judiciis possit, aut apud populum, aut in senatu copiose loqui, tamen huic ipsi multa tribuat et concedat necesse est. Neque enim sine multa pertractatione omnium rerumpublicarum,[8] neque sine legum, morum, juris scientia, neque natura hominum incognita, ac moribus, in his ipsis rebus satis callide versari, et perite potest.[9] Qui autem hæc cognoverit, sine quibus ne illa quidem minima in causis quisquam recte tueri potest, quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? Sin oratoris nihil vis esse, nisi composite, ornate, copiose eloqui:[10] quæro, id ipsum qui possit assequi sine ea scientia, quam ei non concedis?[11] Dicendi enim virtus, nisi ei, qui dicit, ea, de quibus dicit, percepta sint, extare non potest. 49. Quamobrem, si ornate locutus est, sicut fertur,[12] et mihi videtur, physicus ille Democritus; materies illa fuit physici, de qua dixit: ornatus vero ipse verborum, oratoris[13] putandus est. Et, si Plato de rebus a civilibus controversiis remotissimis, divinitus est locutus, quod ego concedo: si item Aristoteles,[o] si Theophrastus, si Carneades in rebus

hoc Guelf.—7 Guelf. 2. 3. *statuet.*—8 Joan. Norf. Bal. Bod. Mag. Cant. Nov. Erl. 1. 2. item Rom. Kob. Junt. Asc. et Man. *rerum publicarum.* Mox, *moris* Guelf. 2. 3. Erl. 2. Harl. et Schutz. Deinde *in ipsis*, omisso *his*, duo ap. Orell.—9 Oxon. U, *et perire potest.*—10 Oxon. U, *copiose loqui.* Mox, *assequi* deest in Oxon. Z.—11 Ita Erl. 1. Rom. Kob. Harl. *conceditis* Guelf. 1. 2. 3. Erl. 2. Ald. Vict. Junt. Olivet. et Schutz.—12 Oxon. U Z δ in marg. Erl. 1. 2. *sicut et fertur;* Oxon. βδ, cum edd. Rom. et Kob. *sicut et ferunt;* Oxon. ε, *sicut efferunt.* Paulo post, *materia* edd. vett.—13 Erl. 1. Oxon. U, et edd.

NOTÆ

inciderunt: creduntque eum in hac esse opinione, ut rhetoricem non artem, sed peritiam quandam gratiæ ac voluptatis existimet,' &c.

[n] *Verbi enim controversia*] Maximo animorum æstu contendunt inter se Græci, quis orator dicendus sit, an ille qui tantum in causis forensibus valeat, an qui de re qualibet ornate possit dicere.

[o] *Aristoteles*] Consule l. I. de Inv. § 7.

iis, de quibus disputaverunt, eloquentes, et in dicendo suaves, atque ornati fuerunt: sint hæ res, de quibus disputant, in aliis quibusdam studiis:[i] oratio quidem ipsa, propria est hujus unius rationis,[j] de qua loquimur, et quærimus. 50. Etenim videmus, iisdem de rebus jejune quosdam et exiliter, ut eum, quem acutissimum ferunt, Chrysippum,[p] disputavisse,[14] neque ob eam rem philosophiæ non satisfecisse,[k] quod non habuerit[15] hanc dicendi in arte aliena[l] facultatem. XII. Quid ergo interest? aut qui[m] discernes eorum, quos nominavi, ubertatem in dicendo, et copiam, ab eorum exilitate, qui hac dicendi varietate, et elegantia non utuntur? Unum erit profecto, quod ii, qui bene dicunt, afferant[1] proprium;[n] compositam orationem, et ornatam, et artificio quodam, et expolitione distinctam. Hæc autem oratio, si res non subest ab oratore percepta et cognita, aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur.[2][q] 51. Quid est enim tam furiosum,[r] quam verborum, vel optimorum atque ornatissimorum, sonitus inanis,

[i] *Illæ res de quibus disputant, sint per me licet propriæ aliarum artium, puta philosophiæ, mathematicæ, &c.*
[j] *Artis oratoriæ.* [k] *Neque idcirco non fuisse bonum philosophum.*
[l] *Non propria philosophiæ sed rhetoricæ.*
[m] *Qua ratione.* [n] *Quod suæ artis proprium est.*

Rom. et Kob. *oratorum.* 'Minus suaviter.' *Harl.*—14 Oxon. U, *disputasse.*—15 Walkerus ap. Pearc. emend. *habuerint.* Mox, *in hac d. ex arte* Oxon. U Z γ ε. *ex arte* etiam codd. Palat. Guelf. 2. 3. Schutz. Harl. Orell. et Mull. *non habuerit in hac dicendi arte* Erl. 1. 2. *non habuerit ex arte: alienam hanc dicendi facultatem* Rom. et Kob. *non hab. hanc dicendi ex arte alienam* Junt. *in arte aliena* Grut.

CAP. XII. 1 Erl. 1. *afferr.* Erl. 2. et Junt. *afferunt;* Schutz. *afferent.* Edd. Rom. Kob. et al. *quod ii, q. b. dicunt, propriam compositam or. . . . distinctam habent;* Oxon. U, *propriam et compositam;* deinde β δ ε, *dispositione distinctam.*

NOTÆ

[p] *Chrysippum*] Qui natus Solis Ciliciæ oppido, vel, ut alii malunt, Tarsi, philosophus Stoicus et Cleanthis auditor celebris fuit Athenis. Mortuus est Olymp. CXLIII. annis ante Chr. 208. agens annum 73. ut refert ex Apollodoro Laërtius.

[q] *Omnium irrisione ludatur*] Testis Peripateticus ille Phormio, qui coram Hannibale de re militari disserere aggressus, eximio duci visus est absurdissime delirare. Vide de Orat. l. II. § 75.

[r] *Tam furiosum*] Furiosi et insani, quæ plurima effutiunt, non intelligunt.

nulla subjecta sententia, nec scientia?[3] Quicquid erit igitur quacumque ex arte, quocumque de genere, id orator,[4] si tanquam clientis causam,[o] didicerit, dicet melius et ornatius, quam ille ipse ejus rei inventor, atque artifex. 52. Nam si quis erit, qui hoc dicat, esse quasdam oratorum proprias sententias, atque causas, et certarum[5] rerum forensibus cancellis circumscriptam scientiam; fatebor equidem in his[6] magis assidue versari hanc nostram dictionem:[p] sed tamen in his ipsis rebus permulta sunt, quæ isti magistri, qui rhetorici vocantur, nec tradunt, nec tenent. 53. Quis enim nescit, maximam vim existere oratoris in hominum mentibus vel ad iram, aut ad odium,[7] aut dolorem incitandis, vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem, misericordiamque revocandis? quare, nisi qui naturas[8] hominum, vimque omnem humanitatis,[q] causasque eas, quibus mentes aut incitantur, aut reflectuntur,[r] penitus perspexerit, dicendo, quod volet, perficere non poterit. 54. Atqui[9] totus hic locus[s] philosophorum proprius videtur: neque orator, me auctore, unquam repugnabit: sed, cum illis cognitionem rerum concesserit, quod in ea solum illi voluerint[10] elaborare; tractationem orationis,[t] quæ sine illa scientia nulla est,[u] sibi assumet: hoc enim est[11] proprium

[o] *Tanquam orationem qua defendit reum, et quam recitat ex memoria.*
[p] *Dicendi facultatem.* [q] *Hominum indolis.*
[r] *A perturbatione ad tranquillitatem revocantur.*
[s] *Qui agit de animorum permotionibus.*
[t] *Elegantiam et ornatum orationis.*
[u] *Quæ sine cognitione permotionum tractandarum inanis est.*

—2 Oxon. U, *lædatur.*—3 Hæc verba, *nec scientia*, absunt ab ed. Victorii, nec improbat Schutz. extant in Erl. 1. 2. Rom. Kob. reliquis. *aut scientia* Oxon. U.—4 Ita Junt. Ald. Pearc. *si orator id sic* Erl. 2. *orator id si* Erl. 1. *orator si id* Rom. et Kob. Mox, *ipse ille* edd. vett. et Orell.—5 'Edd. vett. Junt. Crat. *et quasi certarum;* quo tamen loco *quasi* vix recte se habet; unde Lamb. *forens. quasi canc.* Pro *certarum* Mull. conj. *certam.* Sed de certa scientia h. l. sermo non est.' *Orell.*—6 Junt. Lamb. *in iis.*—7 Oxon. U, *vel ad odium.* Mox, *aut ad dolorem* Guelf. 1. 2. 3. forsan verius, censet Schutz. —8 Ita e conj. Passeratii legit Lamb. *quæ nisi, &c.* Vict. Man. Grut. Pearc. *que nisi, &c.* Erl. 1. 2. Rom. *q. nisi* Kob. *hominum* Gronovio suspectum est, et abest Oxon. Z.—9 *Atque* Oxon. U. Mox, pro *propius videtur*, quod servant Erl. 1. 2. Rom. et Kob. *putatur proprius* habent Ald. Schutz. Harl. *videatur* Oxon. U.—10 Unus ap. Orell. *voluerunt.*—11 Klein. e vestigiis codd. et edd. vett. volebat, *hoc est enim.*

oratoris, quod sæpe jam dixi, oratio gravis, et ornata, et hominum sensibus ac mentibus accommodata. XIII. 55. Quibus de rebus [v] Aristotelem [s] et Theophrastum scripsisse fateor. Sed vide, ne hoc, Scævola, totum sit a me: [w] nam ego, quæ sunt oratori cum illis communia, non mutuor ab illis: isti quæ de his rebus disputant, oratorum esse concedunt. Itaque ceteros libros, artis [x] isti suæ [1] nomine, hos [y] rhetoricos et inscribunt, et appellant. 56. Etenim [2] cum illi in dicendo inciderint loci (quod persæpe evenit) ut de Diis immortalibus, de pietate, de concordia, de amicitia, de communi civium, de hominum, de gentium jure, de æquitate, de temperantia, de magnitudine animi, de omni virtutis genere sit dicendum, clamabunt, credo, omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria; [3] nihil omnino ad oratorem pertinere. 57. Quibus ego, ut de his rebus omnibus [4] in angulis, consumendi otii causa, disserant, cum concessero, illud tamen oratori tribuam et dabo, ut eadem, de quibus illi tenui quodam exsanguique sermone disputant, hic cum omni gravitate et jucunditate explicet. [z] Hæc ego cum ipsis [5] philosophis tum Athenis disserebam. Cogebat enim me M. Marcellus [t] hic noster, qui nunc ædilis curulis [u] est, et

[v] *De animorum affectibus.*
[w] *Sit proprium artis meæ oratoriæ.* [x] *Philosophiæ.*
[y] *In quibus agitur de movendis affectibus.*
[z] *Quando hoc philosophis dedero, ut de his rebus omnibus privatim et jejune disputent; hoc dabo oratori, ut de iisdem rebus pulam et copiose disserat.*

CAP. XIII. 1 Guelf. 1. 2. Rom. Kob. Junt. Crat. Grut. Schutz. Harl. Orell. *artis suæ;* Erl. 2. Junt. et vulgg. *artis isti suæ;* Oxon. U, *arti isti suo;* Erl. 1. *artis isti suo.* Mox, *et* deest in ed. Schutz.—2 *At enim* conj. Mull. Paulo post, *de hominum* suspectum est Lambino.—3 Ita Erl. 1. 2. et edd. fere omnes; sed *omniu* omissum est in Guelf. 2. 3. idque delevit Schutz. *omnia; proprie nihil* Lamb.—4 Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3. Rom. Kob. omittunt *omnibus.* Mox, Joan. Bod. Harl. 1. Guelf. 2. 3. itemque Lamb. *ut ea, de quibus, &c.* Deinde, *tenui quodam et exiguo* Oxon. Z, Erl. 1. 2. Rom. Kob. Junt. Streb. *t. q. exiguoque* Oxon. U β γ δ ε.—5 Ita quoque Schutz. *cum ipsis* Wetzel. et

NOTÆ

[s] *Aristotelem*] Qui de concitandis animi motibus egregie disserit l. II. Rhetorices.

[t] *M. Marcellus*] Quem Cicero servatum a Cæsare post bella civilia gratulatus est insigni oratione.

[u] *Ædilis curulis*] Ædiles ab ædibus sacris et privatis procurandis nomen

profecto, nisi ludos nunc[6] faceret, huic nostro sermoni interesset; ac jam tum erat adolescentulus his studiis mirifice deditus. 58. [*p.* 90.] Jam vero de legibus instituendis,[7] de bello, de pace, de sociis, de vectigalibus, de jure civili[8] generatim in ordines[a] ætatesque descripto, dicant vel Græci,[v][9] si volunt, Lycurgum,[w] aut Solonem[x] (quanquam illos quidem censemus in numero eloquentium reponendos) scisse melius, quam Hyperidem, aut Demosthe-

[a] *Qui tres sunt, senatorius, equester, et plebeius.*

Harl. Mox, *tum* deest in Oxon. U, qui pro *disserebam* habet *disputabam.*—6 Voc. *nunc* delevit Schutz. uncis includere maluit Harl. est enim in omnibus codd. et editis libris. Mox, pro *ac jam tum,* unus ap. Orell. *at tum.*—7 Erl. 1. 2. Oxon. U Z, unusque Lamb. *tuendis.* Mox, *de pace, sociis, vectigalibus* Oxon. U.—8 Ita Rom. Kob. et aliæ vett. ante Ald. *de jure civium* Erl. 1. 2. Junt. Streb. Olivet. Pearc. Mox, *descriptorum* conj. Lambinus; 'sed restituta vera lectione *jure civili,* non opus est conjectura Lambini.' *Harl.*—9 'Vulgata lectio, *dicant vel Græci,* vitiosa videtur; cui medicinam sic affert Lambinus: *vel Græci dicant, si volunt, Lycurgum aut Solonem . . . vel nostri Decemviros, &c.* Alii, *dicant vel Græcos si volunt . . . vel nostros Decemviros.* Sed potior videtur lectio, quæ in duobus codd. Harl. occurrit, voce *vel* deleta, *dicant Græci, si volunt, &c.*' Pearc. *dicant vel Græci* Erl. 1. 2. Rom. Junt. Kob. *dicant ut Græci* Erl. 1. ab eadem manu inter lin. *dicant vel id Græci* Oxon. U. et mox, *et Solonem quoniam.* Victor. Grut. *nostros decemviros.*—

NOTÆ

habuere. Ex plebe primum duo fuere; subinde A. U. C. 388. ante Chr. 366. ædiles curules primi creati sunt. Cum enim propter civiles discordias compositas, quod refert Livius l. VI. censeret senatus, ut ludi maximi fierent, recusantibus id munus ædilibus plebis, conclamatum est a juvenibus patriciis, se, honoris Deorum immortalium causa, libenter futuros ædiles, tumque duo e patribus ædiles creati, curules dicti, quod sella curuli uterentur. Eorum munus fuit ludis edendis solennibus et publicis præesse; sacrarum ædium curam gerere; templa, theatra, et mœnia magnificis operibus reficere.

[v] *Dicant vel Græci*] Dictum ironice.

[w] *Lycurgum*] Lycurgus Eunomi filius, Lacedæmoniorum legislator, Polydectæ fratris Spartanorum regis posthumum filium Charilaum, cujus pueri regnum tutoris nomine administratum usurpare poterat, solio restituit. Peregre deinde profectus ex collectis diversarum rerumpublicarum institutis leges scripsit sapientissimas, quibus Lacedæmonios astrinxit. Plutarch. Justin. Quo potissimum tempore floruerit, incertum: alii ad Olympiadem primam, quæ incidit in an. 776. ante Christum, ejus ætatem referunt; contendunt alii centum annis eoque amplius antecessisse. Plutarch. &c.

[x] *Solonem*] Solon Salamine natus, Atheniensium legislator, unus e septem Græciæ sapientibus, prætor Athenis fuit anno 3. Olymp. XLV. ante Chr. 598. Mortuus est anno ætatis 80. ante Chr. 559. eodem quo Cyrus in Perside regnare cœpit. Plutarchus, Diogenes.

nem,[y] perfectos jam homines in dicendo, et perpolitos: vel nostros[10] decemviros, qui XII. tabulas[z] perscripserunt,[11] quos necesse est fuisse prudentes, anteponant in hoc genere[12] et Ser. Galbæ, et socero tuo C. Lælio, quos constat dicendi gloria præstitisse. 59. Nunquam enim[13] negabo, esse quasdam artes proprias eorum, qui in his cognoscendis atque tractandis studium suum omne posuerunt: sed oratorem plenum atque perfectum esse eum dicam, qui de omnibus rebus possit varie copioseque dicere. XIV. Etenim sæpe in iis causis, quas omnes proprias esse oratorum confitentur, est aliquid, quod non ex usu forensi, quem solum oratoribus conceditis, sed ex obscuriore aliqua scientia sit promendum atque sumendum.[1] 60. Quæro enim, num possit aut contra imperatorem, aut pro imperatore dici, sine rei militaris usu,[2] aut sæpe etiam sine regionum terrestrium aut maritimarum scientia: num apud populum de legibus jubendis, aut vetandis: num in senatu de omni reipublicæ genere [dici][3] sine summa rerum civilium cognitione, et prudentia: num admoveri possit oratio ad sensus animorum atque motus vel inflammandos, vel etiam extinguendos, (quod unum in oratore dominatur,)

10 Schutz. et Harl. *nostri*.—11 Guelf. 2. 3. *scripserunt;* Erl. 1. a m. pr. *perscripserint*.—12 Ita Rom. Kob. Junt. Victor. Streb. Pearc. *in* omissum est in Erl. 1. 2. Verburg. Grut. et Pearc. 2. Mox, *Servio Galbæ* Bod. et Cant. *Sergio Galbæ* Erl. 2. *Ser. Galbæ* Erl. 1. et plurimæ edd.—13 *Nec enim non* Oxon. U. Mox, *esse q. partes* Erl. 1. 2. Guelf. 1. et Oxon. U. Deinde, *omne deposuerunt* Erl. 1. 2. et Oxon. *omne disposuerunt* Rom. *omne suum posuerunt* unus ap. Orell.

CAP. XIV. 1 Ita Cant. Norf. Bal. Joan. Mag. Nov. Wag. Gonv. Mead. Harl. 1. 2. Erl. 1. 2. Oxon. U Z β γ δ ε, itemque edd. quam plurimæ. *et assumendum* Guelf. 2. 3. Junt. Grut. et Pearc. in ed. 5. *atque adsumendum* Schutz. Streb. Harl. Orell.—2 Oxon. U delet *usu*.—3 Hoc verbum deest in Erl. 2. sed reperitur in Guelf. 1.2.3. Erl. 1. et edd. vett. Wetzel. Ernestium

NOTÆ

[y] *Hyperidem, aut Demosthenem*] De quibus in Bruto § 35. et 36.

[z] *Decemviros, qui XII. tabulas, &c.*] Sublatis regum decretis, et populo per viginti annos nullis legibus astricto, constituti sunt A. U. C. 304. ante Chr. 450. decemviri qui a Græcis leges peterent; quas acceptas tabulis decem æreis inscripsere. Cum autem in primis legibus aliquid desideraretur, anno sequenti alias duas adjecere tabulas: unde et dictæ sunt leges XII. Tabularum. Dionysius, Livius, &c.

sine diligentissima pervestigatione earum omnium rationum, quæ de naturis humani generis ac moribus a philosophis explicantur. 61. Atque haud scio, an minus hoc vobis sim probaturus:[b] equidem non dubitabo, quod sentio, dicere: physica ista ipsa, et mathematica, et quæ paulo ante[4] ceterarum artium propria posuisti,[c] scientiæ sunt eorum, qui illa profitentur: illustrare[5] autem oratione si quis istas ipsas artes velit, ad oratoris ei confugiendum est[6] facultatem. 62. Neque enim, si Philonem[a] illum architectum, qui Atheniensibus armamentarium[b] fecit, constat, perdiserte populo rationem operis sui reddidisse, existimandum est, architecti potius artificio disertum, quam oratoris,[7] fuisse. Nec, si huic M. Antonio pro Hermodoro[c] fuisset de navalium[d] opere dicendum, non, cum ab illo causam didicisset,[d] ipse ornate de alieno artificio copioseque dixisset? Neque vero Asclepiades[e] is, quo nos medico amicoque usi sumus, tum, cum eloquentia[8] vincebat ceteros

[b] *Fortasse hoc quod sum dicturus, non perinde ac superiora vobis probabo.*
[c] *Affirmasti.*
[d] *Eas res quæ ad navalia pertinent.*

secutus, uncis inclusit: ab uncis liberavit Harl.—4 Ita Bal. Harl. et ed. Mannt. *physica ista ipsa, quæ paulo ante, et mathematica, et, &c.* Erl. 1. 2. Rom. Kob. Junt. et vulgg. Paulo ante, Erl. 1. Rom. Kob. *minus vobis hoc;* Erl. 2. *minus vobis hæc.*—5 Oxon. δ ad marg. *illustrari.*—6 'Guelf. 2. 3. Erl. 2. male addunt *tanquam ad architecti,* aut pejus Oxon. α γ δ, Rom. et Kob. *tanquam ad architecti potius;* in cod. tamen α *alicujus* in marg. et δ *tanquam* a nupera manu.' *Harl.*—7 Guelf. 1. et Erl. 1. 2. omittunt *quam oratoris.* 'Et commode possunt abesse.' *Harl.*—8 Erl. 1. *tum eloquentia,* omisso *cum;* Erl. 2. Rom.

NOTÆ

[a] *Philonem*] Philo insignis architectus armamentarium mille navium, ut refert Plinius l. VII. Atheniensibus fecit.

[b] *Armamentarium*] Hoc loco est navium receptaculum: armamenta proprie sunt navium instrumenta.

[c] *Hermodoro*] Qui Romanorum navalium fuit architectus.

[d] *Navalium*] Navalia locus idoneus ad recipiendas, trahendas in siccum, aut fabricandas naves.

[e] *Asclepiades*] Patria Prusiensis, primum rhetoricæ, deinde pressus inopia, medicinæ operam dedit. Tantum arti suæ fidebat, ut sponsionem quandam cum fortuna fecisset, ne medicus crederetur, si unquam invalidus fuisset ipse, et victor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est. Crasso et Pompeio familiaris, eorum ætate floruit circa A. U. C. 650. ante Chr. 104. Plinius l. VII.

medicos, in eo ipso, quod ornate dicebat, medicinæ facultate utebatur, non eloquentiæ. 63. Atque illud est probabilius, neque tamen verum, quod Socrates dicere solebat, omnes in eo, quod scirent, satis esse eloquentes: illud verius, neque quenquam in eo disertum esse posse, quod nesciat, neque, si id optime sciat,[9] ignarusque sit faciundæ ac poliendæ orationis, diserte id ipsum posse, de quo sciat, dicere.[10] XV. 64. Quam ob rem, si quis universam et propriam oratoris vim definire, complectique vult, is orator erit,[f] mea sententia, hoc tam gravi dignus nomine, qui, quæcumque res inciderit, quæ sit[1] dictione explicanda, prudenter, et composite, et ornate, et memoriter dicat, cum quadam etiam actionis dignitate.[2] 65. Sin cuipiam nimis infinitum videtur, quod ita posui, *quacumque de re*,[e] licet hinc, quantum cuique videbitur, circumcidat atque amputet: tamen illud tenebo,[f] si, quæ ceteris in artibus aut studiis[3] sita sunt, orator ignoret, tantumque ea teneat, quæ sint in disceptationibus, atque in usu forensi;[4] tamen his de rebus ipsis si sit ei dicendum, cum cognoverit ab iis, qui tenent, quæ sint in quaque re, multo oratorem melius, quam ipsos illos, quorum eæ sunt artes, esse dicturum.

[e] *Oratorem esse qui quacumque de re prudenter, composite, et ornate dicat.*
[f] *Affirmabo.*

Kob. *cum eloquentia*, omisso *tum*. Mox, *non eloquentiæ* expunxit Schutz. improbante Harl.—9 Schutz. et Harl. *si quid optime sciat*. Hæ voces desunt in Erl. 1. 2. ubi legitur, *nesciat: ignarusque si sit faciundis;* Rom. et Kob. etiam *si sit faciundis*.—10 Ascens. *quod sciat, posse dicere;* Schutz. et Harl. *posse, quod sciat, dicere;* Erl. 1. *id ipsum de quo sciat posse dicere;* Erl. 2. Oxon. γ, Rom. Kob. *id ipsum de quo sciat, non posse dicere.*

Cap. xv. 1 Erl. 2. Oxon. Z β, *quæconque inciderint... sint;* Oxon. ε, *res inciderint... sint;* Erl. 1. *qui quecumque* (ab alia manu rescriptum est *quacumque de re*) *inciderit quæ sit.* Mox, *prudenter, ac copiose, et ornate* Oxon. ε. Deinde, pro *dicat*, Schutz. et Harl. scribunt *dicet*, ex codd. Guelf. 1. Erl. 2. et edd. Rom. et Kob. *actionis* deest in Oxon. β.—2 Erl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 3. Rom. et Kob. *cum quadam actionis etiam dignitate*.—3 Erl. 1. *in artibus aut que* (sed superscriptum est a manu secunda *atque*) *studiis;* Erl. 2. *in artibus atque studiis*.—4 Grut. et vulgg. *aut in usu forensi;* Cant. Joan. Harl. 1. 2. Wag. Nov. Mag. Bal. Norf. et Lamb. *atque in, &c.* Oxon. U, *atque usu forensi.*

NOTÆ

[f] *Is orator erit*] Videtur hic quinque partes artis oratoriæ facere: inventio est prudentiæ, collocatio compositionis, elocutio ornatus; quibus accedunt memoria, et actio, sive pronuntiatio.

66. Ita si de re militari dicendum huic erit Sulpicio, quæret a C. Mario affini nostro, et, cum acceperit, ita pronuntiabit, ut ipsi C. Mario[g] pæne hic melius, quam ipse, illa[5] scire videatur: sin de jure civili; tecum communicabit, teque hominem prudentissimum, et peritissimum in iis ipsis rebus, quas abs te didicerit, dicendi arte superabit: 67. sin quæ res[6] inciderit, in qua de natura, de vitiis hominum, de cupiditatibus, de modo, de continentia, de dolore, de morte dicendum sit, forsitan, si ei sit visum, (etsi hæc quidem nosse debet orator,) cum Sex. Pompeio,[h] erudito homine in philosophia, communicarit: hoc profecto[7] efficiet, ut quamcumque rem a quoque cognorit, de ea multo dicat ornatius, quam ille ipse, unde cognorit. 68. Sed si me audierit, quoniam philosophia in tres partes est tributa,[8] in naturæ obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores;[g] duo illa[h] relinquamus, atque[9] lar-

[g] *In physicam quæ obscura est, in dialecticam quæ subtilis, in moralem philosophiam.*
[h] *Duas priores partes.*

Idem codex paulo post, *in quacumque re.*—5 Erl. 2. Oxon. U, Rom. Kob. Junt. Grut. et vulgg. *ipse ille;* Oxon. Z γ, *ipsa illa;* Pearc. *ipse, illa scire;* Palatt. Gallici, Joan. Harl. 1. 2. Wag. Mag. Gonv. Cant. Norf. Erl. 1. *ipse illa.* Mox, *te hominem* Oxon. U γ δ ε.—6 Grut. et vulgg. *sin qua res;* Erl. 1. *sin quæ res.* Mox, *hominem* deest in Oxon. γ.—7 'Sic rescripsit et interpunxit Ernesti e cod. Erl. ed. s. l. et a. et Lips. quibuscum consentiunt edd. Rom. et Kob. Sed Erl. 2. edd. Junt. Pearc. et reliquæ *communicabit. Hoc prof.* Idem Ernesti conjecit, etiam copulam excidisse ante *forsitan,* quemadmodum sit in primo exemplo, et totum fore hujusmodi: *Sin quæ inciderit . . . et forsitan, si ei sit visum . . . cum . . . communicarit: hoc prof.* Idem, 'præterea,' inquit, 'edd. vett. uti etiam Oxon. β, Rom. et Kob. habent *quoquo,* quod servari poterat, ut *cognorit* eadem de causa, quod tamen nihil refert: et paulo post omnes *cognorit.*'' Harl.—8 In Oxon. ε, atque in Erl. 1. a prima manu *tributa;* sed superscriptum est *dis;* Erl. 2. Rom. Kob. Junt. Grut. et vulgg. *distributa.*—9 Ald. Junt. Grut. et vulgg. *idque;* Cant. Harl. 1. 2. Wag. Bal. Nov. Gonv. Mag. Joan. Erl. 1. 2. Rom. Kob. Mediol. Venet.

NOTÆ

[g] *C. Mario*] Hic ille est C. Marius celebris Romanorum imperator, 'in bello hostibus, in otio civibus infestissimus, quietisque impatientissimus,' ut refert Paterculus, quem humili loco natum ad amplissimos reip. magistratus singularis virtus evexit. Apud Sallustium dum loquitur, artis oratoriæ imperitum se dicit, et a Plutarcho reprehenditur, quod literas Græcas contemserit. Inopiam eloquentiæ compensavit fortitudo: confecit bellum Jugurthinum; Teutones et Ambrones Germaniæ populos

giamur inertiæ nostræ: tertium vero, quod semper oratoris fuit, nisi tenebimus, nihil oratori, in quo magnus esse possit, relinquemus. 69. Quare hic locus de vita et moribus totus est oratori perdiscendus: cetera si non didicerit, tamen poterit, si quando opus erit, ornare dicendo, si modo erunt ad eum delata, et tradita.[10] XVI. Etenim si constat inter doctos, hominem [1] ignarum astrologiæ, Aratum [i] ornatissimis atque optimis versibus de cœlo [2] stellisque dixisse: si de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum, Nicandrum [j] Colophonium,[k] poëtica quadam facultate, non rustica,[i] [3] scripsisse præclare: quid est, cur non orator de rebus iis eloquentissime dicat, quas ad certam causam

[i] *Eleganti.*

atque.—10 '*Et ei tradita*] Ita omnes nostri codd. atque Erl. 1. 2. cum vulgo *ei* exulet.' *Pearc.* 'Ernesti quidem, qui *ei* omisit in contextu, ipse in nota judicat, sine eo duriorem esse orationem; suspicatur tamen, hæc verba esse glossatoris, *delata* interpretantis.' *Harl.*

CAP. XVI. 1 Oxon. Z γ, *doctos homines.*—2 'Nomen *Aratum* est in Erl. 1. 2. edd. antiq. et recentt. etiam Pearc. alieno loco, *ornatiss. atque opt. versibus Aratum de cœlo,' &c.* Harl. Paulo post, *hominem* omittunt Guelf. 1. 2.—

NOTÆ

interfectis millibus ducentis, paulo post Cimbros ingenti strage delevit. Cum provinciam belli Mithridatici suscipere contenderet, a Sylla suo quondam legato expulsus ex urbe, in quam paulo post irrupit, et Syllanis omnibus obtruncatis septimum consul renuntiatus in magistratu obiit A. U. C. 668. ante Chr. 86. Plutarch. Appian. &c.

[h] *Sex. Pompeio*] 'Qui præstantissimum ingenium contulit ad summam juris civilis, et ad perfectam geometriæ, et rerum Stoicarum scientiam.' Tullius in Bruto.

[i] *Aratum*] Qui poëta Græcus Solis urbe Ciliciæ natus est, ut auctor est Suidas, Olymp. CXXIV. annis ante Chr. 284. Inter alia astricta numeris oratione scripsit libros de astrologia quos Φαινόμενα inscripsit. Ea primum Cicero, deinde veterum alii in Latinum sermonem vertere. De Arato sic judicat Quintil. X. 1. 'Arati materia motu caret, ut in qua nulla varietas, nullus affectus, nulla persona cui usquam sit oratio: sufficit tamen operi, cui parem se credidit.'

[j] *Nicandrum*] Nicander patria Colophonius, ut hic ait Cicero, (an potius Clarius, quod de se ipse testatur?) cum poëtica medicinam exercuit. Librum scripsit Θηριακὰ et Ἀλεξιφάρμακα, qui etiamnum extat: nam periisse illos necesse est, qui sunt ab eodem de rebus rusticis, ut ait Cicero, elaborati. Tum aliqui supparem Arato faciunt, alii duodecim Olympiadibus posteriorem. Alii denique, ut Suidas, sub Attalo juniore floruisse tradunt.

[k] *Colophonium*] Colophon, Ioniæ in Asia Minore urbs. Nunc *Altobosco*, aliis *Belveder.*

tempusque cognorit? 70. Est enim finitimus oratori poëta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius, ac pæne par: [*p.* 91.] in hoc quidem certe prope[4] idem, nullis ut terminis circumscribat aut definiat jus suum, quo minus ei liceat eadem illa facultate et copia vagari, qua velit. 71. Namque illud quare, Scævola, negasti te fuisse laturum, nisi in meo regno esses, quod in omni genere sermonis, in omni parte humanitatis[j] dixerim oratorem perfectum esse debere?[5] Nunquam mehercule hoc dicerem, si eum, quem fingo,[k] meipsum esse arbitrarer. 72. Sed, ut solebat C. Lucilius[1] sæpe dicere,[6] homo tibi subiratus, mihi propter eam ipsam causam minus, quam volebat,[7] familiaris, sed tamen et doctus, et perurbanus: sic sentio, neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus, quæ sunt libero dignæ,[l] perpolitus: quibus ipsis, si in dicendo non utimur, tamen apparet, atque extat,[m] utrum simus earum rudes, an didicerimus. 73. Ut, qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ,[m] sed indicat ipse motus, didicerintne palæstram, an nesciant: et qui aliquid fingunt,[n] etsi tum pictura nihil utuntur, tamen, utrum sciant pingere, an nesciant, non obscurum est: sic in orationibus[8] hisce ipsis judiciorum, concionum, sena-

[j] *Humanioris eruditionis.* [k] *Cujus ideam propono.*
[l] *Liberaliter instituto.* [m] *Videtur.*
[n] *Manu formant ex luto vel ex cera.*

3 Hæc verba, *quadam facultate, non rustica,* desunt in Oxon. α.—4 Voc. *prope* deest in Oxon. U. Idem codex paulo post, *quo velit. Nam illud, &c.*—5 Idem codex delet voc. *debere.*—6 Ernest. conj. *ut solebat C. Lucilius de poëtis dicere,* prob. Wetzel. et Schutz.—7 Ita codd. omnes et edd. ante Schutz. qui e conj. Ernesti in textum recepit *quam volebam;* illum secuti sunt Wetzel. et Harl. Paulo post, Oxon. β γ, *libero homine.*—8 Oxon. δ ε, *orato-*

NOTÆ

[1] *C. Lucilius*] Consule notas ad Herenn. II. § 19. Subiratus erat Scævolæ, qui in Albutium Lucilii amicum orationem habuerat.

[m] *Palæstræ*] Palæstra aliquando gymnasium vel magisterium significat; aliquando concinnitatem et in gestu motuque corporis venustatem; aliquando artem belle movendi corporis, sive ad saltandum sive ad pugnandum.

tus, etiamsi proprie[9] ceteræ non adhibentur[10] artes,[o] tamen facile declaratur, utrum is, qui dicat, tantummodo in hoc declamatorio sit opere[n] jactatus, an ad dicendum omnibus ingenuis artibus instructus accesserit.

XVII. 74. Tum ridens Scævola, Non luctabor,[p] inquit, tecum,[1] Crasse, amplius; id enim ipsum, quod[2] contra me locutus es,[q] artificio quodam es consecutus,[o] ut et mihi, quæ ego vellem non esse oratoris, concederes: et ea ipsa nescio quomodo rursus detorqueres, atque oratori propria traderes. 75. Hæc, cum ego[3] prætor[p] Rhodum[q] venissem, et cum summo illo doctore istius disciplinæ Apollonio,[r] ea, quæ a Panætio acceperam, contulissem: irrisit ille quidem, ut solebat, philosophiam[4] atque contemsit, multaque non tam graviter dixit, quam facete:[5] tua autem fuit

[o] *Etsi orator in aliqua forensi causa non eodem modo loquatur de materia ceterarum artium propria, quo ipsi artifices.*

[p] *Non pervicacius pugnabo.*

[q] *Nempe oratorem in omni genere artis debere esse perfectum.*

ribus.—9 ' Sic in codd. Erl. 1. 2. edd. Rom. et Kob. atque Ernesti pro vulg. *propriæ* reposuit, reperitque in edd. W. et s. l. et a. ac Lips. Atque Schutz. *proprie,* ait, ' adhibere aliquid ' est eo tanquam proprio et domestico uti.' *Harl.*—10 Erl. 1. 2. Rom. Kob. Gron. Verburg. Pearc. et Harl. *adhibeantur;* Junt. et Wetzel. *adhibentur.*

CAP. XVII. 1 Guelf. 1. Erl. 1. 2. *tecum, inquit.*—2 ' Ex conjectura Schutz. rescripsit *quoad;* quia vulgatum *quod...es* sensu et constructione prorsus ineptum sit.' *Harl.*—3 *Quæ cum ego* Erl. 1. 2. Oxon. U Z γ.—4 Censor Lipsiensis opinatur *philosophiam* esse glossema, et a quodam τῷ *Hæc* supra ascriptum.—5 Erl. 1. *facile* a prima manu, a secunda autem superscriptum

NOTÆ

[n] *Declamatorio opere*] Exercitatione puerili, in qua fictis argumentis ad scribendum et declamandum exercebantur interdum ætate provectiores.

[o] *Es consecutus, &c.*] Sensus est: Arte quadam mihi dedisti quæ vellem: cum dixisti artes omnes esse proprias quorundam hominum, eorum scilicet qui illas aut invenerint, aut profiteantur, aut diligentius excolant, visus es mihi concedere eas non esse proprias oratoris unius, quod ego contendo. Rursum cum easdem artes et oratori, si disputare de illis velit, necessarias esse dixisti; et ab eodem etiam ornatius quam ab illis ipsis quorum sunt propriæ, tractari; visus es illas mihi extorquere et oratori tribuere tanquam suas.

[p] *Prætor*] De quo in notis ad Herenn. II. § 19.

[q] *Rhodum*] Carpathii maris insulam; hodie *Rhodes.*

[r] *Apollonio*] Apollonius Molo, Rhodius fuit: quo rhetoricæ magistro usus est aliquando ipse Tullius, cum dictatore Sylla Romam Apollonius venisset, ut refert Cicero in Bruto.

oratio ejusmodi, non ut ullam artem doctrinamve contemneres, sed ut omnes comites ac ministras oratoris esse diceres. 76. Quas ego, si quis sit unus complexus omnes, idemque si ad eas facultatem[6] istam ornatissimæ orationis adjunxerit; non possum dicere, eum non egregium quendam hominem atque admirandum fore: sed is, si qui esset,[7] aut si etiam unquam fuisset, aut vero si esse posset, tu esses unus profecto; qui et meo judicio, et omnium, vix ullam ceteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquisti. 77. Verum si tibi[8] ipsi nihil deest, quod in forensibus rebus civilibusque versetur, quin scias, neque eam tamen scientiam, quam adjungis oratori, complexus es; videamus, ne plus ei tribuas,[9] quam res et veritas ipsa concedat.

78. Hic Crassus, Memento, inquit, me non de mea, sed de oratoris facultate dixisse. Quid enim nos aut didicimus, aut scire potuimus, qui ante ad agendum, quam ad cognoscendum venimus;[r] quos in foro, quos in ambitione, quos in republica, quos in amicorum negotiis, res ipsa ante confecit,[s] quam possemus aliquid de rebus tantis suspicari? 79. Quod si tibi tantum in nobis videtur esse,[t] quibus etiamsi ingenium, ut tu putas, non maxime defuit, doctrina certe, et otium, et hercule[s] etiam studium illud discendi[10] acer-

[r] *Ad perorandas causas venimus prius quam percepissemus artes oratori necessarius.*

[s] *Perduxit ad senectutem.*

[t] *Si tam peritus tibi esse videor.*

est *facete.* Paulo post, Erl. 1. *ministros;* Nonius in 'ministratrix' legit *ministratrices.*—6 Erl. 1. 2. et edd. vett. præter W. *facultates;* Cant. Gonv. Nov. Wag. Bal. Bodl. Norf. et ed. Manut. *facultatem.* Lamb. pro *ornatissimæ,* legit *ornandæ,* improbante Ernest.—7 'Sic Ernesti dedit e vestigiis ed. W. quæ habet *is, qui esset.* Edd. Rom. et Kob. *sed, si quis esset;* aliæ, princ. edd. s. l. et a. Mediol. *sed si quis.* Atque Ernest. putat, posse *is* deleri; enimvero vim totius sententiæ eo contineri, recte judicat Schutz.' *Harl.*—8 *Unde si tibi* Oxon. Z. Mox, *versatur* Erl. 1. 2. Oxon. U. *versaretur* Kob.—9 Erl. 1. 2. Guelf. 1. Oxon. U, *tribuamus;* Kob. *attribuas.* Schutz. opinatur Ciceronem scripsisse *vide, ne plus, &c.*—10 'Male in cod. Erl. 2. edd. Rom.

NOTÆ

[s] *Hercule*] Jurandi formula. Primo dicebant, 'ita me Hercules adjuvet;' deinde brevius, 'me Hercules;' postea 'mehercule;' denique 'Hercule' aut 'Hercle' dixerunt.

rimum defuit: quid censes, si ad alicujus ingenium vel majus, illa, quæ ego non attigi, accesserint? qualem illum, et quantum oratorem[11] futurum?

XVIII. 80. Tum Antonius, Probas mihi, inquit, ista, Crasse, quæ dicis: nec dubito, quin multo locupletior in dicendo futurus sit, si quis omnium rerum atque artium rationem naturamque comprehenderit. 81. Sed primum id difficile est factu,[1] præsertim in hac nostra vita, nostrisque occupationibus: deinde illud etiam verendum est,[2] ne abstrahamur ab hac exercitatione, et consuetudine dicendi populari, et forensi. Aliud enim mihi quoddam genus orationis esse videtur eorum hominum,[u] de quibus paulo ante dixisti, quamvis illi ornate et graviter, aut de natura rerum, aut de humanis rebus loquantur. Nitidum quoddam genus est verborum et lætum, sed palæstræ[3] magis et olei,[v t] quam hujus civilis turbæ ac fori. 82. Namque egomet, qui sero, ac leviter Græcas literas attigissem, tamen cum proconsule[4 u] in Ciliciam[v] proficiscens Athenas venissem,

[u] *Philosophorum et mathematicorum.*
[v] *Exercitationis ludicræ et umbratilis.*

Kob. et Junt. *stud. ill. dicendi.* Recte *st. ill. discendi* in Erl. 1. ac plerisque Palat. codd. et edd. Gron. aliisque. Paulo post, in Erl. 1. 2. et in cod. quodam *si alicujus ingenium,* omissa præpositione *ad.* Sed Gronov. jam docuit, Ciceronem passim solere illa præpositione uti.' *Harl. ad* deest in Oxon. U Z γ. *majus sit vel* Oxon. U.—11 Ita Erl. 1. 2. et vulgg. ante Schutz. qui e codd. Guelf. 2. 3. Rom. et Kob. ascivit *qualem illum oratorem, et quantum.* Illum secuti sunt Harl. et Orell.

CAP. XVIII. 1 Unus ap. Orell. *factu est.*—2 Schutz. auctoritate Guelf. 1. expunxit *est.* Mox, *ne extrahamur ex hac, &c.* Rom. *ne abstrahamur ex hac, &c.* Kob.—3 Joan. Norf. Mag. Harl. 1. 2. Erl. 1. 2. et Oxon. Z, *et palæstræ.* In Dresd. observante Mull. est *palestræ magis et otii;* sed in marg. *olei.*—4 Erl. 1. 2. Rom. Kob. Crat. Junt. *proconsul.* Mox, Tosani liber, ut Oxon. U, *propter nav. facultatem,* quod non debere temerarium videri, sentit Gruter.

NOTÆ

[t] *Palæstræ magis et olei*] Athletæ et pugiles, qui corpus exercebant palæstra, solebant oleo corpus inungere, tum ad augendas vires, tum ut cutis lubrica et oleo delibuta, manus captantis adversarii facilius eluderet.

[u] *Proconsule*] Romani post gestum Romæ consulatum mittebantur in provincias, ut in iis jus dicerent, et eas gubernarent; tumque pro consule, vel proconsul dicebatur aliquis in provinciam proficisci: proprætor, vel pro prætore, si prætura Romæ perfunctus in provinciam iret. Aliquando tamen etiam qui consules non

complures tum ibi dies sum propter navigandi difficultatem commoratus: sed, cum quotidie mecum haberem homines doctissimos, eos fere ipsos, qui abs te modo sunt nominati, cumque hoc,[5] nescio quomodo, apud eos increbuisset,[w] me in causis majoribus, sicuti te, solere versari, pro se quisque ut poterat,[6] de officio et ratione oratoris disputabat. 83. Horum alii, sicut iste ipse Mnesarchus, hos, quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat, nisi quosdam operarios,[w] lingua celeri et exercitata; oratorem autem, nisi qui sapiens esset,[x] esse neminem: atque ipsam eloquentiam,[x] quod[7] ex bene dicendi scientia constaret, unam quandam esse virtutem,[y] et, qui unam virtutem haberet, omnes habere, easque[8] esse inter se æquales et pares: ita, qui esset eloquens, eum virtutes omnes habere, atque esse sapientem. Sed hæc erat spinosa[z] quædam et exilis oratio, longeque a nostris sensibus abhorrebat. 84. Charmadas[9] vero multo

[w] *Rumor sparsus fuisset.* [x] *Nisi qui philosophiam teneret.*
[y] *In virtutum numero esse reponendam.*
[z] *Implicata et obscurior.*

Dissentit Harl.—5 Oxon. U Z, *cum hoc.* Mox, nonnullæ edd. *increbruisset.*—6 Erl. 1. *ipse quisque poterat;* Erl. 2. *ipse quisque ut poterat;* ed. Rom. *pro se que quisque poterat;* Oxon. U Z, et ed. Kob. *pro seque quisque poterut;* Guelf. 2. 3. Oxon. α, et ed. Junt. *pro se quisque eorum, quantum quisque poterat.* Mox, loco *et rat.* cod. Gron. et Oxon. Z, *et decoratione.* Gronov. opinatur, Ciceronem scripsisse *et de ratione;* et sic legitur in Oxon. U α δ ε. Dein, al. *ipse M. Mesarchus.*—7 Oxon. γ, *quæ.*—8 Oxon. U δ, Junt. Ald. Crat. Grut. et vulgg. ante Pearc. *easque ipsas;* Cant. Harl. 2. Wag. Bal. Joan. Nov. Mag. Norf. Erl. 1. 2. cum edd. Rom. Kob. Ven. Mediol. C. Steph. et Lamb. delent *ipsas.*—9 Ita Joan. Harl. 1. Erl. 1. *Carniadas* Bod. *Charmades* Wetzel. *Carneades*

NOTÆ

fuerant, cum imperio consulari mittebantur in provincias, nec minus appellabantur proconsules; ut hic ipse qui loquitur Antonius ante consulatum, quem nonnisi triennio post obtinuit, proconsul in Ciliciam profectus est A. U. C. 652. ante Chr. 102. Immo nomina consulis et proconsulis, prætoris et proprætoris non semel a veteribus confundi videas.

[v] *In Ciliciam*] Quæ Asiæ Minoris est ora quæ meridiem spectat, alluiturque mari Mediterraneo, a regione insularum Cypri et Rhodi: urbs primaria Tarsus est. Nunc *Caramania* appellatur.

[w] *Operarios*] Qui haberent usum dicendi, artem ignorarent.

[x] *Ipsam eloquentiam*] Eloquentia est vis ipsa et facultas bene et apposite dicendi ad persuadendum alterum: rhetorica est ars quæ dat præcepta ad id præstandum.

uberius iisdem de rebus loquebatur: non quo aperiret sententiam suam; hic enim mos erat patrius Academiæ,[a] adversari semper omnibus in disputando; sed cum maxime[10] tamen hoc significabat, eos, qui rhetores nominarentur, et qui dicendi præcepta traderent, nihil plane tenere, neque posse quenquam facultatem assequi dicendi, nisi qui philosophorum inventa didicisset. XIX. 85. [*p.* 92.] Disputabant contra diserti homines, Athenienses, et in republica causisque versati, in quis[b] erat[1] etiam is, qui nuper Romæ fuit, Menedemus, hospes meus; qui cum diceret esse quandam prudentiam,[c] quæ versaretur in perspiciendis rationibus constituendarum et regendarum[2] rerum publicarum, excitabatur homo promtus ab homine[3] abundanti doctrina,[d] et quadam incredibili varietate rerum et copia. Omnes enim partes illius ipsius prudentiæ petendas esse a philosophia dicebat,[4] neque ea, quæ statuerentur in republica de Diis immortalibus, de disciplina juventutis, de justitia, de patientia, de temperantia, de modo rerum omnium,[e] ceteraque, sine quibus civitates aut esse, aut bene moratæ esse non possent, usquam in eorum[f] inveniri libellis.[5] 86. Quodsi tantam vim rerum maximarum arte sua

[a] *Antiquus et jam inde ab ipso Academiæ quasi parente Platone acceptus.*
[b] *Inter quos.* [c] *Artem oratoriam.*
[d] *Menedemus rhetor exercitatus ad dicendum vehementius excitabatur a Charmada homine docto et copioso.*
[e] *De moderatione in rebus omnibus adhibenda.*
[f] *Rhetorum.*

Erl. 2. Oxon. U. Rom. Kob. Junt. Grut. Gronov. Verburg.—10 Ern. 1. Grut. et vulgg. *tum maxime;* Erl. 1. Oxon. Z ϵ, et edd. recentt. *cum maxime.*

CAP. XIX. 1 Edd. vett. Junt. Crat. item Mull. et Orell. *in quibus erat.*—2 Erl. 2. Kob. et Lips. per Thanner. 1515. *constit. et agendarum.*—3 Hotomanus conj. legendum esse *excipiebatur, &c.* Schutz. suspicatur, *ab homine* glossatori cuidam deberi, et Ciceronem scripsisse, *excitabatur homo promtus, abundanti doctrina et quadam incred. var. rer. et copia,* eumque hæc omnia ad Charmadam retulisse. Mull. rejicit Hotomanni conjecturam h. l. languidam; Schutzii suspicionem haud admittendam esse judicat; et, locum ab alia parte sanandum arbitrans, Gulielmi conjecturam *exagitabatur* unice veram existimat. *atque copia* unus ap. Orell.—4 Schutz. *a philosophis dicebat;* Junt. Grut. et vulgg. ante Ernest. *a philosophia docebat;* sic etiam Erl. 1. Oxon. γ δ ϵ. *dicebat* servant Erl. 2. Rom. Kob.—5 Schutz. de conjectura dedit, *usquam nisi in eorum libris inveniri.* Purgoldi quidem conjecturam, pro *eorum* legendum esse *rhetorum,* se admissurum esse fatetur, nisi statim sequeretur *rhetorici illi*

rhetorici illi doctores complecterentur: quærebat, cur de procemiis, et de epilogis,[g] [6] et de hujusmodi nugis (sic enim appellabat) referti essent eorum libri: de civitatibus instituendis,[7] de scribendis legibus, de æquitate, de justitia, de fide, de frangendis cupiditatibus, de conformandis[8] hominum moribus, litera in eorum libris[9] nulla inveniretur. 87. Ipsa vero præcepta[h] sic illudere solebat, ut ostenderet, non modo eos illius expertes esse prudentiæ,[i] quam sibi asciscerent,[j] [10] sed ne hanc quidem ipsam dicendi rationem[k] ac viam nosse. Caput[l] [y] enim esse arbitrabatur oratoris, ut et ipsis, apud quos ageret, talis,[m] qualem se ipse optaret,[11] videretur: id fieri vitæ dignitate,[n] de qua nihil rhetorici isti doctores[12] in præceptis suis reliquissent: et uti eorum, qui audirent, sic afficerentur[o] animi, ut eos affici vellet orator: quod item[13] fieri nullo modo posse, nisi cognosceret is, qui

[g] *Exordiis et perorationibus.* [h] *De arte bene dicendi.*
[i] *Quæ ad regendam remp. requiritur.* [j] *Vindicarent.*
[k] *Artem certis legibus constantem.*
[l] *Rem præcipuam in qua esset elaborandum oratori.*
[m] *Nempe vir bonus.* [n] *Probitate.* [o] *Moverentur.*

doctores. Tum animadvertit, in vulgata lectione idem continuo bis dici. Ex ed. autem Omniboni recepit *in eorum libris inveniri.*—6 Oxon. U, *quærebatur ... epilogiis.* Unus ap. Orell. *et epilogis et hujusmodi.*—7 Al. ap. Orell. *constituendis.*—8 Oxon. U, *confirmandis*, omisso *de.*—9 ' Apertum fere glossema, *in eorum libris;* certe, si resecetur, nihil defuerit sententiæ.' *Grut.* ' Equidem uncis inclusi.' *Mull.* Mox, *invenirentur* Oxon. ε.—10 Steph. *sibi adscriberent.*—11 Unus ap. Orell. *se ipse esse optaret.*—12 ' Schutz. voces *rhetorici* et *doctores*, cum paulo antea nominati essent, haud injuria, tanquam ab interpolatore additas, delevit, et dedit *de qua nihil isti,' &c.* Harl. Mox, *animis* Oxon. Z α γ δ.—13 ' Displicet vulg. *item.* Lamb. conj. *quod ita fieri;* sed

NOTÆ

[y] *Caput*] Finis oratoris est alterum persuadere; persuadet is cui fides habetur; habetur autem viris probis, in quibus nulla est mendacii suspicio: debet igitur orator id unum præ ceteris studere, ut sit vir bonus, aut certe talis videatur. Τοῖς γὰρ ἐπιεικέσι πιστεύομεν μᾶλλον καὶ θᾶττον περὶ πάντων μὲν ἁπλῶς· ἐν οἷς δὲ τὸ ἀκριβὲς μή ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἀμφιδοξεῖν καὶ παντελῶς· inquit Aristot. Rhet. I. 2. *Bonis enim viris credimus magis et celerius generatim quidem in omnibus, maxime autem in eo quod exploratum non est, sed in varias opiniones trahi potest.* Ex his verbis falsi Charmadas arguitur, qui nullam de sectanda vitæ probitate præceptionem rhetorum in libris traditam mox affirmat. Idem cum doctrinam movendorum affectuum ne a rhetoribus quidem delibatam ait, ex toto libro Rhetoricorum Aristotelis secundo refutatur.

diceret, quot modis hominum mentes, et quibus rebus, et quo genere orationis in quamque partem moverentur: hæc autem esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita;[p] quæ[14] isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent.[q] 88. Ea Menedemus exemplis magis, quam argumentis, conabatur refellere:[15] memoriter enim multa ex orationibus Demosthenis præclare scripta pronuntians, dicebat, illum in animis vel judicum, vel populi, in omnem partem dicendo permovendis, non fuisse ignarum, quibus ea rebus consequeretur,[r] quæ negaret ille[s] sine philosophia quenquam scire[16] posse. XX. 89. Huic[1] ille respondebat,[t] non se negare, Demosthenem summam prudentiam, summamque vim habuisse dicendi: sed sive ille hoc ingenio potuisset, sive, id quod constaret, Platonis studiosus[3] audiendi fuisset; non, quid ille potuisset,[u a] sed quid isti docerent, esse quærendum. 90. Sæpe etiam in eam partem ferebatur oratione,[2] ut omnino, disputaret, nullam artem[3]

[p] *Recondita et intima.* [q] *Ne levissime quidem docerent.*
[r] *Qua ratione motus animorum excitaret.* [s] *Charmadas.*
[t] *Charmadas Menedemo.* [u] *Quam fuisset eloquens.*

non favent huic codd. Mss. vero Mag. Harl. 2. Rom. Kob. W. Lips. Ven. et Rawl. habent *quod idem fieri*, bene, ut opinor.' *Pearc.* 'Hic quidem in ed. sua 2. ediderat *idem;* in ed. tamen 5. retinuit *item*, nulla vero nova addita nota. Ernesti quoque defendit *item*, et interpretatus est 'pariter.' Præterea, pro *uti eorum*, Oxon. Z α γ, *uti ii;* Oxon. β, *uti qui;* Oxon. δ, *ut qui*, sed post *ut* a sec. manu additum est *ii*. Paulo post *modo posse aiebat* Oxon. U.' *Harl.* Mox, *rebus* deest in Oxon. U.—14 'Walkerus mendum hic latere suspicatus est, et pro *quæ*, accusativum singularem *quam* scribi oportere, ut ad philosophiam referatur. Atque Walkeri conjecturam probavit Ernesti, et ego cum Schutz. in contextum recepi.' *Harl.*—15 Guelf. 1. Rom. Kob. Schutz. et Harl. *refellere conabatur*. Mox, *Demostheni* Oxon. Z. Deinde, pro *dicebat*, Grut. et vulgg. *docebat*.—16 Oxon. Z et γ, *nosse* pro *scire*.

CAP. XX. 1 *Hic* Oxon. δ. *Huic respondebat* Erl. 1. 2. et vulgg. ante Pearc. *Hic respondebat* Nov. Mead. et Manut. *Huic ille respondebat* Rom. Ven. Mediol. *Huic ille respondeat* Kob. Mox, *se non negasse* Erl. 1. 2.—2 Oxon. δ in marg. *ferebat orationem*.—3 'Melior hic est ordo, *ut disputaret nullam omnino*

NOTÆ

[1] *Platonis studiosus*] Demosthenes, de quo plura in Bruto, admodum adolescens in Academia Platoni dabat operam; verum audito forte Callistrato insigni oratore, eum deinceps, relicta Academia, sectatus est. Ex Hermippo Gellius III. 13.

[a] *Non, quid ille potuisset*] Ab uno ad omnes vitiosa est argumentatio. Nemo sic ratiocinetur. Demosthenes orator potuit in dicendo animos movere, ergo id poterunt ceteri oratores.

esse dicendi: idque cum argumentis docuerat, quod ita nati essemus,[b] ut et blandiri, et suppliciter insinuare iis, a quibus[4] esset petendum, et adversarios minaciter terrere possemus, et rem gestam exponere, et id, quod intenderemus, confirmare, et id, quod contra diceretur, refellere, et ad extremum[5] deprecari aliquid, et conqueri; quibus in rebus omnis oratorum versaretur facultas: et quod consuetudo, exercitatioque, et intelligendi prudentiam acueret, et eloquendi celeritatem incitaret: tum etiam exemplorum copia nitebatur. 91. Nam primum, quasi dedita opera,[c] neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem disertum fuisse dicebat, cum repeteret usque a Corace, nescio quo, et Tisia,[d] quos artis illius inventores et principes fuisse constaret: eloquentissimos autem homines, qui ista nec didicissent, nec omnino scire[6] curassent, innumerabiles quosdam nominabat: in quibus etiam, (sive ille irridens, sive quod ita putaret, atque ita audisset,) me in illo nu-

artem. Sed optimi istius cod. Joan. lectio [quæ etiam legitur in Erl. 1.] recipienda est, *ut omnimodis disputaret;* [ac Gronov. illam lectionem etiam in suo cod. reperit atque probavit;] a qua non longe absunt codd. Mag. et Gonv. *ut omnimode disputaret,' &c.* Pearc. In Erl. 2. extat *ut omnibus modis disputaret.*—4 Erl. 2. *ut... et subtiliter insinuare his, &c.* Guelf. 2. 3. Rom. Kob. Omnib. et Olivet. *ut et blandiri suppliciter his, a quibus,* omisso *insinuare;* Guelf. 1. Erl. 1. *ut et blandiri et subtiliter quibus:* Oxon. U, *id cum arg.... subtiliter.* Oxon. Z delet *iis a.* Oxon. δ habet *his a.*—5 Oxon. U, *refellere ad extremum.* Paulo post, Oxon. β, *facultatem acueret.* Dein, Oxon. U, *atque eloquentiam et celeritate inc. atque tum, &c.*—6 Erl. 1. 2. Guelf. 1. Junt. Ald. Grut. Schutz. *scisse;* Bod. Norf. Rom. Kob. Lips. Lamb. Ven. Mediol. Pearc.

NOTÆ

[b] *Quod ita nati essemus*] Hoc Charmadæ argumentum probat quidem aliquam esse naturalem eloquentiam; at non evertit artificialem, cujus præceptis perficitur vis persuadendi a natura insita.

[c] *Quasi dedita opera*] Dicebat Charmadas neminem scriptorem artis fuisse disertum, quasi omnes scriptores artis collegisset de industria, ut id probaret: vel sententia est, quasi ipsi scriptores artis certo consilio diserti esse noluissent. Errabat hic etiam Charmadas; nam ut alios præteream, Gorgias, Isocrates, Protagoras, Theophrastus, eloquentiæ magistri diserti fuere.

[d] *A Corace, n. q. et Tisia*] Artis rhetoricæ 'scriptores antiquissimi Corax et Tisias ejus discipulus, Siculi; quos insecutus est vir ejusdem insulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis ut traditur discipulus.' Quintil. III. 1. Corax Hieronis tyranni amicus floruit Olymp. LXXVI. annis ante Chr. 475. Vide Cic. in Bruto § 46.

mero,[7] qui illa non didicissem, et tamen (ut ipse dicebat) possem aliquid in dicendo, proferebat. Quorum illi alterum facile assentiebar, nihil me didicisse; in altero autem me illudi ab eo, aut etiam ipsum errare arbitrabar. 92. Artem vero negabat esse ullam, nisi quæ cognitis, penitusque perspectis, et in unum exitum spectantibus, et nunquam fallentibus rebus contineretur. Hæc autem omnia, quæ tractarentur ab oratoribus, dubia esse et incerta: cum et dicerentur ab iis, qui ea omnia non plane tenerent, et audirentur ab iis, quibus non scientia[8] esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa, aut certe obscura opinio.[v] 93. Quid multa? sic mihi tum persuadere videbatur, neque artificium ullum esse dicendi, neque quenquam posse, nisi, qui illa, quæ a doctissimis hominibus in philosophia dicerentur, cognosset, aut callide aut copiose dicere. In quibus dicere Charmadas[9] solebat, ingenium tuum, Crasse, vehementer admirans, me sibi perfacilem[e] in audiendo, te perpugnacem[w 10] in disputando esse visum. XXI. 94. Tumque ego,[1] hac eadem opinione adductus, scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente et invito[f] excidit, et

[v] *Non certa cognitio præceptorum diu et accurate tradenda esset, sed quædam observationes parum certæ brevi tempore essent exponendæ.*

[w] *Obstinatiorem.*

Harl. *scire.* Mox, *ita putasset* Pearc. in ed. 2.—7 Vocc. *in illo numero* delevit Schutz. quæ extant in Erl. 1. 2. Junt. et recentt. edd. *in eo numero* exhibent Guelf. 2. 3. Rom. et Kob.—8 Erl. 1. *quibus conscientia.* Mox, *opinio immittenda* ed. s. l. et a.—9 *Quibus dicere* Oxon. ε, Erl. 1. 2. et edd. vett. *Quibus* deest in Oxon. δ. *In quibus d.* Rom. Kob. et ed. s. l. et a. Ab ed. W plane absunt *Quibus dicere.* Gulielmus malebat *e quibus.* Pro vulgg. *Carneades,* quod est in Erl. 2. Rom. Kob. Junt. &c. *Charmadas* reposuit Pearc. auctoritate Bod. Harl. 1. Joan. quibuscum consentit Erl. 1. *Quibus adjicere, &c.* conj. Hotoman. *Quibus subjicere* Pearc. Mox, *veh. ammirari* Erl. 1. *veh. admirari* Erl. 2. Rom. Kob.—10 Oxon. U, *et propugnacem.*

CAP. XXI. 1 *Itaque ego* Oxon. U, Guelf. 1. Erl. 1. 2. Schutz. et Harl.

NOTÆ

[e] *Me sibi perfacilem*] Cum artium imperitum se simularet Antonius, non erat quod doctissimorum sententiam acrius impugnaret, ut Crassus, quem omni disciplina perpolitum esse constabat.

[f] *Me imprudente et invito*] M. Antonius 'idcirco se aiebat nullam orationem scripsisse, ut, si quid superiore judicio actum, ei, quem postea defensurus esset, nociturum foret, non dictum a se affirmare posset.' Val. Max. VII. 3.

pervenit in manus hominum,[x] disertos me cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem:[2] quod eum statuebam disertum, qui posset satis acute, atque dilucide, apud mediocres homines, ex communi quadam opinione,[3] dicere: eloquentem vero, qui mirabilius et magnificentius augere posset atque ornare, quæ vellet, omnesque omnium rerum, quæ ad dicendum[4] pertinerent, fontes animo ac memoria contineret. Id si est difficile nobis, qui ante, quam ad discendum ingressi sumus, obruimur ambitione et foro;[y] sit tamen in re positum atque natura.[z] 95. Ego enim, quantum auguror conjectura, quantaque ingenia in nostris hominibus esse video, non despero, fore aliquem aliquando, qui et studio acriore, [*p.* 93.] quam nos sumus atque fuimus, et otio ac facultate discendi majore ac maturiore, et labore atque industria superiore, cum se ad audiendum, legendum, scribendumque dediderit,[5] existat talis orator, qualem quærimus: qui jure non solum disertus, sed etiam eloquens dici possit: qui tamen, mea sententia, aut hic est jam Crassus,[6] aut, si quis pari fuerit ingenio, pluraque quam hic, et audierit, et lectitarit, et scripserit, paulum huic aliquid poterit addere.

96. Hoc loco Sulpicius, Insperanti mihi,[a] inquit, et Cottæ, sed valde optanti utrique nostrum, cecidit, ut in istum sermonem, Crasse, delaberemini. Nobis enim huc venientibus jucundum satis fore videbatur, si, cum vos de re-

[x] *In publicam lucem exivit.*
[y] *Occupamur labore petendorum magistratuum, et causarum in foro dicendarum.*
[z] *Ea difficultas et ab arte et ab homine aliquo superari potest.*
[a] *Evenit mihi præter spem et expectationem.*

Tum ego Oxon. δ, Rom. Kob. *Tumque ego* vulgg.—2 Oxon. U, *adhuc hominem.* —3 Oxon. α δ ε, *opinione mirabili.* 'Sed *mirabili* librarius oculis deceptus, ex sequenti voce *mirabilius* huc transtulisse videtur.' *Harl.* Paulo post, pro *contineret* Oxon. γ habet *continere.*—4 'Oxon. Z β, Erl. 1. ex glossa quadam, ab interprete ascripta, *quod antequam, &c.* Oxon. γ δ ε, *olim.* Oxon. Z a m. pr. *ad dicendum.* Mox, *Ego autem* Oxon. β.' *Harl.*—5 Oxon. Z, Erl. 1. 2. *dederit;* Oxon. α β γ ε, Guelf. 2. Junt. Victor. *majore opera dediderit;* Oxon. δ, Rom. et Kob. *mojore opera dederit.*—6 'Guelf. 2. 3. forsan verius, *aut jam hic est Crassus.*' Harl. 'Mox, Erl. 2. *si quis par f. ing.* atque in Oxon. δ notatur extra lineam, 'al. leg. *par.*' Edd. Rom. et Kob. *aut si quis fuerit ingenio pari;* concinnius forsan et suavius.' *Idem.* Deinde, *paulum hic aliquid* Oxon. U.—

bus aliis loqueremini,[7] tamen nos aliquid ex sermone vestro memoria dignum excipere[b] possemus; ut vero penitus in eam ipsam totius hujus vel studii, vel artificii,[g] vel facultatis disputationem pæne intimam veniretis,[8] vix optandum nobis videbatur. 97. Ego enim, qui ab ineunte ætate incensus essem studio utriusque vestrum,[c] Crassi vero[9] etiam amore, cum ab eo nusquam discederem, verbum ex eo nunquam elicere potui de vi[10] ac ratione dicendi, cum et per memetipsum egissem, et per Drusum[h] sæpe tentassem: quo in genere tu, Antoni, (vere loquar) nunquam mihi percunctanti, aut quærenti aliquid, defuisti, et persæpe me, quæ soleres in dicendo observare, docuisti. 98. Nunc quoniam uterque vestrum patefecit earum rerum ipsarum[11] aditum, quas quærimus, et quoniam princeps Crassus ejus sermonis ordiendi fuit,[d] date nobis hanc veniam,[e] ut ea, quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter persequamini. Quod quidem si erit a vobis impetratum, magnam habebo, Crasse, huic palæstræ,[f] et Tusculano tuo gratiam, et longe Academiæ illi ac Lyceo[i][12] tuum hoc suburbanum[g]

[b] *Annotare.* [c] *Qui a pueritia utrumque vestrum maxime colerem.*
[d] *Primus Crassus hunc sermonem de arte oratoria est ingressus.*
[e] *Hanc gratiam.*
[f] *Huic loco ubi mentem erudita disputatione exercebimus, quemadmodum in palæstra solet exerceri corpus ad saltandum aut arma tractanda.*
[g] *Urbi vicinum.*

7 Oxon. ε, *eloqueremini.*—8 ' Male Guelf. 2. 3. Rom. Kob. Junt. et al. *perveniretis.* Vis enim præpositionis, recte judicante Schutzio, jam in adjectivo ' intimam ' expressa est.' *Harl.*—9 ' In Guelf. 2. 3. edd. Rom. et Kob. legitur, *utriusque vestrum, Crasse, tuo vero.* Sed nihil est mutandum.' *Idem.* Oxon. α δ ε, *etiam Crasse, tuo.*—10 Gonv. Manut. et Pearc. *de via;* hoc etiam voluit Gulielm. *de vi* Erl. 1. 2. Rom. Kob. Junt. et recentt. Mox, *per me ipse* Lamb. Pro *egissem,* Oxon. α habet *exegissem.*—11 Voc. *ipsarum* deest in duobus libris ap. Orell. Paulo post, *subtiliter prosequamini* Junt.—12 *Lycio* Oxon. U, et Junt. Mox, in principe ed. s. l. et a. Rom. et Kob. deficit voc. *gymnasium.*

NOTÆ

[g] *Vel studii, vel artificii*] Decorum servat hic Tullius, qui Sulpicium adolescentem inducit dubitantem an esset ars rhetorica, quod in dubium id revocasse videretur Antonius.

[h] *Per Drusum*] C. Cotta et P. Sulpicius, qui hic loquitur, Drusi maxime familiares erant, ut supra dictum § 25.

[i] *Academiæ illi ac Lyceo*] De Academia dictum § 43. Lyceum autem gymnasium fuit prope Athenas celeberrimum, in quo docebat Aristoteles.

gymnasium[j] anteponam. XXII. 99. Tum ille, Immo vero,[1] inquit, Sulpici, rogemus Antonium, qui et potest facere id, quod requiris, et consuevit, ut te audio dicere. Nam me quidem, fateor,[2] semper a genere hoc toto sermonis refugisse, et tibi cupienti atque instanti sæpissime negasse, ut tute paulo ante dixisti. Quod ego non superbia, neque inhumanitate faciebam, neque quo tuo studio rectissimo atque optimo non obsequi vellem, præsertim cum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum, aptumque cognossem, sed mehercule istius disputationis insolentia, atque earum rerum, quæ quasi traduntur in arte, inscitia.[h][3] 100. Tum Cotta, Quoniam id, quod difficillimum nobis videbatur, ut omnino de his rebus, Crasse, loquerere, assecuti sumus; de reliquo jam nostra culpa fuerit, si te, nisi omnia, quæ percunctati erimus, explicaris, dimiserimus. 101. De his, credo, rebus, inquit Crassus, ut in cretionibus[4][k] scribi

[h] *Sed certe propterea quod non eram in hujusmodi disputatione exercitatus, et institutionum oratoriarum eram ignarus.*

CAP. XXII. 1 *Enimvero* Guelf. 2. 3. Oxon. β δ γ, Rom. Kob. s. l. et a. Med. Asc. Mox, *id* omisit Grut.—2 Ita Norf. Cant. Gonv. Mead. Harl. 1. 2. Rom. Kob. Mannt. et Lamb. *fator* deest in Grut. et vulgg. Mox, *ut* deest in iisdem.—3 'Oxon. U, *neque quod ut . . . cognovissem . . . tradentur inscientia;* Oxon. Z, *nec qui;* (ex correctore 'al. *qui;*') Erl. 1. *ne quod tuo studio;* Erl. 2. *neque ut tuo studio;* Gronov. in suo cod. reperit *ne qui tuo*, et unice veram lectionem, nec male, putat, *nec qui tuo.*' Harl. 'In vulgato verborum ordine, *quasi traduntur in arte*, non video, quid velit *quasi tradere.* Lambinus sic verba collocat, *quæ quasi in arte traduntur, inscitia;* et hunc ordinem servant Cant. Harl. 1. 2. Wag. Gonv. Norf. Bal. Mag. Joan.' *Pearc.* 'Ita quoque Erl. 1. 2. nisi ut habeant *inscientia.* Voc. *in arte* absunt ab edd. s. l. et a. Med. Asc. et probat Grut. quia, 'tradere' sit artis verbum; sed recte dissentit Ernesti. Ab ed. Lips. abest *in.* Mox, *quoniam quod,* omisso *id*, Erl. 1. 2. Dein, in Erl. 2. *rebus Crassus loqueretur* in textu, sed in margine, *Crasse loquerere.*' Harl.—4 Erl. 2. Oxon. δ, Guelf. 1. 2. 3. *in certionibus;* Rom. Junt. Kob. *in certioribus;* alii libri *in critionibus;* aut *in conditionibus;* aut *in orationibus.* Cod. Monach. habet *in cautionibus*, et in marg. *creationibus.* Victor. conj. *cretionibus;* et sic plane Erl. 1. et cod. Oxon. ap. Cockman. Mox, *de*

NOTÆ

Gymnasium] Locus ubi exercentur corpora saltu, cursu, luctatione: a γυμνὸς *nudus*, quia in istis exercitationibus graviores vestes deponebant, ut essent expediti. Metaphorice significat locum, ubi animi literis humanioribus informantur.

[k] *Ut in cretionibus*] Cretio, inquit Ulpianus, est certorum dierum spatium quod datur instituto hæredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hæreditatem. Cretio duplex

solet, 'Quibus sciam, poteroque.'[i] Tum ille,[j] Namque quod[5] tu non poteris, aut nescies, quis nostrum tam impudens est, qui se scire aut posse postulet?[6]

Jam vero, ista conditione, dum mihi liceat negare, posse quod non potero, et fateri, nescire quod nesciam, licet, inquit Crassus, vestro arbitratu percunctemini.[7] 102. Atque, inquit Sulpicius, hoc primum ex te, de quo modo Antonius exposuit, quid sentias, quærimus: existimesne artem aliquam esse dicendi. Quid? mihi nunc vos, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo otioso et loquaci, et fortasse docto, atque erudito, quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? Quando enim me ista curasse, aut cogitasse arbitramini, et[8] non semper irrisisse potius eorum hominum impudentiam, qui cum in schola assedissent, ex magna[9] hominum frequentia dicere juberent, si quis quid quæreret? 103. Quod primum ferunt Leontinum[1] fecisse Gorgiam: qui permagnum quiddam suscipere ac profiteri videbatur, cum se ad omnia, de quibus quisque audire

[i] *Vobis respondebo, modo sciam, aut possim, ut in jure loquuntur.*
[j] *Cotta.*

quibus sciam Victor.—5 *Nam quod* Erl. 1. 2. Guelf. 1. Schutz. et Harl.—6 Purgold. in Obss. Crit. ad Sophocl. Eurip. Anthol. Gr. et Cic. Jen. et Lips. 1802. p. 329. legendum putabat, *qui te scire postulet.*—7 'In cod. Erl. 1. post *quod nesciam* ponitur punctum, atque a verbo *licet* nova incipit lineola. In eodem cod. actutum, *Atqui inquit hoc extende* (pro *ostende*, uti quidam habent codd.) *quo modo . . . dicendi. Quid mihi vos nunc inquit Crassus* (*vestro arbitratu percunctemini*) *tanquam, &c.* Verba autem in parenthesi, etiam in cod. inclusa ab interprete quodam profecta esse videntur. In Erl. 2. *Atqui, inquit Sulpicius,* (quod nomen a manu secunda superscriptum est) *hoc de quo modo, &c.* In edd. Rom. et Kob. *Atqui* (uti quoque est in quatuor codd. Oxon. et in ed. Junt.) *inquit Sulpicius hoc ostendi, quod modo Antonius, &c.* Oxon. U Z β ε, *ostende;* Z autem a prima manu habuit *os extende.*' Harl.—8 Copula *et* omittitur in Guelf. 2. 3. Mox, Guelf. 1. 3. Erl. 1. *imprudentiam.*—9 Oxon. U, Erl. 2. *et in magna.* Loco *juberent*, Oxon. U, et a prima manu Erl. 2. *auderet;* in marg. tamen *juberent;* Guelf. 1. Oxon. γ, et Oxon. δ in marg. *auderent.* Paulo post, *permagnum quoddam* Oxon. U. Guelf. 3. *profiteri ac suscipere.* 'Ordine

NOTÆ

est: alia vulgaris, in qua adjiciuntur hæc verba, 'quibus scieris poterisque;' alia continua, in qua non adjiciuntur. Legunt alii, *ut in conditionibus*, quæ pactiones sunt certa lege et conditione fieri solitæ.

[1] *Leontinum*] Ex urbe Leontio in Sicilia; nunc auctore Nigro dicitur *Lintini.*

vellet, esse paratum[10] denuntiaret. Postea vero[m] vulgo hoc facere cœperunt, hodieque faciunt, ut nulla sit res, neque tanta, neque tam improvisa, neque tam nova, de qua se non omnia,[11] quæ dici possunt, profiteantur esse dicturos. 104. Quod si te, Cotta, arbitrarer, aut te, Sulpici, de iis rebus audire velle, adduxissem huc Græcum aliquem, qui vos[12] istiusmodi disputationibus delectaret: quod ne nunc quidem difficile factu est.[13] Est enim apud M. Pisonem,[n] adolescentem jam[14] huic studio[k] deditum, summo hominem ingenio, nostrique cupidissimum, peripateticus Staseas,[o] homo nobis sane familiaris, et, ut inter homines peritos constare video, in illo suo genere omnium princeps. XXIII. 105. Quem tu, inquit, mihi, Mucius,[1] Staseam, quem peripateticum narras? gerendus est tibi mos adolescentibus,[l] Crasse; qui non Græci alicujus quotidianam loquacitatem sine usu, neque ex scholis cantilenam[m] requirunt, sed ex homine omnium sapientissimo atque eloquentissimo, atque ex eo, qui non in libellis,[n] sed in maximis causis, et in hoc domicilio[o] imperii et gloriæ, sit consilio linguaque princeps, cujus vestigia persequi[2] cupiunt,[p] ejus

[k] *Philosophiæ.* [l] *Debes obsequi adolescentibus.* [m] *Inanem declamationem.*
[n] *Plenis formularum declamandi.* [o] *In hac urbe Roma.*
[p] *Quem imitari volunt.*

minus apto.' *Harl.*—10 Erl. 1. 2. *se paratum.* Guelf. 1. omittit *esse.*—11 Mead. Mag. Harl. 1. 2. Erl. 2. et Lamb. *de qua non se omnia.* Postea, auctoritate codd. Erl. 1. 2. et Guelf. 1. 2. 3. Harl. rescripsit *quæ dici possint,* pro vulgato *q. d. possunt;* quod etiam in Oxon. U δ legitur. Contra, Oxon. Z, *q. d. possent.*—12 Vulgo, etiam Erl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 3. Rom. Kob. Junt. Victor. Man. Grut. *nos;* Cant. Wag. Mead. Mag. Harl. 1. 2. Schutz. et Harl. *vos.*—13 Schutz. *est difficile factu.*—14 Voc. *jam* deest in duobus ap. Orell.

CAP. XXIII. 1 Ita Gonv. Harl. 1. 2. Erl. 2. Junt. Grut. Lamb. et Schutz. *Quem tu mihi, inquit Mutius* vulg. et Harl. Mox, *tibi* omittitur in edd. Rom. et Kob. Dein, *alicujus* deest in Erl. 1. 2.—2 ' Erl. 1. 2. Rom. Kob. Vict. Junt. al. vett. *vestigia qui persequi;* et Ursin. voc. *qui* ad illustrandam senten-

NOTÆ

[m] *Postea vero, &c.*] Multi post Gorgiam extemporalis eloquentiæ laudem aucupati sunt, ut Protagoras, Prodicus, Thrasymachus, Eleas, et alii.

[n] *M. Pisonem*] De quo satis fuse Tullius in Bruto.

[o] *Staseas*] Peripateticus philosophus, patria Neapolitanus. Cic. de Fin. l. v.

sententiam sciscitantur. 106. Equidem te cum in dicendo semper putavi Deum,[q] tum vero tibi nunquam eloquentiæ majorem tribui laudem, quam humanitatis: qua nunc te uti vel maxime decet, neque defugere eam disputationem, ad quam te duo excellentis ingenii [3] adolescentes cupiunt accedere.

107. Ego vero, inquit,[r] istis obsequi studeo,[s] neque gravabor breviter meo more, quid quaque de re sentiam, dicere. Ac primum illud (quoniam auctoritatem tuam negligere,[t] Scævola, fas mihi esse [4] non puto) respondeo, mihi dicendi aut nullam artem, aut pertenuem videri, sed omnem esse contentionem inter homines doctos in verbi controversia positam.[u] 108. [*p.* 94.] Nam si ars ita definitur, ut paulo ante exposuit Antonius, ex rebus penitus perspectis,[5] planeque cognitis, atque ab opinionis arbitrio sejunctis,[v] scientiaque comprehensis; non mihi videtur ars oratoris esse ulla. Sunt enim varia, et ad vulgarem popularemque sensum accommodata omnia genera hujus forensis nostræ dictionis. 109. Sin autem ea, quæ observata sunt in usu [p] ac ratione [6] dicendi, hæc ab hominibus calli-

[q] *Divina quadam eloquentia præditum.* [r] *Crassus.* [s] *Cupio.*
[t] *Id omittere quod auctor es mihi ut faciam.*
[u] *In definitione hujus vocis, ars, quæ definitio vocatur in controversiam.*
[v] *Opinione quæ pro hominum arbitrio mutatur.*

tiam necessarium putarat; sed immerito.' *Harl.*—3 Guelf. 1. Erl. 1. 2. Schutz. et Harl. *excellentes ingenii;* Oxon. U Z, *excellentes ingeniis.* 'Mox, *accedere minime decet* Oxon. U et Erl. 2. in quo tamen et Erl. 1. post *vel maxime* omissum est *decet*, hoc vero in Erl. 2. a m. sec. in margine additum, et post *maxime* in utroque *denique defugere* legitur, quod quidem in Erl. 2. a m. sec. mutatum est in *neque;* unde altera lectio in fine *minime decet* intelligi potest.' *Harl.*—4 Voc. *esse* deest in quibusdam libris.—5 'In Erl. 1. 2. extat, *Nam si ars ista d. ut p. a. deposuit antonius ex rebus, &c.* In cod. Oxon. Z est quoque *deposuit.* In plurimis edd. legitur, *Nam si ars ita definitur.* Atque Schutz. quem secutus sum, omisit *ita* et *ex.*' Harl.—6 Guelf. 1. 2. 3. Erl. 1. Oxon. U, *et tractione;* Erl. 2. a m. pr. *ac ratione;* sed a m. recent. *ac tractitione.* Hinc

NOTÆ

[p] *Quæ observata sunt in usu*] Ad artem notione populari receptam quatuor hic requirit Crassus: 1. ut vir callidus ac prudens ea diligenter observet, quibus, v. g. in dicendi facultate, facilius quispiam persuadet. 2. ut observationes suas conscribat. 3. tria dicendi genera, judiciale, exornativum, ac deliberativum clare explicet. 4. illa genera distribuat in partes, puta in constitutiones conjecturales, definitivas, juridiciales, &c.

dis ac peritis animadversa ac notata, verbis designata,[7] generibus illustrata, partibus distributa sunt, (id quod fieri potuisse video) non intelligo, quamobrem non, si minus illa subtili definitione, at hac vulgari opinione, ars esse videatur. Sed sive est ars, sive artis quædam similitudo, non est quidem ea[8] negligenda: verum intelligendum est, alia quædam ad consequendam eloquentiam esse majora.

XXIV. 110. Tum Antonius vehementer se assentire[1] Crasso dixit, quod neque ita amplecteretur artem, ut ii solerent, qui omnem vim dicendi in arte ponerent, neque rursum eam totam, sicut plerique philosophi facerent, repudiaret. Sed existimo, inquit, gratum te his, Crasse, facturum,[2] si ista exposueris, quæ putas ad dicendum plus, quam ipsam artem posse prodesse.

111. Dicam equidem, quoniam institui,[w] petamque a vobis, inquit, ne has meas ineptias efferatis:[x] quanquam moderabor ipse,[y] ne, ut quidam magister atque artifex, sed quasi unus e togatorum[q] numero,[z] atque ex forensi usu homo mediocris, neque omnino rudis, videar, non ipse aliquid a me promsisse,[a][3] sed fortuito in sermonem ves-

[w] *Incepi.*
[x] *Ne communicetis cum aliis, quæ a me parum apte ad tantam rem dicentur.*
[y] *Hunc adhibebo modum in dicendo.*
[z] *E numero civium.*
[a] *Aliquid novi inventum a me afferre.*

Schutz. et Harl. *ac tractatione.* Oxon. U, paulo ante, *quæ observantur.*—7 In Erl. 1. 2. *ab omnibus, &c.* in Erl. 1. *verbis definita;* in Erl. 2. *verbis diffinita;* in Oxon. Z γ, *verbis finita.* 'Sed vulgatum mutare nolui; nec tamen a Wetzelio dissentiam, *definita* meliorem et certiorem videri lectionem.' *Harl.* —8 Erl. 1. *non est ea quædam;* Erl. 2. a m. sec. Rom. Kob. Omnib. Lamb. et Harl. *non est ea quidem.*

CAP. XXIV. 1 Rom. Kob. Vict. Junt. *assentiri.*—2 Junt. et Victor. *te his esse, Crasse, facturum;* Rom. Kob. *te his esse facturum.*—3 'Vide, lector, annon ed. Ven. et codd. Norf. Mag. Mead. Harl. 1. Cant. Bal. Wag. Non. Joan. suggerant verissimam lectionem *promisisse;* quibus si fides adhibenda sit, sic locum refingas, *non ipse aliquid de me promisisse, sed fortuito in sermonem vestrum incidisse.*' Pearc. Guelf. 1. 3. Erl. 1. 2. Rom. Kob. etiam *pro-*

NOTÆ

Quæ cum quis collegerit accurate, artem eloquentiæ tradiderit.

[q] *Togatorum*] Ut pallium Græcorum erat proprium, adeoque palliati vocabantur; ita a toga, qua Romani utebantur, togatorum nomen habuere. Virgilius, 'Romanos rerum dominos gentemque togatam.'

trum incidisse. 112. Equidem, cum peterem magistratum,[4] solebam in prensando[r] dimittere a me Scævolam,[b] cum ei ita dicerem, me velle esse ineptum: id erat petere blandius: quod nisi inepte fieret, bene non posset fieri.[c] Hunc autem esse unum hominem[5] ex omnibus, quo præsente ego ineptus esse minime[6] vellem: quem quidem nunc mearum ineptiarum testem et spectatorem fortuna constituit. Nam quid est ineptius, quam de dicendo dicere; cum ipsum *dicere*[7] nunquam sit non ineptum, nisi cum est necessarium? Perge vero, Crasse, inquit Mucius. 113. Istam enim culpam, quam vereris, ego præstabo.[d]

XXV. Sic igitur, inquit Crassus, sentio,[1] naturam[s] pri-

[b] *Cum cives quibus jus erat suffragii blande salutarem et amplexarer, solebam rogare Scævolam, ut abiret.*

[c] *Velle me ad vilia quædam obsequia dignitati meæ parum congruentia descendere, blanditiis populum demereri, quod recte fieri non posset, nisi ad ineptias me demitterem.*

[d] *In me suscipio quam times culpam: scio te nihil inepte facturum.*

misisse. 'Attamen jam Gronov. lectionem *promsisse* absurdam esse, et *promisisse*, quod ei cod. suggessit, verissimum et commodissimum judicarat. Atque Schutz. lectionem *promisse* improbans reddidit *a me* (h. e. mea sponte, non admonitum vel inductum ab aliquo,) *promisse;* jure tamen Pearcii opinionem, *de me promisisse*, rejicit. Codd. Oxon. Z β δ ε, *permisisse* et paulo ante *ex oratorum* [loco *togatorum*] *numero*, quæ lectio ex glossa orta esse videtur.' *Hart.* 'Videtur delendum esse *non*, nisi illud anacoluthi accurare velis.' *Mathiæ.*—4 Sic codd. Erl. 1. 2. (in quibus tamen est *equidem* pro *peterem*) Rom. Kob. Schutz. et Harl. pro vulgg. *magistratus.* Mox, verba, *id erat petere blandius . . . fieri*, Gulielm. circumsepsit uncis, tanquam librariorum, eique assentiuntur Grut. et Wetzel.—5 Mag. Harl. 2. Pearc. Lamb. et Harl. *esse hominem unum;* Erl. 2. *Hunc autem semper indicavi hominem unum.*—6 Guelf. 1. Schutz. et Harl. *ego ineptum esse me minime;* quam lect. probat Heusinger. ad Cic. de Offic. II. 22. *ineptum me* Oxon. U. Censor Lips. malit, *ego me ineptum esse m. velim.*—7 Ita Joan. Wag. Gonv. Magd. Harl. 2. Erl. 1. 2. Rom. Kob. *id ipsum dicere* Oxon. U Z δ, (sed in δ additur *id* a nupera manu,) Oxon. ε, Grut. et vulgg. ante Ernesti. Mox, *nunquam non sit ineptum* Erl. 2.

CAP. XXV. 1 Erl. 1. *Sic igitur inquit sentio Crassus;* Erl. 2. Pannart. Val.

NOTÆ

[r] *Solebam in prensando*] Id paulo fusius explicat Val. Max. l. IV. c. 5. 'Consulatum petens L. Crassus, cum omnium candidatorum more circum forum supplex populo ire cogeretur, nunquam adduci potuit, ut id præsente Q. Scævola, gravissimo et sapientissimo viro, socero suo, faceret. Itaque rogabat eum ut a se, dum ineptæ rei deserviret, discederet: majorem verecundiam dignitatis ejus, quam candidæ togæ suæ respectum agens.'

[s] *Naturam*] Consule not. in § 15. hujus libri.

mum, atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam: neque vero istis, de quibus paulo ante dixit Antonius, scriptoribus artis, rationem dicendi et viam, sed naturam defuisse.[e] Nam et animi atque ingenii celeres quidam motus esse debent, qui et ad excogitandum[2] acuti, et ad explicandum ornandumque sint uberes, et ad memoriam firmi atque diuturni. 114. Et si quis est,[3] qui hæc putet arte accipi posse, (quod falsum est; præclare enim se res habeat, si hæc[f] accendi, aut commoveri arte possint: inseri quidem, et donari ab arte non possunt omnia; sunt enim[4] illa dona naturæ) quid de illis dicet, quæ certe cum ipso homine nascuntur? linguæ solutio,[g] vocis sonus, latera, vires,[5] conformatio quædam et figura totius oris et corporis? 115. Neque hæc ita dico, ut ars aliquid limare[6 t] non possit: (neque enim ignoro, et quæ bona sint, fieri meliora

[e] *Tisiæ et Coraci artis rhetoricæ inventoribus non institutiones oratoriæ, sed ingenium defuit.*

[f] *Hæc quæ natura largitur.* [g] *Expedita ad dicendum lingua.*

darf. s. l. et a. Mediol. Ascens. Rom. Kob. *Sic, inquit igitur Crassus sentio;* Junt. Crat. Streb. Pearc. *Sic igitur sentio, inquit Crassus;* Lallem. Gronov. Verburg. *Sic igitur censeo, inquit Crassus.*—2 Oxon. Z γ, Erl. 2. *cogitandum.*—3 'Nov. Bal. Harl. 2. Wag. et Cant. itemque edd. Rom. Kob. Ven. Mediol. et Lamb. habent *sed si quis est.*' Pearc. 'At minus bene. Teste Mull. in Disp. Cit. p. 15. edd. princeps s. l. et a. atque Valdarser. totum locum ita exhibent, *Sed quis est, qui hæc putet . . . posse? Quod falsum est, præclare enim res se habet, . . . omnia; . . . naturæ: quid de illis dicam . . . corporis? Neque enim h. i. d. ut a. aliquos l. n. p. . . . bona sunt . . . oratorum numero, &c.* In h. l. ita quoque variant libri: *hæc putat arte* Oxon. U, Erl. 1. 2. Rom. et Kob. *percipi* Oxon. ε; *hac percipi p. id falsum est, . . . non possint omnia* Oxon. U; *se res habet* Rom. Kob. *quid de illis dicam* Erl. 1. 2. Oxon. U β δ ε, Rom. Kob. et Ald. *latera, aures, conform.* Erl. 1. 2. Oxon. U; *Neque enim hæc . . . aliquos limare* Erl. 1. 2. Oxon. U Z, Rom. et Kob. *quæ bona sunt* Rom. Kob. *quæ optima non aliquo* Erl. 1. *in orat. numero ven. n. p.* Rom. et Kob.' *Harl.*—4 '*Non possunt; omnia sunt enim, &c.*] Ita cum Ascens. locum interpungo; nec aliter Cant. Junn. et Harl. 1. 2. in quibus vox *omnia* cum majuscula litera initiali scribitur.' *Pearc.* Ernesti malebat deleri *omnia.* Schutz. illa verba, *omnia; sunt enim illa dona naturæ,* plane delevit. In eadem sententia versatur Wetzel. qui cum Grutero voc. *omnia . . . naturæ* uncis inclusit. Atque cum Wetzelio F. C. Wolf. ad versionem p. 468. voc. *omnia* contendit esse glossam, saltem conjungi non debere cum τῷ *possunt.*—5 'Sic fere libri et scripti et impressi. Fortasse sic sananda est sententia, *linguæ solutio, vocis sonus, laterum vires, confirmatio quædam et figura totius oris et corporis.* Joan. a nupera tamen manu, habet *laterum vires.*' Pearc. Erl. 1. *latera, aures, conformatio;* et sic quoque in cod. Oxon. U, et Erl. 2. a pr. m. sed a m. sec. cor-

NOTÆ

[t] *Ut ars aliquid limare*] Ars naturæ dotes perficit, corrigit vitia, ut liquet

posse doctrina; et quæ non optima, aliquo modo acui tamen et corrigi posse:) sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu, motuque corporis vasti[h] atque agrestes, ut, etiamsi ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum[7] venire non possint. Sunt autem quidam ita in iisdem rebus habiles, ita naturæ muneribus ornati,[8] ut non nati, sed ab aliquo Deo ficti esse videantur. 116. Magnum quoddam est onus[9] atque munus, suscipere, atque profiteri, se esse, omnibus silentibus, unum maximis de rebus, magno in conventu hominum, audiendum. Adest enim fere nemo, quin acutius atque acrius vitia in dicente, quam recta videat: ita, quicquid est, in quo offenditur, id etiam illa, quæ laudanda sunt, obruit. 117. Neque hæc in eam sententiam disputo, ut homines adolescentes, si quid naturale forte non habeant,[i] omnino a dicendi studio deterream. Quis enim non videt,[10] C. Cœlio,[u] æquali meo,[j] magno honori fuisse, homini novo,[k][11] illam ipsam, quamcumque assequi

[h] *Incompositi in gestu.* [i] *Si quo naturæ dono careant.*
[j] *Qui ejusdem mecum fuit ætatis.* [k] *Cujus majores nobiles non fuerunt.*

rectum est *vires.*—6 Joan. Harl. 1. Gonv. Rom. Kob. Ven. et Mediol. *aliquos limare.* Erl. 1. 2. *Neque enim hæc ita dico, ut a. aliquos, &c.* Mox, Erl. 1. 2. Rom. Kob. *quæ bona sunt.* Deinde, Erl. 1. *quæ optima non aliquo.*—7 Rom. et Kob. *in orat. numero.*—8 Ita Cant. Wag. Gonv. Nov. Bal. Mag. Mead. Harl. 1. 2. Joan. Erl. 1. 2. Rom. C. Steph. Ven. Mediol. et Lamb. *ita hisdā rebus habiles, &c.* Kob. Vulgata lectio, jam ab Aldo edita, sic se habet, *ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati.* Vid. Nott. Varr. Mox, loco *ficti* in Erl. 1. 2. extat *electi;* Ernesti conj. *facti.* Idem post *non nati* excidisse *ad dicendum* arbitratur.—9 *Magnum quiddam est, onus* Junt. Crat. Victor. *Magnum quiddam est, hoc onus* al. ap. Harl. Mox, *ac profiteri* Nizol. legit, probatque Schutz. ne bis recurrat *atque.* Oxon. U, *qui non,* loco *quin in.* Oxon. Z β γ δ ε, *et vitia judicet, quam r. v.* Erl. 1. *indicet.*—10 Ita Bal. Nov. Gonv. Norf. Mag. Mead. et Joan. Erl. 2. et Erl. 1. a m. pr. *videat* Erl.

NOTÆ

exemplo Demosthenis. Ad eloquentiam et ingenio et arte opus est, quod ad poësim requirebat Horatius in Arte, 'Natura fieret laudabile carmen, an arte, Quæsitum, est; ego nec studium sine divite vena, Nec rude quid prosit video ingenium: alterius sic Altera poscit opem res, et conjurat amice.'

[u] *C. Cœlio*] De quo Tullius agit in Bruto; ut et de Q. Vario, de quo ibi multo sentit honorificentius quam hoc libro.

potuerit, in dicendo mediocritatem? Quis vestrum æqualem,[12] Q. Varium, vastum hominem atque fœdum, non intelligit, illa ipsa facultate, quamcumque habet,[13] magnam esse in civitate gratiam consecutum? XXVI. 118. Sed quia de oratore quærimus, fingendus est nobis oratione nostra, detractis omnibus vitiis, orator, atque omni laude cumulatus.[1] Neque enim, si multitudo litium, si varietas causarum, si hæc turba, et barbaria forensis[l] dat locum vel vitiosissimis oratoribus, idcirco nos hoc,[m] quod quærimus, omittemus. Itaque[2] in iis artibus, in quibus non utilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio, quam diligenter, et quam prope fastidiose judicamus! Nullæ enim lites,[v] neque controversiæ sunt, quæ c ogant homines, sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. 119. Est igitur oratori diligenter providendum, non uti illis satisfaciat, quibus necesse est:[n] sed ut iis admirabilis esse videatur, quibus libere liceat judicare.[o] Ac, si[3] quæritis, plane, quid sentiam, enuntiabo apud homines familiarissimos, quod adhuc semper tacui, et tacendum putavi. Mihi etiam, quique optime dicunt,[4] quique id facillime atque ornatissime facere possunt, tamen, nisi timide ad dicendum

[l] *Indocta judicum et litigatorum turba.*
[m] *Quæ sint oratoris perfecti dotes.*
[n] *Quorum causam agit.* [o] *Ceteris auditoribus.*

1. a m. sec. Rom. Kob. Ald. Grut.—11 'Gronov. lectionem cod. Joan. pro verissima amplectitur *fuisse omnino illam*, cui consensit Harl. 1.' *Pearc.* Ita quoque Erl. 1. 2. *homini novo* Rom. Kob. Ald.—12 Bod. Harl. 2. Gonv. Erl. 2. Rom. Kob. Ald. Junt. Victor. Lamb. Grut. *æqualem meum;* Erl. 1. *æqualem meumque.* Car. Steph. testatur, vocem *meum* a quibusdam veteribus libris abesse.—13 Erl. 1. 2. Rom. Kob. Omnib. et Gronov. *habuit.*

CAP. XXVI. 1 Ita Cant. Nov. Gonv. Bod. Mag. Wag. Mead. Harl. 2. Ven. Asc. Streb. Man. Lambin. R. Steph. Rom. Kob. *cumulandus* Erl. 1. 2. et vulgg. ante Pearc.—2 *Itaque* ab hoc loco maxime aliena videtur Mullero. 'Fidenter igitur, ait, lego *Atque*, quod nexus postulat, et propter compendiariam scriptionem facile mutari potuit.'—3 *At si* conj. Harl.—4 Schutz. et

NOTÆ

[v] *Nullæ enim lites*] Hæc est Crassi sententia. Oratores malos ferimus, propterea quod litibus et forensi negotio carere homines non possunt, aut etiam nolunt: theatro autem et ejusmodi artibus, in quibus est tantum oblectatio, possunt carere; unde malos actores pati non possunt.

accedunt, et in exordienda [5] oratione perturbantur,[w] pæne impudentes videntur: tametsi id accidere non potest.[p] 120. Ut enim quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem, variosque eventus [x] orationis, expectationemque hominum pertimescit. [*p.* 95.] Qui vero nihil potest dignum re, dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficere atque edere, is mihi etiamsi commovetur [6] in dicendo, tamen impudens videtur. Non enim pudendo,[q] sed non faciendo id, quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus.[r] 121. Quem vero non pudet (id quod in plerisque video) hunc ego non reprehensione [s] solum, sed etiam pœna [t] dignum puto. Equidem et in vobis animadvertere soleo, et in me ipso [7] sæpissime experior, ut exalbescam [u] in principiis dicendi, et tota mente, atque omnibus artubus contremiscam. Adolescentulus vero sic initio accusationis exanimatus sum, ut hoc summum beneficium

[p] *Quamvis id fieri non possit, ut, qui optime dicit, in exordio non perturbetur.*
[q] *Pudorem tantummodo ac metum significando.*
[r] *Facere debemus, ne videamur ac dicamur impudentes.*
[s] *Quæ pœna est animi.* [t] *Corporis.* [u] *Pallore.*

Harl. *qui quam optime;* Erl. 1. 2. *quoque optime.*—5 Sic Rom. Kob. Ald. Pearc. Schutz. et Harl. *ordienda* Erl. 1. 2. Gronov. Pro *accedunt,* Oxon. α habet *accedant.* Tum *statim perturbentur* Oxon. ε. *id non accidere non potest* Man.—6 Ita Erl. 1. 2. at *commoveatur* Oxon. δ, Rom. Kob. W. et ceteræ edd. ante Ald. *commoveretur* Oxon. Z.—7 Pearc. in ed. 2. *in me ipse.* Paulo ante, *animum advertere,* pro *animadvertere,* Erl. 1. 2. Oxon. U. Mox, pro *exalbes-*

NOTÆ

[w] *Perturbantur*] Id de se ipse Cicero fatetur orat. in Q. Cæcilium, quæ Divinatio dicitur: 'Ita Deos mihi velim propitios, ut, cum illius diei mihi venit in mentem, quo die, citato reo, mihi dicendum sit, non solum commoveor animo, sed etiam toto corpore perhorresco.' Et pro Deiotaro: 'Cum in omnibus causis gravioribus initio dicendi commoveri soleam vehementius, quam videtur vel usus, vel ætas mea postulare; tum in hac causa ita me multa perturbant, ut quantum mea fides studii mihi afferat ad salutem regis Deiotari defendendam, tantum facultatis timor detrahat.'

[x] *Varios eventus*] Ita nonnunquam perturbantur egregii oratores, ut in dicendo hæreant. Obmutuit Demosthenes præsente Philippo Macedonum rege: obmutuit Theophrastus apud Athenienses orationem habiturus. Cicero ipse, exceptus acclamatione Clodianorum, ut refert Asconius, non ea, qua solitus erat, constantia dixit.

Q. Maximo[y] debuerim, quod continuo consilium[v] dimiserit, simulac me fractum ac debilitatum metu viderit.

122. Hic omnes assensi, significare inter sese, et colloqui cœperunt:[8] fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor, qui tamen non modo non[9] obesset ejus orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset.[w] XXVII. Tum Antonius, Sæpe, ut dicis, inquit, animadverti, Crasse, et te, et ceteros summos oratores, quanquam tibi par, mea sententia, nemo unquam fuit, in dicendi exordio permoveri. 123. Cujus quidem rei cum causam quærerem, quidnam esset, cur, ut in quoque oratore plurimum esset,[x][1] ita maxime is pertimesceret, has causas inveniebam duas: unam, quod intelligerent ii, quos usus ac natura docuisset, nonnunquam summis oratoribus non satis ex sententia eventum dicendi[2] procedere: ita non injuria,[y] quotiescumque dicerent, id, quod aliquando posset accidere, ne tum accideret, timere.[3] 124. Altera est hæc, de qua queri sæpe soleo; ceterarum homines artium spectati et probati,[4] si quando aliquid minus bene fecerunt, quam solent, aut noluisse, aut valetudine impediti non potuisse consequi, id quod scirent, putantur: 125. noluit, inquiunt, hodie agere[z] Roscius;[z] aut, crudior fuit:[a] oratoris peccatum, si quod

[v] *Consessum judicum.* [w] *Quia probitatem ejus ostendebat.*
[x] *Ut quisque orator eloquentissimus esset.* [y] *Non immerito.*
[z] *In theatro dicere.* [a] *Stomacho laboravit propter cibos non concoctos.*

cam, Erl. 1. 2. Rom. Kob. Ald. *expallescam.*—8 Pearc. *assensum significare et colloqui inter se cœperunt.* Ven. Mediol. Lamb. Rom. Kob. et ed. 1497. voces *inter se* subjiciunt voci *colloqui.* Harl. 2. habet *assensum.* Lectio nostra extat in Erl. 1. 2.—9 Sic Rom. Kob. Ald. et recentt. sed codd. Erl. 1. 2. et al. ap. Grut. omittunt *non modo;* Memmiani alterum *non* respuunt; atque Gruterus ait, utramque lectionem habere, quo se defendat.

Cap. XXVII. 1 'Videtur aliquid deesse.' *Ernest.* Erl. 1. *cur in quoque or. pl. esset;* Erl. 2. *cur quo in orat. pl. posset.*—2 Voc. *eventum dicendi* delent Gulielm. et Grut. Mox, *ne tum illud ipsum accideret,* maluerunt Lambin. in ora, et ex eo Gothofr. et sic in Oxon. α; *ne illud ipsum* in cod. Erl. 2. Oxon. γ, et ed. Ven. 1470. *ne illo ipso* Oxon. Z.—3 'Forte legendum est *timerent.* Favet conjecturæ Harl. 2. qui habet *timeret.*' Pearc.—4 Oxon. Z, *de cetera*

NOTÆ

[y] *Q. Maximo*] Q. scilicet Fabio Maximo Serviliano, qui consulatum gessit A. U. C. 611. deinde censuram a. 627. ante Chr. 127.

[z] *Roscius*] Insignis ætate Ciceronis histrio, de quo plura in his et aliis libris oratoriis Tullius.

est[5] animadversum, stultitiæ[b] peccatum videtur. Stultitia autem excusationem non habet: quia nemo videtur, aut quia crudus fuerit, aut quod ita maluerit, stultus fuisse. Quo etiam gravius judicium in dicendo subimus. Quoties enim dicimus, toties de nobis judicatur: et, qui semel in gestu peccavit, non continuo existimatur nescire gestum; cujus autem in dicendo[6] aliquid reprehensum est, aut æterna in eo, aut certe diuturna valet opinio tarditatis.[c]

XXVIII. 126. Illud vero, quod a te dictum est, esse permulta, quæ orator nisi a natura haberet, non multum a magistro adjuvaretur: valde tibi assentior, inque eo vel maxime probavi summum illum doctorem, Alabandensem[a] Apollonium, qui, cum mercede doceret, tamen non patiebatur, eos, quos judicabat non posse oratores evadere, operam apud sese perdere, dimittebatque: et ad quam quemque artem[1] putabat esse aptum, ad eam impellere atque hortari solebat. 127. Satis est enim ceteris[2] artificiis percipiendis, tantummodo similem esse hominis;[d] et id, quod tradatur, vel etiam inculcetur, si quis forte sit tardior, posse percipere animo, et memoria custodire: non quæritur mobilitas linguæ, non celeritas verborum, non denique ea, quæ nobis non possumus fingere, facies, vultus, sonus.

[b] *Ignorantiæ.*
[c] *Aut semper aut diu opinantur homines eum esse tardum et malum oratorem.*
[d] *Præditum esse ratione, ut ceteri homines præditi sunt.*

homines artium spectanti et probanti; Oxon. ε, *probati de cætu hominum.*—5 Oxon. Z, *si quidem est.* Mox, *animo adversum* Oxon. U.—6 Schutz. auctoritate codd. Guelf. 2. 3. particulam *autem*, quæ sæpe elegantius supprimitur, omisit, et laudavit Gronov. ad Heren. IV. 14. Sed in codd. Erl. et edd. vett. illa est expressa. In codd. tamen Erl. 2. Oxon. U Z, legitur *Qui autem in dicendo quid reprehensus est.*

CAP. XXVIII. 1 Ita Guelf. 1. duo ap. Lamb. Ven. Mediol. Streb. et Manut. *ad quamque artem* Guelf. 2. 3. Erl. 1. 2. *ad quamcumque artem* codd. Palat. Rom. Kob. Ald. Grut. et vulgg.—2 Guelf. 1. *Satis esse in ceteris;* Erl. 1. Oxon. U, Rom. et Kob. *Satis est enim in ceteris;* Erl. 2. *Satis ei esse in ceteris;* Guelf. 1. Oxon. Z γ, *artificiis perficiendis.* Mox, Guelf. 2. *ad id quod traditur;* Guelf. 3. *et id quod tradetur;* Erl. 2. *id quod tradatur vet leticiam inculcatur;*

NOTÆ

[a] *Alabandensem*] Ex Alabanda, quæ urbs est Asiæ Minoris in Caria. Alius Apollonius Molo, cujus supra meminit, Rhodius fuit.

128. In oratore autem acumen dialecticorum,[b] sententiæ[3] philosophorum, verba prope poëtarum, memoria jurisconsultorum, vox tragœdorum, gestus pæne summorum actorum est requirendus. Quamobrem nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inveniri potest: quæ enim, singularum rerum artifices singula si mediocriter adepti sunt, probantur, ea, nisi omnia summa sunt[4] in oratore, probari non possunt.

129. Tum Crassus, Atqui vide, inquit, in artificio[e] perquam tenui[5][c] et levi, quanto plus adhibeatur diligentiæ, quam in hac re, quam constat esse maximam. Sæpe enim soleo audire Roscium, cum ita dicat, se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem: non quo non essent quidam probabiles, sed quia, si aliquid modo esset vitii, id ferre ipse non posset. Nihil est enim tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quam id, in quo aliquid offenderis.[f] 130. Itaque ut[6] ad hanc similitudinem hujus histrionis, oratoriam laudem dirigamus,[g] videtisne, quam nihil ab eo, nisi perfecte, nihil nisi

[e] *Histrionum arte.*
[f] *Quam si peccatum admiseris quo alii offendantur.*
[g] *Ut judicemus de oratore perfecto comparatione illius cum Roscio instituta.*

Oxon. U, *tardatur ut leticiam;* et dein, *traditor* loco *tardior.*—3 Erl. 2. Oxon. U, *scientia.* Mox, *verba prudentium poëtarum* Oxon. U Z ε; *verba prudentum poëtarum* Erl. 2. *prope,* et inter lin. *prudentium,* Oxon. δ; *prope prudentium* Oxon. β. Mox, *gestum pæne summo citatiorem* Oxon. U, Erl. 2. in quo cod. Erl. actutum sequitur, *non sane mihi displicet adhibere* in cap. 34. nam magna est lacuna; desunt enim loca plura ab hoc loco usque ad cap. 34. § 156. atque post verbum *adhibere* sequitur, *Si tri fuĩs adeptus est istam locorum simulacrorum rationem quæ in arte traditur, &c.* Mox, magna lacuna est etiam in Oxon. U, omissis omnibus a *Quamobrem* usque ad *ea exercitatione,* cap. 34. § 157.—4 'Suavius legitur in Erl. 1. et Guelf. 3. *omnia sunt summa.*' Hail.—5 Guelf. 2. 3. *opera tenui;* sed Erl. 1. Oxon. δ, edd. Rom. Kob. Ald. Omnib. Nizol. *opera quam tenui;* Oxon. α β γ, *artificio opera;* Oxon. δ, *artificio et opera.* Paulo post, *id facere ipse non posset* Oxon. α a prima manu, sed correctum est

NOTÆ

[b] *Dialecticorum*] Quorum propria est subtilitas: profitentur enim artem disserendi, cujus finis est verum a falso distinguere.

[c] *Artificio perquam tenui*] Non alia vilior, si servitia exceperis, quam histrionum fuit apud Romanos conditio. Nonnullis imperatorum legibus infames declarantur in cod. Justinian. l. XI. tit. 41. aliis tamen ab infamia vindicari videntur.

cum summa venustate fiat? nihil nisi ita, ut deceat, et uti omnes moveat atque delectet? Itaque hoc jamdiu est consecutus, ut, in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere[7] Roscius diceretur. Hanc ego absolutionem perfectionemque in oratore desiderans, a qua ipse longe absum, facio impudenter: mihi enim volo ignosci, ceteris ipse non ignosco.[h] Nam qui[8] non potest, qui vitiose facit, quem denique non decet, hunc (ut Apollonius jubebat) ad id,[i] quod facere possit, detrudendum puto.

XXIX. 131. Num tu igitur,[1] inquit Sulpicius, me, aut hunc Cottam, jus civile,[d] aut rem militarem jubes discere? nam quis ad ista summa, atque in omni genere perfecta, potest pervenire? Tum ille, Ego vero, inquit, quod in vobis egregiam quandam ac præclaram indolem ad dicendum[2] esse cognovi, idcirco hæc exposui omnia: nec magis ad eos deterrendos, qui non possent, quam ad vos, qui possetis, exacuendos accommodavi orationem meam: et quanquam in utroque vestrum summum esse ingenium studiumque perspexi, tamen hæc, quæ sunt in specie posita,[e] de quibus plura fortasse dixi, quam solent Græci dicere, in te, Sulpici, divina sunt. 132. [*p.* 96.] Ego enim neminem, nec motu corporis, neque ipso habitu atque forma aptiorem, nec voce pleniorem, aut suaviorem mihi videor audisse; quæ quibus a natura minora data sunt, tamen illud assequi possunt, ut iis, quæ habeant,[3] modice et scienter utantur,

[h] *Qui hac perfectione caream, et iis qui carent non parcam, sed ad alias artes etiam invitos traduci velim.*
[i] *Ad aliquid aliud.*

ferre.—6 *Atque ut* Herel. ap. Harl.—7 Unus ap. Orell. *in eo genere.*—8 *Tamen qui* conj. Purgold.

CAP. XXIX. 1 *Num igitur* Guelf. 2. Mox, *ad ipsa summa* Mull.—2 Idem *discendum;* et mox *possunt* errore typogr.—3 Guelf. 3. Erl. 1. Rom. Kob. *quæ habent*, quod recepit Harl. Paulo ante, *tamen qui illud* Oxon. α β γ δ ε.

NOTÆ

[d] *Jus civile*] Tribus scilicet artibus operam vulgo dare solebant nobiles Romani, aut eloquentiæ, aut jurisprudentiæ, aut militiæ.

[e] *Quæ sunt in specie posita*] Quæ pertinent ad quandam corporis dignitatem, ut actio, vox, motus, et conformatio corporis.

et ut ne dedeceat.[j] Id enim est[4] maxime vitandum, et de hoc uno minime est facile præcipere, non mihi modo, qui sicut unus paterfamilias,[k] his de rebus loquor, sed etiam ipsi illi Roscio; quem sæpe audio dicere, caput esse artis, decere: quod tamen unum id esse,[5] quod tradi arte non possit. 133. Sed, si placet, sermonem alio transferamus,[6] et nostro more aliquando, non rhetorico, loquamur.[l]

Minime vero, inquit Cotta: nunc enim te jam[7] exoremus necesse est, quoniam retines nos in hoc studio, nec ad aliam dimittis artem, ut nobis explices, quicquid est istud,[8] quod tu in dicendo potes: neque enim sumus nimis avidi: ista tua mediocri[f] eloquentia contenti sumus, idque ex te quærimus, (ut ne plus nos assequamur, quam quantulum[9] tu in dicendo assecutus es,) quoniam, quæ a natura expetenda sunt, ea dicis non nimis[m] deesse nobis, quid præterea esse assumendum[n] putes? XXX. 134. Tum Crassus arridens, Quid censes, inquit, Cotta, nisi studium, et ardorem quendam amoris? sine quo cum in vita nihil quicquam[1] egregium, tum certe hoc, quod tu expetis, nemo unquam assequetur. Neque vero vos ad eam rem video esse cohortandos:[2] quos, cum mihi quoque sitis molesti, nimis etiam flagrare intelligo cupiditate. 135. Sed profecto studia nihil prosunt perveniendi aliquo, nisi illud, quod eo, quo intendas, ferat deducatque, cognoris. Quare, quoniam mihi levius quoddam onus imponitis, neque ex me de oratoris arte, sed de hac mea, quantulacumque est, facultate

[j] *Ut ne peccent contra decorum.* [k] *Non sicut artis magister in schola.*
[l] *Omittamus sermonem de præceptis oratoriis, et loquamur de iis rebus de quibus quotidie solemus inter nos loqui.*
[m] *Non omnino.* [n] *Addendum.*

—4 *Id est enim* Schæfer.—5 St. ap. Orell. *esset.*—6 Sic Erl. 1. sed *transferemus* Guelf. 3.—7 'Est, qui legit *te etiam*, ne duo coëant adverbia temporis.' *Pearc.*—8 Guelf. 3. Erl. 1. *illud.*—9 Voc. *quantulum* abest in Guelf. 3.
CAP. XXX. 1 Huldric. conj. *quisquam.*—2 Guelf. 2. 3. Rom. Kob. *adhortan-*

NOTÆ

[f] *Ista tua mediocri*] Ironice dictum: tua tibi videtur eloquentia mediocris, nobis maxima.

quæritis, exponam vobis quandam, non[3] aut perreconditam, aut valde difficilem, aut magnificam, aut gravem rationem consuetudinis meæ, qua quondam solitus sum uti, cum mihi in isto studio[4] versari adolescenti licebat. 136. Tum Sulpicius, O diem, Cotta, nobis, inquit, optatum! quod enim neque precibus unquam, nec insidiando,[o] [5] nec speculando assequi potui,[p] ut, quid Crassus ageret, meditandi aut dicendi causa, non modo[6] videre mihi, sed ex ejus scriptore[g] et lectore Diphilo suspicari liceret;[7] id spero nos esse adeptos, omniaque jam ex ipso, quæ diu cupimus, cognituros.

XXXI. 137. Tum Crassus, Atqui[8] arbitror, Sulpici, cum audieris, non tam te hæc admiraturum, quæ dixero, quam existimaturum, tum, cum ea audire cupiebas, causam, cur cuperes, non fuisse. Nihil enim dicam reconditum, nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam novum. Nam principio illud, quod est homine ingenuo liberaliterque educato dignum, non negabo me ista omnium communia et contrita[q] [9] præcepta didicisse: 138. primum, oratoris officium esse, dicere ad persuadendum accommodate: deinde, esse omnem orationem aut de infinitæ rei quæstione,[10] [h] sine designatione personarum et

[o] *Omnia clam tentando.*
[p] *Aditus omnes quibus id consequi possem vestigando.*
[q] *Pervulgata.*

dos; Erl. 1. *exhortandos.*—3 Ita tres codd. ap. Grut. et Lamb. in marg. ed. 1584. *non quandam* Guelf. 2. 3. Erl. 1. edd. vett. et Lamb. in ed. 1566.—4 Spalding. Quintil. tom. I. p. lxxix. conj. *studio.* Mox, pro *adolescenti,* quod servat Erl. 1. *adolescentem* habet Guelf. 2.—5 Bipont. *nec insinuando.* Unus ap. Orell. *neque i, neque, &c.*—6 Voc. *modo* suspectum Mullero. Wolf. ad versionem suam German. p. 470. corrigendum censet, *non videri mihi, sed modo, &c.*—7 'Legendum putavit G. Rosse, *Diphilo ne suspicari liceret.*' Pearc.

CAP. XXXI. 8 *Atquin* Lamb. in marg. ed. 1584.—9 Unus ap. Orell. *communia contrita.* Paulo ante, *liberaliter educato* Oxon. δ.—10 'Forte, *de infinita rei quæstione.*' Pearc. Mox, *et temporum* desunt in Guelf. 2. *aut temporum* habent

NOTÆ

[g] *Ejus scriptore*] Romani studiis literarum addicti, ut parcerent operæ, servos habebant quibus ad scribendum et legendum uterentur. Id Ciceroni Tyro, Crasso Diphilus præstabat.

[h] *De infinitæ rei quæstione*] Quæstio est argumentum orationis, sive id

temporum; aut de re certis in personis ac temporibus locata. 139. In utraque autem re[r] quicquid in controversiam veniat, in eo quæri solere, aut factumne sit,[i] aut, si est factum, quale sit, aut etiam quo nomine vocetur, aut, quod nonnulli addunt, rectene factum esse videatur. 140. Existere autem controversias etiam, ex[11] scripti interpretatione,[j] in quo aut ambigue[k] quid sit scriptum, aut contrarie, aut ita, ut a sententia scriptum dissideat: his autem omnibus partibus subjecta quædam esse argumenta propria. 141. Sed causarum, quæ sint[12] a communi quæstione sejunctæ,[s] partim in judiciis[l] versari, partim in deliberationibus: esse etiam genus tertium, quod in laudandis aut vituperandis hominibus poneretur: certosque esse locos, quibus in judiciis uteremur, in quibus æquitas quæreretur:[13] alios in deliberationibus, qui omnes ad utilitatem dirigerentur eorum, quibus consilium daremus: alios item in laudationibus, in quibus ad personarum dignitatem omnia referrentur. 142. Cumque esset omnis oratoris vis ac facultas in quinque partes[m] distributa, ut deberet reperire

[r] *In utroque quæstionis genere.*
[s] *Quæ finitæ sint ac certis circumstantiis alligatæ.*

Guelf. 3. Rom. et Kob.—11 Unus ap. Orell. *existere etiam controversias ex.* Mox, Guelf. 2. 3. Erl. 1. Oxon. β δ ε, Rom. Kob. *scriptura dissentiat;* Oxon. α γ, *dissentiat quæritur.* Deinde, Guelf. 2. *subjecta esse quædam.* 'Forsan suavius.' *Harl.*—12 Guelf. 3. *quæ sunt.*—13 'Sic Strebæus bene edidit.' *Pearc. quæritur* Erl. 1. Guelf. 2. 3. et edd. vett. item Lamb. et Grut. Mox, *alios*

NOTÆ

de quo quæritur. Ea quæstio, si nullis definita est circumstantiis personarum, loci, temporis, &c. vocatur infinita, et vulgo thesis, interdum etiam locus communis; v. g. an bellum sit gerendum. Si designantur personæ, locus, tempus, &c. vocatur quæstio definita, seu hypothesis, causa, controversia; v. g. an contra Cæsarem bellum sit gerendum. Vide Top. § 79. &c.

[i] *Aut factumne sit*] Hæc pertinent ad causarum constitutiones, de quibus dictum in notis ad Herenn. I. § 18.

[j] *Ex scripti interpretatione*] De qua consule l. II. ad Herenn. § 13. et 14.

[k] *Aut ambigue*] Vide lib. eundem § 16.

[l] *Partim in judiciis*] De triplici genere, judiciali, deliberativo, et exornativo diximus l. I. ad Herenn. § 2.

[m] *In quinque partes*] Inventionem scilicet, dispositionem, exornationem, memoriam, et actionem.

primum, quid diceret:[14] deinde inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque judicio dispensare[t] atque componere:[15] tum ea denique vestire atque ornare oratione: post memoria sepire:[u] ad extremum agere cum dignitate ac venustate.[16] 143. Etiam illa cognoram, et acceperam, antequam de re diceremus, initio conciliandos[n] eorum esse animos, qui audirent: deinde rem demonstrandam: postea controversiam constituendam: tum id, quod nos intenderemus, confirmandum: post, quæ contra dicerentur, refellenda: extrema autem oratione, ea, quæ pro nobis essent, amplificanda et augenda; quæque essent pro adversariis, infirmanda atque frangenda. XXXII. 144. Audieram etiam quæ de orationis ipsius ornamentis traderentur; in qua[1] præcipitur primum, ut pure et Latine loquamur: deinde ut plane et dilucide: tum ut ornate: post ad rerum dignitatem apte et quasi decore: singularumque rerum præcepta cognoram. 145. Quinetiam, quæ maxime propria essent naturæ, tamen his ipsis[2] artem adhiberi videram: nam de actione et de memoria quædam brevia, sed magna cum exercitatione præcepta[3] gustaram. In his enim fere rebus omnis[4] istorum artificum[v] doctrina versatur, quam ego si nihil dicam adjuvare, mentiar: habet enim quædam quasi ad commonendum oratorem, quo quidque referat, et quo intuens, ab eo, quodcumque sibi proposuerit, minus aberret. 146. [*p.* 97.] Verum ego hanc vim intelligo esse in præceptis omnibus, non ut ea secuti

[t] *Disponere.*
[u] *Memoria conservare et quasi claudere.*
[v] *Dicendi magistrorum.*

item, quibus in, &c. unus ap. Orell.—14 Guelf. 2. *quid diceret.* Mox, *re inventa* Guelf. 2. 3. *rem inventam* al. ap. Orell.—15 Junt. *atque disponere.* Mox, *atque ordinare* Guelf. 2. *a. ornare dictionem* Guelf. 3.—16 Junt. *et venustate.*

CAP. XXXII. 1 Schutz. in ed. maj. *in quo.*—2 Al. vett. ap. Orell. *in his ipsis.*—3 'Ms. Bod. habet *percepta.* Suspicor, Cic. scripsisse, *cum exercitatione percepta præcepta gustaram;* utraque vox hic necessaria videtur.' *Pearc.* Hanc susp. improbat Ernest.—4 Guelf. 2. *in his enim fere rebus omnibus omnis.*

NOTÆ

[n] *Initio conciliandos*] Partes orationis designat, exordium, narrationem, propositionem, confirmationem, refutationem, ac perorationem.

oratores, eloquentiæ laudem sint adepti, sed, quæ sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam observasse, atque id egisse:[w] [5] sic esse non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum: quod tamen, ut ante dixi, non ejicio: est enim etiamsi minus necessarium ad bene dicendum, tamen ad cognoscendum non illiberale.[x] 147. Et exercitatio quædam [6] suscipienda vobis est: quanquam vos quidem jampridem estis in cursu:[y] sed ii, qui ingrediuntur in stadium,[z] quique ea, quæ agenda sunt in foro, tanquam in acie,[o] possunt etiam nunc exercitatione quasi ludicra prædiscere ac meditari. 148. Hanc ipsam, inquit Sulpicius, nosse volumus: attamen [7] ista, quæ abs te breviter de arte decursa sunt, audire cupimus, quanquam sunt nobis quoque non inaudita. Verum illa mox: nunc, de ipsa exercitatione quid sentias, quærimus.

XXXIII. 149. Equidem probo ista, Crassus inquit,[1] quæ vos facere soletis, ut, causa aliqua posita consimili causarum earum, quæ in forum deferuntur, dicatis quam maxime ad veritatem accommodate: sed plerique in hoc vocem

[w] *Rebus observatis usos fuisse.*
[x] *Homine liberaliter educato dignum.*
[y] *Ista exercitatione jampridem utimini.*
[z] *Qui incipiunt studere eloquentiæ.*

—5 'Corruptam esse lect. vix est, qui non videat. Manutius edidit *atque delegisse;* male: Lamb. rectius, *atque in artem redegisse.* Sed satis sensui erit, si legamus *atque idem egisse.*' Pearc. Man. ap. Olivet. *atque selegisse.* Ernesti conj. *ad artemque redegisse,* probante Wetzel. Lambini conjecturam comprobat Wolf. 'Parum aberat quin vel Ernesti, vel Schutzii conjecturam in contextum reciperem: Schutz. enim conj. et rescripsit *digessisse,* uti jam Gesner.' *Harl.*—6 *Ea e. quædam* Erl. 1. 2. Guelf. 2. 3. et edd. vett. *At e. quædam* ed. Thanner. et Mull. *Ejus e. quædam* Manut. *Præterea e. quædam* Pearc. ex conj. Lambini; *Et e. quædam* Gulielm. Streb. Schutz. Harl. et Orell. Mox, *sed iis* Junt. Grut. al. ante Ernest. *sed ii* Erl. 1. Deinde, *ingrediuntur ad stadium* Oxon. et Palat. *ad studium* Erl. 1. Rom. Kob. Junt. *in studium* Streb.—7 Guelf. 2. 3. Schutz. et Harl. *ac tamen.*

CAP. XXXIII. 1 Heindorf. conj. *inquit Crassus.* Mox, *causa posita* Ernest.

NOTÆ

[o] *Tanquam in acie*] Forum comparatur cum acie et prælio: exercitatio vero domestica cum palæstra, in qua milites tirones ludicris certaminibus finguntur ad vera prælia.

modo, neque eam scienter, et vires exercent suas, et linguæ celeritatem incitant,[a] verborumque frequentia delectantur. In quo fallit eos, quod[b] audierunt, 'Dicendo homines, ut dicant, efficere solere.' 150. Vere enim etiam illud dicitur, 'Perverse dicere, homines, perverse dicendo, facillime consequi.' Quamobrem in istis ipsis exercitationibus,[2] etsi utile est, etiam subito[c] sæpe dicere, tamen illud utilius, sumto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere. Caput autem est, quod (ut vere dicam) minime facimus, (est enim magni laboris, quem plerique fugimus,) quam plurimum scribere. 'Stylus[p] optimus, et præstantissimus[3] dicendi effector ac magister:' neque injuria: nam si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit;[d] hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit. 151. Omnes enim, sive artis sunt loci,[4q] sive ingenii cujusdam atque prudentiæ,[e] qui modo insunt in ea re, de qua scribimus, anquirentibus[5] nobis, omnique acie ingenii contemplantibus ostendunt se[r] et

[a] *Magna celeritate declamant.* [b] *Illud axioma.* [c] *Ex tempore.*
[d] *Si oratio parata præstat extemporali, eadem certe, si fuerit scripta, meditatam duntaxat superabit.*
[e] *Omnia quæ ab arte inveniuntur sive ingenii perspicacia.*

in ed. pr. errore typogr.—2 Guelf. 2. *in ipsis istis exercitationibus.*—3 *Stylus, opt. est præst.* Oxon. γ. Mox, *non injuria* edd. vett.—4 Erl. 1. *sint loci,* probante Harl. Mox, idem codex *cujusdam ac prudentiæ.*—5 Ita Erl. 1. a m. sec. *inquirentibus* Guelf. 2. omnes Oxon. Erl. 1. a m. pr. Junt. Crat. et al. vett.

NOTÆ

[p] *Stylus*] Proprie significat graphium, hoc est, acum ferream qua Romani veteres cum in obductis cera tabulis scriberent, utebantur ad formandas in cera literas. Hic stylus sumitur pro exercitatione scribendi frequenter et per otium. Vulgo stylus est ipse modus et ratio scribendi seu conformatio certa sententiarum et verborum in oratione; quomodo Ciceronianus, Virgilianusque stylus dicitur. Interdum etiam accipitur pro reprehensione, quo sensu Tullius ait, censorium stylum pertimescere.

[q] *Loci*] Loci oratorii sunt argumentorum sedes; alii intrinseci et in ipsa causa positi, ut definitio, enumeratio partium, &c. alii extrinseci et extra rem ipsam, ut locus a fama, a testibus, &c.

[r] *Ostendunt se*] Triplex scribentium utilitas: inveniunt certius ea omnia quibus prohari ac defendi causa potest; illustres sententias seligunt; verba expendunt; quod facere non possunt qui dicunt ex tempore.

occurrunt: omnesque sententiæ, verbaque omnia, quæ sunt cujusque generis maxime[6] illustria, sub acumen styli subeant[f] et succedant necesse est: tum ipsa collocatio conformatioque verborum perficitur in scribendo, non poëtico, sed quodam oratorio numero et modo. 152. Hæc sunt, quæ clamores et admirationes in bonis oratoribus efficiunt, neque ea quisquam, nisi diu[7] multumque scriptitarit,[g] etiamsi vehementissime se in his subitis dictionibus exercuerit, consequetur: et qui a scribendi consuetudine ad dicendum venit,[h] hanc affert facultatem, ut, etiam subito si dicat,[8] tamen illa, quæ dicantur, similia scriptorum esse videantur; atque etiam, si quando in dicendo scriptum attulerit[i] aliquid, cum ab eo discesserit, reliqua similis oratio consequetur.[j] 153. Ut concitato navigio, cum remiges inhibuerunt,[9 k s] retinet tamen ipsa navis motum et cursum suum, intermisso impetu pulsuque remorum: sic in oratione perpetua,[10] cum scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum, scriptorum similitudine et vi concitata. XXXIV. 154. In quotidianis autem

[f] *Expendantur ab eo qui scribit accurate ac per otium.*
[g] *Sæpe scripserit.*
[h] *Qui dicit publice postquam privatim scripsit plurima.* [i] *Recitaverit.*
[j] *Licet aliquid dicat non scriptum, simile illi sit quod ante scriptum attulerat.*
[k] *Desierunt remos impellere.*

---6 Oxon. γ, *uniuscujusque generis maximeque.*—7 Unus ap. Orell. *nisi qui diu.* —8 Erl. 1. *subito dicat.*—9 'Lambinus recte notavit legendum *sustinuerunt*, non, ut vulgo, *inhibuerunt.*' Pearc. 'Ernesti, atque in longa nota Schutzius, vindicarunt h. l. vulgatum *inhibuerunt.*' Harl. *adhibuerunt* Erl. 1. In cod. Erl. 2. est magnus foliorum defectus.—10 Voc. *perpetua* deest in Oxon. γ. Mox, *tamen retinet* Guelf.

NOTÆ

[s] *Inhibuerunt*] In hujus vocis notione deceptum olim se fuisse fatetur Cicero ad Att. XIII. 21. 'Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet: est enim verbum totum nauticum. Quanquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges jussi. Id non esse ejusmodi, didici heri, cum ad villam nostram navis appelleretur. Non enim sustinent, sed alio modo remigant: id ab ἐποχῇ remotissimum est . . . Inhibitio autem remigum motum habet, et vehementiorem quidem, remigationis navem convertentis ad puppim.'

cogitationibus[l] [1] equidem mihi adolescentulus proponere solebam illam exercitationem maxime, qua C. Carbonem,[t] nostrum illum inimicum, solitum esse uti sciebam, ut aut versibus propositis quam maxime gravibus, aut oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem [2] comprehendere,[m] eam rem ipsam, quam legissem, verbis aliis quam maxime possem lectis, pronuntiarem: sed post animadverti, hoc esse in hoc vitii, quod ea verba, quæ maxime cujusque rei propria, quæque essent ornatissima,[3] atque optima, occupasset,[n] aut Ennius,[u] si ad ejus versus me exercerem, aut Gracchus, si ejus orationem mihi forte proposuissem: [4] ita, si iisdem verbis uterer, nihil prodesse; si aliis, etiam obesse, cum minus idoneis uti consuescerem. 155. Postea mihi placuit, eoque sum usus adolescens, ut summorum oratorum Græcas orationes explicarem:[o] quibus lectis hoc assequebar, ut, cum ea, quæ legerem [5] Græce, Latine redderem,[v] non solum optimis verbis uterer, et tamen usitatis, sed etiam exprimerem quædam verba imitando, quæ nova nostris essent,[p] dummodo essent ido-

[l] *Meditationibus ad scribendum.*
[m] *Quantum memoria poteram tenere.*
[n] *Prior usurpasset.*
[o] *In sermonem Latinum verterem.*
[p] *Quædam Latina verba de novo facerem ad Græcarum vocum similitudinem formata.*

Cap. xxxiv. 1 Omnes codd. ap. Pearc. item Guelf. 2. 3. Oxon. editio vetustissima Rom. et Kob. *concitationibus;* Manut. Junt. Wetzel. Schutz. Harl. et Orell. *commentationibus;* Erl. 1. *condcconibus;* Vict. Grut. *cogitationibus;* Lamb. et duo ap. Orell. *concertationibus.*—2 Bremius conj. *quo memoria possem.* Mox, *aliis verbis* Lamb.—3 Unus ap. Orell. *quæ maxime essent cujusque r. p. quæque ornatissima.*—4 Guelf. 2. 3. Erl. 1. Oxon. α ε, *posuissem,* quod probasse Heusingerum, annotat Schutzius.—5 Guelf. 3. Oxon. α ε, Erl. 1. Schutz. et Harl. *quæ legeram;* Crat. *quæ legerim.* Bremius conj. *quibus lectis, cum ea, quæ legeram Græce, Latine redderem, non solum hoc asse-*

NOTÆ

[t] *C. Carbonem*] Qui sibi veneno necem attulit, ut traditur in Bruto.

[u] *Ennius*] De quo diximus in notis ad Herenn. l. ii. § 34. De Graccho Cicero disserit in lib. de Clar. Oratt.

[v] *Quæ legerem Græce, Latine redderem*] 'Hoc veteres oratores optimum judicabant . . . Hoc Cicero sua ipse persona frequentissime præcipit: quinetiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc genere translatos.' Quintil. x. 5.

nea. 156. Jam vocis, et spiritus, et totius corporis, et ipsius linguæ motus et exercitationes, non tam artis indigent, quam laboris; quibus in rebus habenda est ratio diligenter, quos imitemur, quorum similes velimus esse. Intuendi nobis sunt non solum oratores, sed etiam actores, ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem pravitatemque veniamus. 157. Exercenda est etiam memoria, ediscendis ad verbum quam plurimis et nostris scriptis et alienis. Atque in ea exercitatione non sane mihi displicet adhibere, si consueris,[6] etiam istam locorum simulacrorumque rationem,[w] quæ in arte traditur. Educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili, medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra, atque in aciem[7] forensem:[q] subeundus usus omnium, et periclitandæ vires ingenii;[r] et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est.[s] 158. Legendi etiam poëtæ, cognoscenda historia, omnium bonarum artium scriptores ac doctores[8] et legendi, et pervolutandi, et exercitationis causa laudandi, interpretandi, corrigendi, vituperandi, refellendi;[9] disputandumque de omni re in contrarias partes, et, quicquid erit in quaque re, quod probabile videri possit, eliciendum atque dicendum.[10] 159. [*p.* 98.] Perdiscendum

[q] *Oportet ut orator, qui se privatim exercuit ad recte et cum dignitate dicendum, idipsum deinde in foro præstet.*
[r] *Experiendum quid possit vis ingenii.*
[s] *Id faciat in aliqua vera causa, quod in fictis causis factitavit.*

quebar, ut opt. verbis.—6 Guelf. 2. 3. *si consueveris.* Orell. de Bremii sententia distinxit, *displicet, adhibere si consueris istam, &c.*—7 Cant. Gonv. Joan. Norf. Bod. Nov. Mag. et Erl. 1. *in aciem;* Oxon. U, Rom. Kob. Junt. al. vett. omittunt *in.*—8 Ita Erl. 1. Guelf. 2. 3. Schutz. et Harl. *doctores atque scriptores legendi* Guelf. 1. Mox, idem Guelf. *laudandi et interpretandi.*—9 Voc. *refellendi* omissum est in Guelf. 1.—10 ' Vulgo, *eliciendum atque dicen-*

NOTÆ

[w] *Locorum simulacrorumque rationem*] Memoria artificialis, de qua consulendus lib. III. ad Herenn. § 34. maxime in eo continetur, ut loca et imagines quædam animo informentur, quibus velut imponantur et inhæreant ea quorum volumus meminisse. Loca sunt, v. g. domus aliqua, ubi limen, cubicula, fenestræ, &c. Imagines, aliæ sunt hominum et ferarum, aliæ rerum anima et motu carentium, ut arborum, lapidum, &c. quæ imagines certo inter se ordine collocatæ res ipsis affixas facilius exhibent. Vide Fabium XI. 2.

jus civile, cognoscendæ leges, percipienda omnis antiquitas, senatoria consuetudo,[t] disciplina reipublicæ,[u] jura sociorum,[x] fœdera,[y] pactiones, causa imperii[v] cognoscenda est: libandus[w] [11] etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos; quo, tanquam sale, perspergatur omnis oratio. Effudi vobis omnia,[x] quæ sentiebam, quæ fortasse, quemcumque [12] patremfamilias arripuissetis ex aliquo circulo,[y] eadem vobis percunctantibus respondisset.

XXXV. 160. Hæc cum Crassus dixisset, silentium est consecutum. Sed quanquam satis iis, qui aderant, ad id, quod erat propositum, dictum videbatur, tamen sentiebant celerius esse multo, quam ipsi vellent, ab eo peroratum. Tum Scævola, Quid est, Cotta? inquit, quid tacetis? [1] nihilne vobis in mentem venit, quod præterea a Crasso requiratis? 161. Immo id mehercule,[2] inquit, ipsum attendo: tantus enim cursus verborum fuit, et sic evolavit oratio, ut ejus vim atque incitationem[z] [3] aspexerim, vestigia

[t] *Quæ sit consuetudo senatus in rep. administranda.*
[u] *Politica scientia.* [v] *Ea quæ pertinent ad jura imperii.*
[w] *Modice cognoscendus.* [x] *Promiscue exposui vobis.*
[y] *Ex hominum otiose confabulantium turba.* [z] *Motum celerrimum.*

dum; sed ego cum Schutzio ejeci *atque dicendum,* quia superfluum est ac frigidum, et ista vocc. absunt codd. Guelf. 1. 2. Oxon. α ε. In cod. Erl. 1. (errore forsan librarii) omisso versu integro, exhibetur, *probabile videri leges percipienda, &c.* In codd. Palat. ap. Grut. magna quoque fuerat varietas.' *Harl.*—11 Erl. 1. Guelf. 2. 3. adjiciunt *est.* Mox, *sale, spargatur* Guelf. 3. Rom. et Kob.—12 'Codd. Erl. 1. Guelf. 2. 3. *si quemcunque;* sed *si* sapit glossam.' *Harl.*

CAP. XXXV. 1 Guelf. 1. et ed. Olivet. *quod tacetis.* Mox, Oxon. U et Rom. *quid præterea, &c.*—2 Ita plerique codd. Junt. Manut. Grut. *Immo* omittunt Erl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 3. Oxon. U Z γ δ ε, Schutz. et Harl. Mox, *tantus e. concursus* Steph. ap. Orell.—3 'Minus bene Guelf. 2. 3. *ut et ejus vim et incitationem.*' Harl. Mox, *aspexerim* deest in Oxon. U. Dein, *venerim*

NOTÆ

[x] *Jura sociorum*] Socii Romanorum dicebantur ii populi, qui vel sua sponte et bello non lacessiti societatem cum Romanis inibant; vel qui ab iis victi, certas, quibus uterentur, leges accipiebant; suas etiam fœdere constituto servabant.

[y] *Fœdera*] Multo plus habent dignitatis et cærimoniarum quam pactiones; fiunt enim fœdera vocatis Divis, dato jurejurando, occisa porca: pactiones sola voce aliquando concipiuntur, et data invicem acceptaque fide: rursum pactiones iniri cum privatis possunt, non fœdera.

ingressumque vix viderim, et tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum [a] venirem, non explicata [b] veste, neque proposito argento, neque tabulis et signis propalam collocatis, sed his omnibus multis magnificisque rebus constructis [c] [4] ac reconditis; sic modo in oratione Crassi divitias atque ornamenta ejus ingenii per quædam involucra atque integumenta perspexi: sed ea cum contemplari cuperem, vix aspiciendi potestas fuit: ita neque hoc [5] possum dicere, me omnino ignorare, quid possideat, [d] neque plane nosse, ac vidisse. 162. Quin tu igitur facis idem, inquit Scævola, quod faceres, si in aliquam domum, plenam ornamentorum, villamve [6] venisses. Si ea seposita, ut dicis, essent, tu valde [7] spectandi cupidus esses; non dubitares rogare dominum, ut proferri juberet, præsertim si esses familiaris: [8] similiter nunc petes a Crasso, ut eam copiam ornamentorum suorum, quam constructam uno in loco, quasi per transennam [z] prætereuntes [9] strictim aspeximus,

[a] *Domum plenam vestibus, signis, &c.*
[b] *Non proposita, ut quis curiose per otium inspiciat.*
[c] *In acervum congestis.*
[d] *Quænam sint illæ divitiæ quibus Crassi ingenium abundat.*

Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3. Rom. Kob. Junt. Pearc. Verburg. Schutz. et Harl. *venirem* Grut. et Gronov.—4 Lamb. 1566. *constrictis;* Lamb. *restructus.* Mox, *Crassi . . . per quædam* desunt in Oxon. U. Idem codex *volucra.*—5 Oxon. Z ε, *nec hoc ipsum.* Mox, Oxon. Z, *dicere nec omni.* Deinde, *nosce* Oxon. U. *ac invidisse* Pith. Memm. Pal. 1. Oxon. Z; *atque invidisse* Oxon. U.—6 Victorius, Lamb. Ald. et Streb. uti quoque est in Erl. 1. *domum plenam ornamentorum illam venisses,* prob. Gronov. quia in Joan. legitur *domum et plenam ornamentorum villam venisses,* copulativa *et* primaque litera vocis *villam* punctis, ut spuria, subnotata. 'Sed malim cum editione pr. et marg. cod. Nov. legere, *domum plenam o. villamve venisses.*' Pearc. *vel in villam* Rom. Kob. Lips. *ornam. in villam* Junt. Omnes Pall. habent *ullam,* aut *villam.*—7 Ex ed. W. *tu valde* recepit Ernesti; *tuque valde* Rom. Kob. Junt. Pearc. et vulgg. 'Forsan melius Erl. 1. Oxon. U Z δ ε, et Gron. *tu qui valde, . . . esses non dubit. &c.*' Harl.—8 Ita Pall. aliquot, Pith. Cant. Norf. Nov. Bod. Mag. Mead. Harl. 2. Gonv. Wag. Erl. 1. Guelf. 2. Rom. Kob. Junt. et pleræque vett. *esset* ed. princeps. Mox, *petes* Wag. Cant. Erl. 1. Guelf. 3. Manut. et Junt. *petis* Guelf. 1. Pall. et Pith. *petas* Rom. Kob. *pete* Non. *potes* Guelf. 2. Deinde, Cant. Bal. Bod. Mag. Gonv. Norf. Joan. Ven. Mediol. et Lamb. exhibent *suo quidque in loco;* Erl. 1. et Rom. *suo quicque in loco;* Pearc. *et suo quidque in loco.* 'Signum interrogationis post *collocet* rectius abjecerunt et punctum posuerunt Ernesti ac reliqui editores.' *Harl.* —9 Guelf. 1. *quum sennam quasi navim prætereuntem;* Guelf. 2. *per transen-*

NOTÆ

[z] *Quasi per transennam*] Transenna cancelli sunt fenestris oppositi, visui

in lucem proferat, et suo quidque in loco collocet. 163. Ego vero, inquit Cotta, a te peto, Scævola: (me enim, et hunc Sulpicium impedit pudor ab homine omnium gravissimo,[e] qui genus hujusmodi disputationis semper contemserit, hæc, quæ isti forsitan puerorum elementa videantur, exquirere :[f]) sed tu hoc nobis da, Scævola, et perfice,[10] ut Crassus hæc, quæ coarctavit[g] et peranguste refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet. 164. Ego mehercule, inquit Mucius, antea vestra magis hoc causa volebam, quam mea. Neque enim tantopere hanc a Crasso disputationem desiderabam, quantopere[11] ejus in causis oratione delector : nunc vero, Crasse, mea quoque etiam causa rogo, ut quoniam tantum habemus otii, quantum jamdiu nobis non contingit, ne graveris exædificare[h] id opus, quod instituisti. Formam enim totius negotii opinione majorem, meliorem-que video;[i] quam vehementer[12] probo. XXXVI. 165. Enimvero, inquit Crassus, mirari satis non queo, etiam te hæc, Scævola, desiderare, quæ neque ego teneo, uti ii, qui docent; neque sunt ejus generis, ut, si optime tenerem, digna essent ista sapientia ac tuis auribus. Ain' tu?[1] inquit ille.[j] Si de istis communibus et pervagatis vix huic ætati audiendum putas, etiamne illa negligere possumus, quæ tu oratori cognoscenda esse dixisti, de naturis hominum, de moribus, de rationibus iis, quibus hominum mentes et inci-

[e] *Crasso.*
[f] *Quæ Crassus fortasse nimis abjecta et pueris tantum explicanda credat.*
[g] *Congessit ac stipavit.* [h] *Ad fastigium perducere.*
[i] *Designationem operis primis veluti lineamentis expressam meliorem quam putabam esse video.* [j] *Scævola.*

nam navim. ' Haud recte Scioppius olim et Pareus putabant *per transennam* ortum esse ex *prætereuntes.*' Harl.—10 Ita Erl. 1. sed Guelf. 1. Palat. aliique ap. Grut. *sed tu hanc nobis veniam, Scævola, perfice.*—11 Gron. *tanto opere . . . quanto opere ;* Rom. et Kob. *tantopere . . . quanto opere.*—12 Verba, *opinione maj. . . . vehementer,* desunt in Oxon. U.

CAP. XXXVI. 1 *An tu* Guelf. 1. 2. 3. vulgg. *Ain' tu* Pall. Gonv. Lamb.

NOTÆ

tamen pervii. Metaphora ducta a mercatoribus, qui mercibus pretiosis, quas a prætereuntibus nolunt contrectari, tales cancellos objiciunt. Itaque per transennam aspicere, idem est, quod nec propius nec singillatim intueri.

tarentur et reprimerentur,[2] de historia, de antiquitate, de administratione reipublicæ, denique de nostro ipso jure civili? Hanc enim ego omnem[3] scientiam, et copiam rerum, in tua prudentia sciebam inesse: in oratoris vero instrumento[k] tam lautam supellectilem nunquam videram.

166. Potes igitur, inquit Crassus, (ut alia omittam innumerabilia et immensa, et ad ipsum[4] tuum jus civile veniam,) oratores putare eos,[l] quos multas horas expectavit,[m 5] cum in campum[a] properaret,[n] et ridens et stomachans[o] Scævola,[b] cum Hypsæus[c 6] maxima voce, plurimis

[k] *In iis rebus quas adhibet orator ad instruendam orationem.*
[l] *In numerum oratorum referre.*
[m] *Spectans audivit.*
[n] *Cum in campum Martium ad comitia festinaret.*
[o] *Ægre ferens Hypsæi et Octavii causidicorum ignorantiam juris civilis.*

Quin tu Pal. 8. Mox, Guelf. 2. *possimus;* Guelf. 3. *possemus.*—2 Omnib. Rom. Kob. Schutz. et Harl. *incitantur et reprimuntur;* Erl. 1. *incitarentur et reprimerentur;* Memm. et Pall. 1. 2. *de naturis, quomodo hominum mentes et incitarentur et reprimerentur.* Paulo post, *ad ipsum jus civile tuum* Erl. 1.—3 Memm. *Hanc ego an omnem, &c.* Pal. 8. *Hanc enim ego meam omnem, &c.* Gulielm. conj. *Hanc ego ante omnem.*—4 Ita duo Pall. et Memm. *ut ad ipsum* unus Pal. et Pith. *et ut ad ipsum* edd. quædam vett.—5 'Oxon. *expectavi . . . properavi;* cui æque ac lectioni codd. Guelf. 2. 3. *exspectari . . . properarem,* et edd. Rom. Kob. *expectavi,* repugnat nomen *Scævola.* Ernesti suspicatur *toleravit,* quod, aut simile quid desiderare sententiam putat.'

NOTÆ

[a] *In campum*] A Marte, cui sacer erat, nomen habuit Campus Martius, ubi et comitia centuriata habebantur, et tanquam in palæstra juventus Romana militiæ rudimentis institnebatur.

[b] *Scævola*] Non ille Q. Scævola augur, Crassi socer, quo præsente Crassus hic disserit; sed alter Q. Scævola, pontifex, jurisconsultus peritissimus, et tum, cum hoc judicium disceptaretur, tribunus erat plebis, anno scilicet U. C. 649. ante Chr. 105.

[c] *Cum Hypsæus*] Causam integram accipe. Ibat Scævola pontifex in Campum Martium ad comitia; iter illi per forum fuit: in eo reperit oratores duos inter se litigantes, et graviter ignoratione juris civilis peccantes. Horum uni nomen Hypsæus erat, alteri Cn. Octavius, qui consulatum gesserat A. U. C. 626. ante Chr. 128. Hypsæus accusabat aliquem tutorem, quod pupilli fortunas male administrasset. Hoc 'judicium tutelæ' appellatur. Octavius tutorem defendebat. Judex hujus controversiæ M. Crassus, qui tum prætor urbanus erat, nempe A. U. C. 648. ante Chr. 106. Qui judicio tutelæ damnabatur, cogebatur pupillo, cujus rebus male consuluisset, pecuniam solvere ac damnum resarcire;

verbis, a M. Crasso prætore contenderet, ut ei, quem defendebat, causa cadere liceret, Cn. autem Octavius, homo consularis, non minus longa oratione recusaret, ne adversarius causa caderet, ac ne is, pro quo ipse diceret, turpi tutelæ judicio,[7] atque omni molestia, stultitia adversarii, liberaretur? 167. Ego vero istos, inquit, (memini enim mihi narrare Mucium,) non modo oratoris nomine, sed ne foro quidem dignos putarim.[8] Atqui non defuit illis patronis, inquit Crassus, eloquentia, neque dicendi ratio aut copia, sed juris civilis prudentia: quod alter plus, lege agendo,[p] petebat, quam quantum lex in XII. tabulis[d] permiserat; quod cum impetrasset, causa caderet: alter iniquum putabat plus secum agi, quam quod erat[9] in actione;[q] neque intelligebat, si ita esset actum, litem adversarium perditurum. XXXVII. 168. Quid? his paucis[1] diebus, nonne, nobis in tribunali Q. Pompeii,[r e] prætoris

[p] *In ea lite quæ ipsi intendebatur ex lege.*
[q] *Plus a se peti in lite quam quod lex permitteret in ejusmodi lite.*
[r] *Cum delecti a Q. Pompeio judices essemus.*

Harl.—6 *Hypseus* Erl. 1. Rom. Grut. Pearc. al.—7 'Sic recte jam edd. Kob. Ald. Junt. et recentt. Codd. autem Erl. et ed. Rom. *turpicule*, unde natum in quibusdam edd. vett. *turpicula;* Guelf. 1. *turpitule;* Guelf. 3. *turpi tudelæ;* Guelf. 2. *turpi tutele.*' Harl.—8 Erl. 1. et ed. Pannart. ap. Mull. *sed foro quidem dignos vix putare;* Guelf. 2. 3. *sed foro dignos vix putarim;* Oxon. U, *vix putari;* Rom. *ne foro quidem dignos vix putare;* Pall. etiam *vix.*—9 Erl. 1. Guelf. 2. 3. Rom. Kob. Junt. *quam quod esset.* 'Forsan rectius.' *Harl.*

NOTÆ

deinde lege duodecim tabularum jubebatur aliquid ultra pendere mulctæ nomine: quod si pupillus aut ejus patronus plus a reo peteret quam deberetur, cadebat causa. Hoc petebat Hypsæus et plus petebat quam par esset, adeoque debebat causa cadere. Contendebat, inquit L. Crassus, ut ei, quem defendebat, nempe suo pupillo, causa cadere liceret: hoc est, petebat, ut edicto prætoris tribueretur pupillo suo major pecuniæ summa quam deberetur, quod erat velle causam amittere. Octavius, tutoris accusati defensor imperitus, cum deberet hoc ipso vehementer lætari, quod plus quam fas erat peteretur: id enim si objecisset postea et probasset, causam obtinuisset, ac reum tutorem turpi judicio tutelæ male administratæ, atque omni molestia et periculo liberasset; Octavius, inquam, longa oratione recusabat, ne plus peteretur, hoc est, ne Hypsæus causa caderet, atque ipse litem obtineret.

[d] *Lex in XII. tabulis*] Vide notas in hunc lib. superiores § 58.

[e] *Q. Pompeii*] Hoc ipso anno quo Cicero fingit habitos esse hos de Ora-

urbani,[f] familiaris nostri, sedentibus, homo ex numero disertorum[s] postulabat, ut illi,[g] unde peteretur, vetus atque usitata exceptio[h] daretur, 'Cujus pecuniæ dies fuisset?'[t] quod petitoris causa comparatum esse, non intelligebat: ut si ille inficiator probasset judici, ante petitam esse pecuniam,[2] quam esset cœpta deberi, petitor rursus cum peteret, exceptione excluderetur, 'Quod ea res in judicium antea venisset.' 169. Quid ergo hoc fieri turpius, aut dici potest,[3] quam eum, qui hanc personam

[s] *Causidicus aliquis, qui vulgo putabatur disertus.*

[t] *Ut debitori a quo petebatur pecunia, quem ipse defendebat, liceret uti beneficio et exceptione legis, quæ hanc habebat appositam conditionem, ut ne pecunia peteretur ante diem pactam inter creditorem ac debitorem.*

Cap. xxxvii. 1 *Quid in his paucis* Erl. 1. Guelf. 1. Oxon. U γ, Rom. et Kob. Mox, codd. Grut. et Oxon. U Z, *ut illud unde peteretur.* Statim, pro *vetus atque usitata exceptio daretur,* Pith. habet *proventus atque exceptio, &c.* Memm. Palat. 1. et Oxon. U, *tempus atque exceptio, &c.* Tos. *locus atque exemptio, &c.*—2 Erl. 1. Guelf. 2. 3. *petitam pecuniam esse.* Mox, iidem codd. et Oxon. α β γ δ ε, *ne except. excluderetur, et eo quod.* Deinde, Erl. Guelf. 2. 3. Oxon. α β γ δ ε, *ante non venisset;* sed negativum deest in Pall. Memm. et Pith.—

NOTÆ

tore Dialogos, scilicet U. C. 663. ante Chr. 91. Q. Pompeius Rufus urbanam jurisdictionem sortitus obtinuit.

[f] *Prætoris urbani*] Consule notas in lib. II. ad Herenn. § 19.

[g] *Postulabat, ut illi*] Hæc fuit causa. Debebat quidam alteri certam pecuniæ summam solvendam, v. g. ineunte mense Januario, alter seu petitor non expectavit ad illud tempus, sed petiit ut sibi solveretur, v. g. mense Decembri ineunte, et accusavit debitorem quod pecuniam non solveret. Causidicus imperitus, qui debitorem defendebat, cum litem inferre debitori debuisset eo nomine, quod ante tempus peteret pecuniam, (erant enim graves pœnæ positæ illis qui ante tempus pactionis vel obligationis litem intenderent,) id enim si fecisset, causa cecidisset petitor; hoc postulavit tantum ut sibi liceret ac debitori, quem defendebat, uti beneficio legis et exceptione, quæ vetabat ne pecunia peteretur ante illam diem qua cœpta esset deberi. Quod cum postulabat, non intelligebat homo juris ignarus, comparatum hoc esse in utilitatem petitoris et adversario suo prodesse. Hinc enim factum, ut petitor postea litem de integro intulerit, tanquam si ea res nunquam in judicium antea venisset: quam litem inferre non potuisset, si inficiator, hoc est, debitor probasset judici, ante petitam esse pecuniam quam deberi cœpisset. Petitor enim cum postea pecuniam suam peteret apud judicem, exclusus fuisset lege, hoc est impeditus ne ageret ac moveret litem: lex enim excipit, hoc est prohibet ne agatur iterum ea de re, quæ jam in judicium venit, seu quæ jam dijudicata est.

[h] *Exceptio*] De qua dictum in notis ad l. I. de Inv. § 56.

susceperit, ut amicorum controversias causasque tueatur, laborantibus succurrat, ægris medeatur, afflictos excitet, hunc in minimis tenuissimisque rebus ita labi, ut aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur? 170. Equidem propinquum nostrum,[4] P. Crassum,[i] illum Divitem, cum multis aliis rebus elegantem hominem et ornatum, [*p.* 99.] tum præcipue in hoc ferendum[u] et laudandum puto, quod, cum P. Scævolæ frater[5] [j] esset solitus ei persæpe dicere, neque illum in jure civili satis [illi arti] facere posse, nisi dicendi copiam assumsisset;[v] (quod quidem hic, qui mecum Cos. fuit,[k] filius ejus, est consecutus:) neque[6] se ante causas amicorum tractare atque agere cœpisse, quam jus civile didicisset. 171. Quid vero ille M. Cato?[7] [l] nonne et eloquentia tanta fuit, quantam illa tempora, atque illa ætas in hac civitate ferre maximam potuit, et juris civilis omnium peritissimus? Verecundius hac de re jamdudum loquor, quod adest vir[w] in dicendo summus, quem

[u] *Prædicandum.* [v] *Adjunxisset ad scientiam juris civilis.*
[w] *Antonius in jure civili parum versutus.*

3 Guelf. 2. 3. *turpius potest aut dici.*—4 Guelf. 2. omittit *propinquum nostrum.* Mox, Norf. Mead. Harl. 2. Lamb. Asc. Man. al. *et multis . . . et præcipue;* nec aliter Cant. Mag. Bod. Ven. et Mediol. nisi quod præpositionem *in* omittunt. Deinde, Bod. Ven. Mediol. Manut. Lamb. *hoc efferendum.* Hinc Pearc. *et multis a. in r. elegantem et ornatum, et præcipue in hoc efferendum.*—5 'Erl. Pearc. et alii ap. Verb. *Scævolu frater;* sed vitiose: nihili quoque est in edd. pr. *cum Scævolæ fratri.* In Oxon. U est *frater erat.* Ernesti maluit legere, *quod . . . esset, solitus est ei persæpe dicere;* et ita jam dedit Streb. et Wetzel. Vocc. *illi arti,* quæ glossam valde olent, cum Ernest. uncis inclusi.' *Harl.*—6 Oxon. U *ait neque.*—7 Idem codex, *ille Cato.* Mox, *quanta . . . muxime,* omisso *potuit,* Oxon. U. Pro *ferre,* Oxon. *a efferre.*

NOTÆ

[i] *P. Crassum*] De quo dicemus in notis ad Brutum: ex eadem erat familia ac L. Crassus, qui loquitur, et eum vocat propinquum suum.

[j] *P. Scævolæ frater*] P. Scævola transierat in Crassorum familiam adoptatus a P. Licinio Crasso, qui pater fuit hujus P. Crassi, de quo hic fit mentio.

[k] *Qui mecum consul fuit*] In consulatu collegæ fuere L. Licinius Crassus et Q. Mucius Scævola A. U. C. 659. ante Chr. 93. Hos narrat Tullius in Bruto collegas in omnibus magistratibus fuisse, præterquam in tribunatu plebis et censura.

[l] *M. Cato*] Censorius nimirum, cujus laudes Cicero in Bruto fuse persequitur § 294.

ego unum oratorem maxime admiror; sed tamen idem hoc semper jus civile contemsit. 172. Verum, quoniam sententiæ atque opinionis meæ voluistis esse participes, nihil occultabo, et quoad potero, vobis exponam, quid de quaque re sentiam.

XXXVIII. Antonii incredibilis quædam, et prope singularis et divina vis ingenii videtur, etiamsi hac scientia juris nudata sit, posse se facile ceteris armis prudentiæ[x] tueri[1] atque defendere: quamobrem hic nobis sit exceptus: ceteros vero non dubitabo primum inertiæ condemnare sententia mea, post etiam impudentiæ.[2] 173. Nam volitare in foro, hærere in jure,[y] ac prætorum tribunalibus, judicia privata magnarum rerum obire, in quibus sæpe non de facto,[m] sed de æquitate ac jure certetur,[z] jactare se in causis centumviralibus,[n] in quibus usucapionum,[3][o] tutelarum,[p] gentilitatum,[q] agnationum,[r] alluvionum, circumluvionum,[s] nex-

[x] *Argumentis quæ suppeditat prudentia.*
[y] *Causidicum se profiteri et venditare, in jure assidue versari.*
[z] *In quibus sæpe non agitur utrum res aliqua facta sit, necne; sed cum factam esse constet, quæritur an jure an injuria facta sit.*

CAP. XXXVIII. 1 Vulgg. *posse se facile c. a. p. causas tueri.* Plerique codd. Oxon. delent *causas.* Joan. Mead. Harl. 2. Gonv. Manut. Streb. Ascens. R. Steph. Lamb. Verburg. al. delent *se.* Pro *etiamsi* Erl. et edd. vett. *et si* habent: et *facile* abest a cod. Erl.—2 Oxon. U, *pudentiæ.*—3 Erl. *usus capio-*

NOTÆ

[m] *De facto*] Causa, in qua agitur de facto, a rhetoribus vocatur conjecturalis status, quia veritas plerumque conjecturis indagatur.

[n] *In causis centumviralibus*] Centumviri erant minores judices apud Romanos e singulis tribubus lecti ad exercenda privata de causis minoris utplurimum momenti judicia. Porro erant illi centum quinque, terni scilicet ex unaquaque tribu, tribus autem erant triginta quinque: tamen quo facilius nominarentur centumviri sunt appellati. His præsidebat prætor, ut colligimus ex Plinio juniore, ex quo etiam intelligimus centumvirorum numerum ad centum octoginta excrevisse.

[o] *Usucapionum*] Usucapio, sive ususcapio, est jus possidendi et capiendi rem aliquam, quia usus illa fuisti per certum tempus lege constitutum, eamque possedisti.

[p] *Tutelarum*] Tutela a Servio Sulpicio definitur, vis ac potestas in capite libero ad defendendum eum qui per ætatem se ipse defendere nequit, jure civili data ac permissa.

[q] *Gentilitatum*] Gentilitas est ordo et series hominum, qui sunt ex eadem familia, quique ob eam causam jura quædam habent sibi propria, v.

orum,[t] mancipiorum,[u] parietum, luminum,[v] stillicidiorum,[w] testamentorum [x] ruptorum aut ratorum ceterarumque [4] re-

num; in quo deest *circumluvionum*.—4 'Ita Bod. Bal. Mag. Harl. 1. 2. et Nov. in ora, nec non edd. Ven. Mediol. R. Steph. Manut. Lamb. et al. Codd. vero septem habent *ruptorum aut raptorum*, a vera lect. non multum abhorrentes: horum igitur auctoritate voces *aut ratorum* inserui.' *Pearc.* Erl. et edd. ante Grut. *ruptorum aut ratorum*. At Ernestio utrumque suspectum est, et a glossatore natum videtur. Wetzel. tria illa vocc. uncis inclusit. Quoniam *raptorum* est in codd. quibusdam, Scbelius ap. Gronov. qui delevit *aut ratorum*, putat, Ciceronem scripsisse *nuptiarum*. Pro *ruptorum* Oxon. δ *rap-*

NOTÆ

g. hæreditatis adeundæ, suscipiendæ tutelæ, &c. Hæc autem jora non obtinebant, neque gentilitate gaudebant servi, liberti, libertini, et capite diminuti. Cic. in Topicis.

[r] *Agnationum*] Agnati virilis sexus propinquitate joncti suot, quibus, ut geotilibus, propria jura sunt.

[s] *Alluvionum, circumluvionum*] Alluit prædium vel agrum fluvius, quando præter illum it: circumluit quando totum instar insulæ cingit. 'Alluvio,' inquit Justinian. Instit. II. 1. 'est incrementum latens. Per alluvionem autem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligere non possis, quantum quoquo momento temporis adjiciatur.' Ex alluvione autem et circumluvione variæ controversiæ nascuntur, v. g. si vis fluminis de prædio tuo partem aliquam detraxerit et vicini prædio adjunxerit, cuja sit ea pars? si arbores tuæ in vicini prædium delatæ fluvio, in eo prædio radices egerint, fructum tulerint, &c.

[t] *Nexorum*] Nexum, sive nexus, est obligatio civilis, quæ cum contrahebatur, aliquis libram et æs manu tenebat, qui vocabatur libripens. Vide notas in Topica, cap. 5. Præterea civis ille nexus dicebatur, qui cum esset liber, pecuniamque alteri deberet, illi addicebatur in servitutem, ut ipsi pro pecunia quam deberet nec posset solvere, servilem operam præstaret, dum æs alienum dissolveret. Nexus autem dicebatur quod necteretur, id est, compedibus aut nervo vinctus et clausus teneretur. Livius VIII. Addictus etiam vocabatur.

[u] *Mancipiorum*] Mancipium, inquit Isidorus, est quicquid manu capi potest: aliquando sumitur pro quolibet servo: hic pro aliqua re quæ accipitur aut alteri possidenda traditur; vel pro actione, qua id fit.

[v] *Parietum, luminum*] De pariete communi sæpe iocidit controversia, de tigno in parietem immisso, de alio pariete aut adjuncto, aut supra communem exædificato, &c. Item de luminibus, v. g. si quis altius ædificet, ac vicini luminibus officiat, si quis prospectum in ædes tuas habeat, &c.

[w] *Stillicidiorum*] Stillicidium est aquæ pluviæ lapsus e tecto. Unde possunt oriri lites de servitute stillicidii, de immittendis et recipiendis stillicidiis.

[x] *Testamentorum*] Testamentum, inquit Modestinus, 'est voluntatis nostræ justa sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit.' Paulo aliter Ulpianus: 'est mentis nostræ justa contestatio, in id solenniter facta, ut post mortem nostram valeat.' Pluribus de causis rescindebaotur, posteriore testamento, capitis diminutione, &c. De rescis-

rum innumerabilium jura versentur, cum omnino, quid suum, quid alienum, quare denique civis aut peregrinus, servus aut[5] liber quispiam sit, ignoret, insignis est impudentiæ. 174. Illa vero[y] deridenda arrogantia est, in minoribus navigiis rudem esse se confiteri; quinqueremes,[z] aut etiam[6] majores, gubernare didicisse. Tu mihi cum in circulo[a] decipiare adversarii stipulatiuncula,[a] cum obsignes tabellas clientis tui,[b] quibus in tabellis id sit scriptum, quo ille capiatur;[7] ego tibi ullam causam majorem committendam putem? citius hercule is, qui duorum scalmorum[b] naviculam in portu everterit, in Euxino ponto[c] Argonautarum[d] navem gubernarit. 175. Quid? si ne parvæ quidem causæ sunt, sed sæpe maximæ, in quibus certatur de jure civili; quod tandem os est[e] illius patroni,[8] qui ad eas causas sine

[a] *In aliquo hominum consessu.* [b] *Ejus quem defendis.*
[e] *Quam insignis est impudentia.*

torum; pro *aut* Oxon. U, *et;* pro *ratorum* Oxon. U Z ε, *raptorum.*—5 Erl. 1. et vulgg. ante Lamb. *an p. s. an;* Norf. Harl. 2. Mag. Pearc. et recentt. *aut p. s. aut.* Mox pro vulgg. *imprudentiæ*, quod in Man. et Lamb. extat, Cant. et omnes Oxon. habent *impudentiæ.*—6 Victor. et Lamb. *quinqueremes autem, aut etiam;* Mull. *quinq. autem atque etiam.* Erl. 1. habet, *rudem esse et se confiteri, q. aut etiam m. g. d. tū mihi;* unus ap. Orell. *majores naves.*—7 Erl. 1. *rapiatur.* —8 Erl. *ejus patroni.* Mox, Ernest. et Harl. malint, *qui . . . juris audeat.*—

NOTÆ

sis et ratis testamentis affert exempla Val. Max. VII. 7. et 8.

[y] *Illa vero*] Quemadmodum turpe est ac non ferendum, si quis glorietur se posse gubernare maximas naves, qui fateatur parva navigia non posse flectere; sic turpe est in minimis causis tractandis imperitum esse illum, qui tamen gravissimas et publicas suscipere non dubitet.

[z] *Quinqueremes*] Naves sunt quinque remorum ordinibus instructæ.

[a] *Stipulatiuncula*] Obligatio est quam aliquis in se recipit, cum certis verbis interrogatus respondet: Spondes? spondeo. Fidejubes? fidejubeo.

[b] *Duorum scalmorum*] Scalmus est lignum teres, ad quod remi alligantur et circa quod vertuntur. Ὅθεν μὲν αἱ κώπαι ἐκδέδενται, σκαλμὸς, inquit Pollux I. 9. *Id unde remi alligantur, scalmus est.* Navicula igitur duorum scalmorum est ea quæ duobus remis utitur.

[c] *Euxino ponto*] Mare illud quod a Bosporo Thracio orientem versus et septemtrionem porrigitur. Primo Axenus pontus, quasi inhospitalis, propter immanem eorum qui littora occupabant feritatem, dictus est; postea iisdem Græcorum commercio mansuefactis pontus Euxinus, id est, hospitalis, appellari cœpit: nunc *La Mer Noire.*

[d] *Argonautarum*] De quibus l. II. ad Herenn. § 34.

ulla scientia juris audet accedere? Quæ potuit igitur esse causa major, quam illius militis, de cujus morte cum domum falsus ab exercitu nuntius venisset, et pater ejus, re credita, testamentum mutasset, et quem ei visum esset, fecisset hæredem,[9] essetque ipse mortuus; res delata est ad centumviros, cum miles domum revenisset, egissetque lege in hæreditatem paternam [testamento exhæres filius]?[d] [10] Nempe in ea causa quæsitum est de jure civili, possetne paternorum bonorum exhæres esse filius, quem pater testamento neque hæredem,[11] neque exhæredem scripsisset nominatim?[e] XXXIX. 176. Quid? qua de re[f] inter Marcellos et Claudios patricios[1] centumviri judicarunt, cum Mar-

[d] *Repetiisset paterna bona quæ lege et jure sua erant, utque paternum testamentum irritum esse pronuntiaretur.*

9 Lamb. ap. Orell. *hæredem fecisset.* Mox, *delata esset* Erl. 1.—10 Lambinus censuit, hæc tria verba delenda esse; testatus est idem, ea ab uno cod. quem vidit, abesse. Habent fere omnes codd. regii. Mox, *Nempe* deest in Pall. duobus, totidemque Gallicanis ap. Grut. Id expunxit Mull.—11 Duo verba, *neque hæredem*, desunt in Erl. 1.

Cap. XXXIX. 1 Sch. ap. Orell. *inter Claudios Marcellos et patricios;* Mull. susp. *inter Marcellos Claudios et patr.* Mox *dandi patrici* legitur, pro *Claudii*

NOTÆ

[e] *Scripsisset nominatim*] Filio, qui in potestate est, præterito, inquit Caius jurisconsultus, inutile est testamentum: debet enim nominatim appellari cum ab hæreditate excluditur, alioquin legitime non erit exhæres.

[f] *Quid? qua de re*] Res hæc erat in controversia. Filius liberti cujusdam e Claudiorum familia intestato decessit. Ejus hæreditas redibat lege ad Claudios. Sed Claudiorum duæ familiæ erant: altera patricia, altera plebeia; utraque nobilissima. Claudii patricii, Pulchri vocabantur, ut notat Asconius; plebeii, Marcelli dicebantur: utrique de ista hæreditate certabant. Et patricia quidem gens Claudiorum sibi hæreditatem vindicabat jure gentilitatis, quia libertus iste e gente Claudia erat: et quamvis servitutem serviisset, tamen injustam eam servitutem fuisse contendebant, ob quam jure gentilitatis privari nemo tum poterat. Claudiorum gens plebeia, qui Marcelli dicebantur, eandem sibi vindicabat hæreditatem, non jure quidem gentilitatis, quia libertum justam servitutem, qua gentilitatis jus amittebatur, serviisse dicebant, sed jure stirpis, quia libertus iste erat e stirpe Claudiorum, quod jus stirpis non amittebatur, ut jus gentilitatis, servitute etiam justa, capitis diminutione, adoptione, &c. Idemque jus certa de causa Marcellis magis favebat quam Pulchris; quia v. g. libertus iste, licet ab Appio Claudio, unde omnes Claudii erant, stirpem et genus duceret, tamen Marcellis stirpe propior erat quam Pulchris. Hæc origo litis ac dissidii inter Claudios et Marcellos.

celli ab liberti filio stirpe,[g] Claudii patricii ejusdem hominis hæreditatem, gente ad se rediisse dicerent; nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis jure dicendum? 177. Quid? quod item[2] in centumvirali judicio certatum esse accepimus, qui Romam[h] in exilium venisset,[3] cui Romæ exulare jus esset, si se ad aliquem quasi patronum applicavisset, intestatoque esset mortuus:[4] * * * nonne in ea causa jus applicationis, obscurum sane et ignotum, patefactum in judicio atque illustratum est a patrono? 178. Quid? nuper, cum ego C. Sergii Auratæ[5] contra hunc nostrum Antonium judicio privato causam defenderem; nonne omnis nostra in jure versata defensio est?[6] Cum enim Marius[7][i] Gratidianus ædes Auratæ vendidis-

patricii, in Erl. 1. *Claudii* delet Sch. Pro *hominis*, quod servant codd. regii ap. Le Clerc, Erl. edd. vett. Junt. Crat. et recentt. *nominis* legitur in vulgg. Deinde, *non in ea* Lamb. ap. Orell.—2 Steph. ap. Orell. *quod iterum*—3 W. Lips. *cui Romam e. jus non esset;* Erl. 1. etiam *cui Romam.* Mox, *et is se ad, &c.* conj. Mull. Deinde, *applicuisset* edd. vett. Junt. Crat. al.—4 'Hic lacuna sit necesse est, quam neminem reperi deprehendisse.' *Ernest.* Vid. Arntzenii Obss. in Act. Lit. Soc. Rhen. Traj. tom. I. p. 125.—5 *Oratæ* Beier. Offic. tom. II. p. 304. Mox, *in judicio* Steph. et Lamb. ap. Orell.—6 Lamb. ap. eund. *omnis in jure versata nostra defensio est.*—7 *Cum enim M. Marius* edd. vett. et Lamb. ap.

NOTÆ

g *Stirpe*] Stirps erat in plebeiis, gens in patriciis.

h *Qui Romam*] Quidam peregrinus (sic appellatur quicumque civis non est) Romam venit, in exilium ejectus ex urbe sua et patria. Applicuit sese, id est, adjunxit ad Romanum civem, quem coleret observaretque ut cliens patronum, et a quo vicissim defendebatur, ut si civis et cliens suus fuisset. Contigit ut ille peregrinus testamento nullo facto moreretur: civis Romanus cui peregrinus ille tanquam patrono addictus fuerat, ejus hæreditatem postulavit apud centumviros ea de causa, quod iste peregrinus ad ipsum applicuisset sese et veluti ipsi dedidisset: hoc applicationis jus appellat Cicero. De isto jure antea obscuro, quia raræ sunt hujusmodi causæ, dicendum causidico fuit, adeoque illustrandum et patefaciendum.

i *Cum enim Marius*] Rem omnem paulo fusius explicat Cicero de Off. l. III. § 67. 'M. Marius Gratidianus, propinquus noster, C. Sergio Oratæ vendiderat ædes eas, quas ab eodem (Sergio) ipse (Marius) paucis ante annis emerat. Hæ Sergio serviebant: sed hoc in mancipio (sive in contractu venditionis) Marius non dixerat. Adducta res in judicium est. Oratam Crassus, Gratidianum defendebat Antonius. Jus Crassus urgebat; quod vitii venditor non dixisset sciens, id oportere præstari: æquitatem Antonius; quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas ædes vendidisset, nihil fuisse necesse dici: nec eum esse deceptum, qui id, quod

set, neque, servire quandam earum ædium partem, in mancipii lege[e] dixisset; defendebamus, quidquid fuisset incommodi in mancipio,[f] id si venditor scisset, neque declarasset, præstare debere.[g] 179. Quo quidem in genere familiaris noster M. Bucculeius, homo neque meo judicio stultus, et suo valde sapiens, et a juris studio non abhorrens, simili in re quodam[8] modo nuper erravit. Nam cum ædes L. Fufio venderet, in mancipio lumina, uti tum essent, ita recepit.[9] [h] Fufius autem,[10] simul atque ædificari cœptum est in quadam parte urbis, quæ modo ex illis ædibus conspici posset, egit statim cum Bucculeio,[i] quod, cuicumque particulæ cœli officeretur,[j] quamvis esset procul, mutari lumina putabat. 180. Quid vero? clarissima M' Curii[11] causa[j] M.que Coponii nuper apud centumvi-

[e] *In pactione venditionis et emtionis.* [f] *In tabellis et scripto.*
[g] *In venditoris damnum verti oportere.*
[h] *In contractu venditionis promisit se præstaturum, ut ne qui ex illis ædibus patebat prospectus, immutaretur; aut si id fieret, damnum a se sarciendum.*
[i] *In jus vocavit Bucculeium.*
[j] *Quod prospectus cœli aliqua parte impediretur.*

Orell.—8 Lamb. et al. ap. Orell. *simili quodam*, omissis *in re*.—9 Quidam conj. *lumina, uti nunc sunt, ita recipio*.—10 *Fusius enim* Erl. 1. et edd. vett. Mox, idem codex *conspici possit*. Deinde, *ita quamvis* Crat. Man. *via quamvis* edd. vett. *illa quamvis* conj. Camer. Denique, pro *mutari*, Junt. Crat. Lamb. habent *mutata*.—11 *M. Curii*, i. e. *Marci* Erl. *Marcique Coponii* Orell. *et Marci*

NOTÆ

emerat, quo jure esset, teneret.' In eodem libro statuit Tullius ad bonam fidem pertinere in venumdando, notum esse emtori vitium quod novit venditor.

j *Clarissima M' Curii causa*] Coponius quidam moriens cum uxorem gravidam putaret, filium, qui se mortuo nasceretur, (is postumus dicitur, quasi postremo loco natus,) reliquit hæredem: substituit illi hæredem secundum M' Curium, ea conditione, ut M' Curius esset hæres, si filius postumus ante moreretur, quam sui juris esset. Decessit subinde Coponius: sed cum uxor ejus revera gravida non esset, nullus ei natus est filius postumus. Statim M. Coponius agnatus mortui apud centumviros egit, ut sibi liceret hæreditatem adire: oratorem et patronum delegit Q. Scævolam. Contra M' Curius, secundus hæres testamento relictus, sibi hanc hæreditatem postulabat, eo nomine, quod hæres fuisset institutus, si postumus ante moreretur, quam posset per ætatem e tutoris custodia et potestate exire: perinde autem esse quod nullus fuisset postumus, ac si natus revera foret ac mortuus ante tempus a patre constitutum. Erat Curii patronus L. Cras-

ros, quo concursu hominum, qua expectatione defensa est? cum Q. Scævola, æqualis[k] et collega meus,[12] homo omnium et disciplina juris civilis eruditissimus, et ingenio prudentiaque acutissimus, et oratione maxime limatus atque subtilis, atque, ut ego soleo dicere, juris peritorum eloquentissimus, eloquentium juris peritissimus,[13] ex scripto testamentorum jura defenderet, negaretque, nisi postumus[k] et natus, et, antequam in suam tutelam venisset,[14] mortuus esset, hæredem eum esse posse, qui esset secundum postumum, et natum, et mortuum, hæres institutus:[l] ego voluntatem defenderem; hac eum tum mente fuisse, qui testamentum fecisset, ut, si filius[15] non esset, qui in tutelam venisset;[m] M' Curius esset hæres. Num destitit[n] uterque nostrum in ea causa, in auctoritatibus, in exemplis, in testamentorum formulis, hoc est, in medio jure civili versari? XL. 181. [*p.* 100.] Omitto jam plura exempla cau-

[k] *Qui ejusdem mecum est ætatis.*

[l] *Qui post filium postumum et natum et mortuum secundo loco scriptus esset hæres.*

[m] *Perveniret ad eum ætatem, qua possidere posset ea bona quæ fidei tutoris erant credita.* [n] *Cessavit.*

Coponii Manut. Lamb. Junt. Crat.—12 Oxon. δ et Oxon. U Z in marg. *collega ejus.*—13 Hæc tria verba delet Sch.—14 Edd. vett. et Sch. *veniret;* Norf. Mag. Harl. 2. Bod. Ascens. Manut. Lamb. *venisset;* Erl. 1. *venīet.* Mox, *esse non posse* Junt. probante Camerario. Deinde, Erl. 1. et ed. Oxon. *ego autem defenderem;* Oxon. U β δ ε *ego licet defenderem;* Oxon. Z *defendere;* Crat. in marg. *ego videlicet def.* Erl. *eum hac cum mente;* Oxon. *cum hac tum mentem fuisse;* Orell. *hac eum* [tum] *mente fuisse.*—15 Lamb. ap. Orell. *ei si filius.* Mox, *qui in tutelam veniret* Oxon. U Z, Junt. et Pearc. *qui in suam t. veniret* Orell. *veniret* etiam Grut et Mull.

NOTÆ

sus, quem Cicero nunc loquentem facit. Q. Scævola scripto nitebatur: hæc esse verba testamenti, ut Curius tantum hæres esset, si postumus ante certum tempus moreretur; mori eum non posse qui natus non sit; natum non esse postumum, itaque hæreditatem M. Coponio agnationis jure ascribendam esse, non M' Curio qui conditione testamenti excluderetur. Crassus contra voluntatem ejus qui testamentum fecisset, ac scripti sententiam spectandam esse contendebat, non ipsa verba et apices scripti. Hanc fuisse mentem testatoris: Si filius sibi non esset qui hæreditatem paternam adiret, ut M' Curius hæres suus esset. Causam obtinuit L. Crassus, ut refert Cicero orat. pro Cæcina § 53.

[k] *Postumus*] 'Non significat eum qui patre mortuo, sed qui postremo loco natus est.' Cæsell. ap. Gell. II. 16.

sarum amplissimarum, quæ sunt innumerabilia: capitis nostri[1] sæpe potest accidere, ut causæ versentur in jure. Etenim sic C. Mancinum,[m] nobilissimum atque optimum virum, ac consularem,[1] cum eum propter invidiam Numantini[n] fœderis[o] pater-patratus[o] ex S. C. Numantinis dedidisset,[2] eumque illi non recepissent, posteaque Mancinus domum revenisset, neque in senatum introire dubitasset; P. Rutilius,[3] M. filius, tribunus plebis, de senatu jussit educi, quod eum civem negaret esse; quia memoria sic esset proditum, quem pater suus aut populus vendidisset, aut pater-patratus dedidisset, ei nullum[4] esse postlimi-

[o] *Quia odiosus erat Romanis ob fœdus cum Numantinis initum.*

Cap. xl. 1 Erl. 1. aliique codd. ap. Orell. *atque consularem.* Particulam *ac* delent Sch. et Orell. hic tamen malit cum Lamb. in marg. *et consularem.* Mox, *cum propter* Sch. e nonnullis codd.—2 Oxon. Z et ε *didisset;* ε in ora *dedisset.* Postea vocc. *posteaque .... revenissent* desunt in Erl. 1.—3 *P. Rupilius* Erl. 1. Mox, *de senatu* delent Orell. et al.—4 Voc. *nullum* deest in Erl. 1.

NOTÆ

[1] *Capitis nostri*] Causa capitis apud Romanos ea dicebatur, in qua agebatur de status mutatione sive capitis diminutione. Triplex est autem capitis diminutio: maxima cum aliquis simul et civitatem et libertatem amittit; minor sive media, cum civitas quidem amittitur, libertas vero retinetur; minima cum et civitas et libertas retinetur, sed status hominis commutatur: maxima servum facit, media peregrinum, minima filium familias vel patrem familias. Justinian. Instit. 1. 16.

[m] *C. Mancinum*] C. Hostilius Mancinus consul A. U. C. 617. ante Chr. 137. prodigiorum contemtor, a Numantinis victus et castris exutus, pacem cum iis ignominiosam fecit. Sed hanc ratam esse vetuit senatus; itaque ipse sciens ac volens illis deditus est. Cum autem non esset ab iisdem receptus, Romam rediit. Quæsitum est an pro cive habendus esset, sive an ullum ei postliminium esse posset. Negabat P. Rutilius tribunus plebis ob eam causam quam Cicero commemorat. Affirmabant alii, quia non erat receptus ab hostibus; deditionem enim aut donationem sine acceptione non posse intelligi; Mancinum igitur non habendum esse pro dedito, quem hostis accipere nollet. Pro Mancino judicavit populus Romanus, illumque obtinuisse prætura m anno scil. U. C. 620. tradit Pomponius JCtus. Flor. in epit. Appian. &c.

[n] *Numantini*] Vide notas in l. iv. Herenn. § 19.

[o] *Pater-patratus*] Is unus e fecialibus erat sanctiori quadam ornatus dignitate atque auctoritate ad patrandum, hoc est, sanciendum aliquod fœdus, res repetendas, bellum indicendum hosti, &c. Feciales autem fidei publicæ inter populos præerant, nec licebat bellum inferre, nisi justis de causis susceptum declarassent, ipsique indixissent. Liv. l. i.

nium.[p] [p] 182. Quam possumus reperire ex omnibus rebus civilibus causam contentionemque majorem,[q] quam de ordine, de civitate, de libertate, de capite hominis consularis; præsertim cum hæc non in crimine aliquo,[r] quod ille posset inficiari, sed in civili jure [s] consisteret? Similique in genere,[q] inferiore ordine,[5 r] siquis [t] apud nos servisset ex populo fœderato, seseque liberasset, ac postea domum revenisset; quæsitum est apud majores nostros, num is ad suos postliminio rediisset, et amisisset hanc civitatem. 183. Quid? de libertate, quo judicium gravius esse nullum potest; nonne ex jure civili potest esse contentio, cum quæritur, is,[u] qui domini voluntate census sit,[v] continuone,

[p] *Ei jus nullum esse bona sua et pristinum quem in civitate obtinebat locum recuperandi.*
[q] *In simili causa postliminii.*
[r] *In homine inferioris ordinis, quam fuisset Mancinus.*

Idem mox, *non crimine a. q. i. possit . . . . constituerent.*—5 Mull. *infer. ex ordine;* Erl. 1. et edd. vett. *inferioreque ordine.* Mox, *et postea* Erl. 1. Deinde

NOTÆ

[p] *Postliminium*] Vide Top. § 36.

[q] *Majorem*] Illa scilicet Mancini causa, in qua agebatur de illius ordine, civitate, et libertate: de ordine, an senator esset, quo in ordine erat antequam hosti dederetur: de civitate, an habendus esset in numero civium: de libertate, an servus esset an liber: de capite, an capite diminutus esset, proindeque in exilium pellendus, aut etiam omnino perdendus.

[r] *Non in crimine aliquo*] Constabat enim illius crimen, videlicet fœdus ignominiosum cum Numantinis factum.

[s] *Sed in civili jure*] Cujus est statuere quæ sit vis illius vocis, postliminium; et an ille pro dedito sit habendus, ac proinde privandus jure postliminii, qui hostibus quidem deditus fuerit, verum ab iis non receptus: quæ causa erat Mancini.

[t] *Siquis*] Aliquis e populo fœderato, homo inter suos liber et ingenuus, Romam venerat: ibi servitutem serviit: ea servitute liberatus ad suos rediit: ab iis receptus non est. Quæsitum est an is dicendus esset ad suos redire postliminio, an desiisset civis Romanus esse. Causa quærendi hæc erat, quod inter fœderatos postliminium non est, sed tantum inter hostes: itaque si ille assertus in libertatem, factus erat civis Romanus, sine postliminio poterat redire ad suos. Non poterat tamen amplius esse civis Romanus, quia jure Romano nemo poterat, ut ait Cic. pro Corn. Balbo, duarum civitatum civis esse.

[u] *Cum quæritur, is*] Cum a censoribus numerarentur cives Romani de more quinto quoque anno; in eo numero recensebantur tantum cives, non servi: si quis igitur servus domini sui voluntate census esset, seu relatus in tabulas in quibus scribebantur tantum civium nomina et fortu-

an ubi lustrum conditum,[w] liber sit?[6] Quid, quod usu, memoria patrum, venit,[s] ut paterfamilias, qui ex Hispania Romam venisset, cum uxorem prægnantem in provincia reliquisset, Romæque alteram[7] duxisset,[x] neque nuntium priori remisisset,[t] [y] mortuusque esset intestato,[u] et ex utraque filius natus esset; mediocrisne res in controversiam adducta est? cum quæreretur de duobus civium capitibus, et de puero, qui ex posteriore natus erat, et de ejus matre; quæ, si judicaretur, certis quibusdam verbis,[z] non novis nuptiis,[v] [a] fieri cum superiore divortium, in con-

[s] *Quod ætate patrum nostrorum contigit.*
[t] *Neque repudiasset priorem uxorem quam duxerat in Hispania.*
[u] *Non facto testamento.*
[v] *De puero qui natus erat ex posteriori conjuge, et ejus matre, quæ haberetur loco concubinæ, si statuerent judices divortium faciendum esse certis et conceptis verbis, non vero novis tantum nuptiis contrahendis.*

domum venisset Oxon. U.—6 Sic restituit locum Cujacius. Cod. Pith. habet *an tibi lustrix conditum, liber sit;* unus Memmii, *an, ubi jam ter lustrum conditum liber sit;* alter Memmii et Palat. 1. 2. 3. 8. *continuone an tribus lustris conditis liber sit;* Palat. 9. et ed. pr. *si non sit conditum lustrum? continuone an tribus lustris conditis liber sit;* in aliis edd. *sit, si modo sit conditum lustrum sitne liber,* monente Grutero. Ed. W. *an tribus lustris conditis.* Denique codd. Erl. et Oxon. et ed. Lips. *si non lustrum conditum, sit ne liber continuone, an tribus lustris conditis.*—7 *Romæ alteram* conj. Bremius. Mox, *intestutus* Lamb. et al. ap. Orell. Deinde pro *controversiam.* Oxon. U Z *contentionem;* Oxon. ε *contentionibus.* Oxon. U *deducta est.* Denique, Erl. 1. et Oxon. α, et a m. pr. δ, *de*

NOTÆ

næ, quæri poterat an ille continuo libertate donatus fuisset a domino, et an liber esset et e civium numero.

[v] *Census sit*] Censum instituit Servius Tullus rex Romanorum sextus.

[w] *Ubi lustrum conditum*] Condi lustrum dicebatur, cum census perfectus erat et absolutus: absolvebatur autem sacrificio solenni. Lustrum est ipse census, seu recensio civium: a lustrando dicitur, tunc enim veluti lustrabantur et recognoscebantur cives omnes. Aliquando lustrum est spatium annorum quinque; quia exactis quinque annis fiebat census.

[x] *Duxisset*] In uxorem accepisset. Viri novas uxores ducere solebant domum suam.

[y] *Nuntium priori remisisset*] Non licebat Romanis plures habere uxores; at eas repudiare quæ ductæ essent, certis de causis fas erat, et iis quasi renuntiare.

[z] *Certis quibusdam verbis*] His fere verbis, cum uxores repudiabant, utebantur: 'Res tuas tibi habeto, tuas tibi res agito:' quorum altero restituit dotem, altero tutoris munus in rebus uxoriis deponebat.

[a] *Non novis nuptiis*] Videtur is, qui nuptias cum altera uxore contrahit, priorem repudiare: hunc tamen tacitum consensum recentiores jurisperiti negant sufficere. Lis igitur hæc et controversia erat an verbis, an mente sola, et novis nuptiis factis

cubinæ locum duceretur. 184. Hæc igitur, et horum similia jura suæ civitatis ignorantem, erectum et celsum,[8] alacri et promto ore ac vultu, huc atque illuc intuentem, vagari magna cum caterva toto foro, præsidium clientibus, atque opem amicis, et prope cunctis civibus lucem ingenii et consilii sui porrigentem atque tendentem, nonne in primis flagitiosum putandum est?

XLI. 185. Et quoniam de impudentia dixi, castigemus etiam segnitiem[1] hominum atque inertiam. Nam si esset ista cognitio juris magna ac difficilis; tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum discendi laborem impellere. Sed, o Dii immortales! non dicerem hoc, audiente Scævola, nisi ipse dicere soleret, nullius artis faciliorem sibi cognitionem videri.[2] 186. Quod quidem certis de causis a plerisque aliter existimatur:[w 3] primum, quia veteres illi, qui huic scientiæ præfuerunt, obtinendæ atque augendæ potentiæ suæ causa, pervulgari artem suam noluerunt: deinde, posteaquam est editum,[x 4] expositis a Cn. Flavio[b] primum actionibus, nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent.[y] Nihil est enim,[c]

[w] *Creditur esse difficillima juris cognitio.*
[x] *Postquam patefactum est id quod veteres tectum voluerant.*
[y] *Varia præcepta juris civilis revocarent ad certa genera rerum.*

pueri.—8 Lamb. ap. Orell. *excelsum.* Mox, *ore atque vultu atque illud* Erl. 1. Idem codex paulo post, *cum magna caterva.*

CAP. XLI. 1 Lamb. ap. Orell. *segnitiam;* Nonius *segnitatem.* Mox, *homini* Erl. 1.—2 Codd. aliquot ap. Orell. item Junt. Crat. Man. *nullius sibi artis f. cog. videri.*—3 Oxon. U Z, Palat. 1. 2. Mem. Pith. *aliter nominatur.* 'Forsan verius.' *Grut.* Mox, *primum quod* Oxon. U.—4 Sch. susp. *posteaquam jus est*

NOTÆ

divortium fieri censeretur.

[b] *Expositis a Cn. Flavio*] 'Posset agi lege necne,' inquit Cicero pro Murena § 25. 'pauci quondam sciebant. Fastos enim vulgo non habebant: erant enim in magna potentia qui consulebantur; a quibus etiam dies tanquam a Chaldæis petebantur. Inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit,' id est, ostenderit doctrinam veterum illorum jurisconsultorum non admodum reconditam fuisse, 'et singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, et ab ipsis cautis jurisconsultis eorum sapientiam compilarit.' Cn. iste Flavius, patre libertino natus, ob fastos populo promulgatos fuit ædilis curulis a forensi turba creatus A. U. C. 450. ante Chr. 304.

quod ad artem redigi possit, nisi ille prius,[5] qui illa tenet, quorum artem instituere vult, habeat illam scientiam, ut ex iis rebus, quarum ars nondum sit, artem efficere possit. 187. Hoc video, dum breviter voluerim dicere, dictum a me esse paulo obscurius: sed experiar, et dicam, si potero, planius. XLII. Omnia fere, quæ sunt conclusa nunc artibus,[z] dispersa et dissipata quondam fuerunt: ut in musicis,[a] numeri,[1] et voces, et modi;[d] in geometria,[e] lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines; in astrologia, cœli conversio, ortus, obitus, motusque siderum; in grammaticis,[f] poëtarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus; in hac denique ipsa ratione dicendi, excogitare, ornare, disponere,[2] memi-

[z] *Quæ in artem redacta sunt.* [a] *In arte musica.*

editum. Mox, *Cn. Fabio* Oxon. U.—5 'Locus hic mihi parum dignus Cicerone videtur. Saltem *ille prius* deleverim. Cicerone dignum foret, *nisi, qui tenet, quorum a. i. vult,' &c.* Ernest. *ille* delevit Sch. Mox, *illa tenent* Oxon. U. *habet illam* codd. aliquot, edd. vett. Junt. Man.

CAP. XLII. 1 Erl. 1. *in musicis et numeri.* Idem codex mox, *in geometria et lineamenta et formæ.*—2 Pearc. conj. *disponere, ornare.* Mox, *incondita quondam omnino* conj. Sch. *late diffusa* Lamb. ap. Orell. *omnibusque diffuse lata* Oxon. Z α; *diffusa latere videbuntur* conj. Matthiæ; *omnibus diffuse latere* Gulielm. *dif-*

NOTÆ

Livius IX. et Pomponius de Orig. Juris.

[c] *Nihil est enim*] Est enim opus quadam scientia ad artem instituendam, et res artificiose ordinandas; philosophiam intelligit ut colligitur ex § 188. Neque satis est ea scire quæ in artem possint redigi, nisi via illa teneatur, quam quia pauci tenebant, nulli perdiu fuerunt qui artem juris civilis constituerent; unde orta est illius cognoscendæ difficultas; quæ jam nulla est arte inventa et perfecta.

[d] *Numeri, et voces, et modi*] Ex his constant musica: 1. voce, in qua spectatur tonus varius, alius acutus, alius gravis, alius remissus: hinc variæ canentium partes. 2. ex numeris, quæ sunt intervalla vocum ac tempora, cum voces aut protrahuntur, aut contrahuntur, aut inciduntur, &c. 3. e modis: modus seu modulatio est coagmentatio quædam vocum ac numerorum.

[e] *In geometria*] Ars est qua tum locorum intervalla, tum rerum quæ sub aspectum cadunt, longitudinem et latitudinem, altitudinem ac profunditatem dimetimur. Γῆ, *terra*; μέτρον, *mensura.* Lineamenta sunt linearum ductus; formæ sunt figuræ, &c. De his Euclides fuse disserit.

[f] *In grammaticis*] Grammatica est ars emendate loquendi. Asciscit sibi subsidia ex poëtis quos evolvit, et historicis quos explicat. Versatur etiam in interpretatione verborum et eorum origine indaganda: hanc ejus

nisse, agere; ignota quondam omnibus, et diffusa late videbantur. 188. Adhibita est igitur ars quædam[3] extrinsecus ex alio genere quodam, quod sibi totum philosophi assumunt,[b] quæ rem dissolutam divulsamque conglutinaret, et ratione quadam constringeret. Sit ergo in jure civili finis[4] hic, legitimæ atque usitatæ in rebus causisque civium æquabilitatis conservatio.[c] 189. Tum sunt notanda genera,[g] et ad certum numerum paucitatemque revocanda. Genus autem est id,[5][h] quod sui similes communione quadam, specie autem differentes, duas aut plures complectitur partes. Partes autem sunt,[6] quæ generibus iis, ex quibus emanant, subjiciuntur; omniaque, quæ sunt vel generum vel partium nomina, definitionibus, quam vim habeant, est exprimendum. Est enim definitio,[i] earum rerum, quæ sunt ejus rei[7] propriæ, quam definire volumus, brevis, et circumscripta quædam explicatio. 190. Hisce ego rebus exempla adjungerem, nisi, apud quos hæc haberetur[8] oratio, cernerem: nunc complectar quod proposui, brevi.[9] Si enim aut mihi[10] facere licuerit, quod jamdiu

[b] *Jus civile in artem redactum est, cujus artis conficiendæ rationem philosophi a se profectam venditant.*

[c] *Æquabilitatis quæ constat legibus et usu.*

fusa lata Memm. *diffuse latere* Pith. et Pal. 2.—3 Voc. *quædam* omittunt codd. aliquot ap. Orell.—4 Loco *finis* Oxon. δ ad oram *fons*. Mox, Erl. 1. *equalitatis;* Oxon. γ δ ε, Victor. Man. Junt. Crat. *æqualitatis*.—5 Lamb. ap. Orell. *id est*. Mox, loco *similis*, Erl. 1. et Oxon. δ *simili*. Paulo post, *aut plurimas* Erl. 1.—6 Sch. *autem hæ sunt*. Pro *autem* vett. ap. Steph. *enim*. 'Fortasse *autem* h. l. et supra post *genus* inducendum.' *Orell.* Mox, *omnia quæ sunt* Lamb. ap. Orell.—7 Steph. *ei rei*.—8 Mull. ex edd. vett. *habetur*.—9 Steph. et

NOTÆ

partem etymologiam vocant, hoc est, notationem nominum et veræ originis rationem.

[g] *Notanda genera*] Juris genera ista sunt: aliud publicum est jus, aliud privatum. Rursus publicum aliud spectat res sacras, aliud magistratus ordinemque civitatis: aliud continetur legibus, aliud senatusconsultis, &c. aliud civium est, aliud exterorum, &c. Vide Cic. in Topicis.

[h] *Genus autem est id, &c.*] Vide notas in Topica § 13.

[i] *Est enim definitio*] Id attulit quod maxime definitionem continet: vulgo enim duæ illius partes afferuntur; una explicat id quod est rei quam definire volumus, communc cum aliis rebus; altera id quod est illi proprium. Homo est animal rationis compos; animal, hoc illi cum belluis commune; rationis compos, hoc propri-

cogito,[j] aut alius quispiam, aut, me impedito, occuparit,[d] aut mortuo effecerit, ut primum omne jus civile in genera digerat, quæ perpauca sunt; deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat; tum propriam cujusque vim definitione declaret; perfectam artem juris civilis habebitis, magis magnam, atque uberem, quam difficilem atque obscuram.[11] 191. Atque interea tamen, dum hæc, quæ dispersa sunt, coguntur,[12] vel passim licet carpentem et colligentem undique, repleri justa juris civilis scientia.[e] XLIII. Nonne videtis, equitem Romanum, hominem acutissimo[1] omnium ingenio, sed minime ceteris artibus eruditum, C. Aculeonem,[k] qui mecum vivit, [*p.* 101.] semperque vixit, ita tenere jus civile, ut ei,[2] cum ab hoc discesseritis, nemo de iis, qui peritissimi sunt, anteponatur? 192. Omnia enim sunt[3] posita ante oculos, collocata in usu quotidiano, in congressione hominum atque in foro: neque ita multis literis aut voluminibus magnis continentur: eadem enim sunt elata[f] [4] primum a pluribus: deinde, paucis verbis commutatis, etiam ab iisdem scriptoribus, scripta sunt sæpius. 193. Accedit vero quo facilius percipi cog-

[d] *Prius fecerit quam ego.*

[e] *Donec illa in unum corpus aliquis redigat, potest unusquisque carpendo et colligendo undique satis idoneam sibi comparare juris civilis scientiam.*

[f] *In lucem edita.*

Lamb. *brevius;* Erl. 1. *posui brevi.*—10 Lamb. ap. Orell. *aut id mihi.*—11 Edd. vett. Junt. Crat. Man. Mull. et Orell. *dif. et obscuram.*—12 'Debet esse *cogantur.*' Ern. Sic edd. vett. Junt. Victor. Schutz. Mox, pro *justa,* quod servant codd. plerique, Crat. Grut. *ista* habent Pall. et edd. vett. *replere istam juris civ. scientiam* Pith. et Memm. Erl. 1. Oxon. U Z ϵ.

CAP. XLIII. 1 Oxon. Z ϵ *acutissimum.* Mox, *Culeonem* Erl. 1.—2 Ita Erl. 1. et edd. vett. *uti cum* Ald. *ab hoc disseritis* Oxon. U.—3 *Omnia sunt enim* Orell. e duobus codd.—4 Beier Offic. tom. I. p. 21. *eadem sunt enim;* idem Offic. tom. II. p. 62. *eadem enim elata sunt;* Erl. 1. etiam *elata sunt;* edd. pr. *lata sunt;* codd. Oxon. *sunt clara.* Paulo post, *scripta sæpius,* omisso

NOTÆ

um est ac peculiare.

[j] *Quod jamdiu cogito*] Hoc in persona Crassi de se ipse Cicero dicere videtur: eum enim scripsisse librum de jure civili in artem redigendo testis est Gellius I. 22.

[k] *C. Aculeonem*] Hic eques Romanus Ciceronis materteram duxit uxorem: propterea filios Aculeonis Cicero consobrinos suos vocat l. II. de Orat.

noscique jus civile possit, (quod minime plerique arbitrantur,) mira quædam in cognoscendo suavitas[5] et delectatio. Nam, sive quem aliena studia[g] delectant; plurima est, et[6] in omni jure civili, et in pontificum libris,[1] et in XII. tabulis,[m] antiquitatis[h] effigies, quod et verborum prisca vetustas[7] cognoscitur, et actionum[i] genera quædam majorum consuetudinem vitamque declarant: sive quis civilem scientiam[j] contempletur, quam Scævola non putat oratoris esse propriam, sed cujusdam ex alio genere prudentiæ; totam hanc, descriptis[k] omnibus civitatis utilitatibus ac partibus, XII. tabulis contineri videbit:[8] sive quem ista præpotens et gloriosa philosophia delectat, (dicam audacius,) hosce habebit fontes omnium disputationum suarum, qui jure civili[l] et legibus continentur. 194. Ex his enim et dignitatem maxime expetendam videmus, cum verus, justus,[9] atque honestus labor honoribus, præmiis, splendore decoratur;[10] vitia autem hominum, atque fraudes,

[g] *Aliena a studio juris.*
[h] *Superiorum temporum et morum.*
[i] *Controversiarum et litium.*
[j] *Scientiam administrandæ civitatis.*
[k] *Ordine compositis.*
[l] *Philosophia fontes disputationum suarum habet contentos in jure civili.*

sunt, Lamb. ap. Orell.—5 Erl. 1. *suavitas in cognoscendo;* et mox, *hæc aliena studia.* Pro *aliena*, Wetzel. et Harl. *antiqua.*—6 'Delevi *et* post *est*, secutus novem codd. meos.' *Pearc.* '*Et* abest quoque cod. Erl. 1. et ed. Oxon. atque abesse possit.' *Harl.*—7 In cod. Erl. legitur *vetustas prima.* Grut. præferre malit lectionem cod. Pith. *vetustate prisca cognoscitur.* Idem annotat Palatinis nullis adesse *contempletur*, quod mox sequitur. Hoc verbum deest etiam in Erl. 1. Censor in Bibl. Crit. Amst. I. p. 14. conj. *consectatur*, aut potius *complectitur.*—8 Erl. 1. Grut. et vulgg. *videbitis;* Joan. Gonv. Bal. Harl. 1. Venet. et recentt. *videbit.* Mox, *delectet* Lamb. ap. Orell. pro *habebit*, quod servat Erl. 1. *habet* legitur in vulgg.—9 Erl. 2. *verus et justus.*—10 Grut. et vulgg. *atque splendore dec.* 'Cum codd. omnibus Oxon. cum codd. Cant. Wag. Mead. et Harl. 1. et vett. plerisque edd. deleo vulgatum *atque;* in posteriore enim parte sententiæ Cicero non utitur particula copulativa.' *Pearc.* *Atque*

NOTÆ

[1] *Pontificum libris*] In quibus est jus sacrorum. Pontifices religionis et rerum divinarum apud Romanos arbitri, ita sunt appellati, quod possent facere, hoc est, sacrificare. Qui maximus dicebatur, ceteris summa auctoritate præerat, nec nisi in maximis rebus, quæ religionem spectabant, versabatur. Pontifices maximi auctoritate valuerunt ad tempora C. Julii Cæsaris, post quem reliqui Cæsares hanc dignitatem usurparunt.

[m] *XII. tabulis*] De quibus supra diximus in notis ad § 58.

damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte multantur : et docemur non infinitis, concertationumque plenis disputationibus, sed auctoritate, nutuque legum, domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. XLIV. 195. Fremant omnes licet : dicam quod sentio : bibliothecas, mehercule, omnium philosophorum unus mihi videtur XII. tabularum libellus, si quis legum fontes et capita viderit, et auctoritatis pondere, et utilitatis ubertate superare. 196. Ac, si nos, id quod maxime debet,[1] nostra patria delectat ; cujus rei tanta est vis, ac tanta natura, ut Ithacam [n] illam, in asperrimis saxulis, tanquam nidulum, affixam, sapientissimus vir [2] [o] immortalitati anteponeret ; quo amore tandem inflammati esse debemus in ejusmodi patriam, quæ una in omnibus terris domus est virtutis, imperii, dignitatis? cujus primum nobis mens, mos, disciplina, nota esse debet; vel quia est patria, parens omnium nostrum, vel quia tanta sapientia fuisse in jure constituendo putanda est, quanta fuit in his tantis opibus imperii comparandis. 197. Percipietis etiam illam ex cognitione juris lætitiam et voluptatem, quod, quantum præstiterint nostri majores prudentia ceteris gentibus, tum facillime intelligetis, si cum

deest in Erl. 1. Paulo ante in Erl. 2. post verba, *disput. suarum, qui,* magna lacuna est usque ad verba, *hæc duntaxat in Græcis, &c.* II. 14. § 61. In cod. Oxon. U legitur *de jure civ.* et lacuna est usque ad vocc. *omni ratione,* II. 3. § 13. In edd. quoque Oxon. hic deficiunt variæ lectt. usque ad l. c.

CAP. XLIV. 1 Ernest. et Harl. legere malint *decet.* Mox *rei* delet Lamb. Deinde, pro *saxulis,* nescio quis ap. Orell. conj. *scopulis.*—2 Lamb. *sapientis-*

NOTÆ

[n] *Ithacam*] Insulam in Ionio Mari prope Cephaleniam. Sophiano dicitur hodie *Valle di Compare,* Porcaccio *Theachi,* Turcis *Phiachi.* De Ithacæ sterilitate vide Hom. Od. Δ.

[o] *Sapientissimus vir*] Ulysses scilicet, cui Calypso pollicita est immortalitatem, modo secum manere perpetuo vellet. Sic enim illa Ulyssem alloquitur Odyss. E. Ἐνθάδε κ' αὖθι μένων σὺν ἐμοὶ τόδε δῶμα φυλάσσοις, Ἀθάνατός τ' εἴης· *Hic si mecum manens hanc domum servares, et immortalis esses.* Ulysses respondet : Ἀλλὰ καὶ ὣς ἐθέλω καὶ ἐέλδομαι ἤματα πάντα Οἴκαδέ τ' ἐλθέμεναι, καὶ νόστιμον ἦμαρ ἰδέσθαι· *Sed enim sic volo et cupio singulis diebus domum repetere, et reditus diem videre.*

illorum Lycurgo,[3] [p] et Dracone,[q] et Solone [r] nostras leges conferre volueritis. Incredibile est enim, quam sit omne jus civile, præter hoc nostrum, inconditum, ac pæne ridiculum: de quo multa soléo in sermonibus quotidianis dicere, cum hominum nostrorum prudentiam ceteris omnibus,[4] et maxime Græcis, antepono. His ego [5] de causis dixeram, Scævola, iis, qui perfecti oratores esse vellent, juris civilis cognitionem esse [6] necessariam.

XLV. 198. Jam vero ipsa per sese quantum afferat iis, qui ei præsunt, honoris, gratiæ, dignitatis, quis ignorat? Itaque, ut apud [1] Græcos infimi homines, mercedula adducti, ministros se præbent in judiciis oratoribus,[m] ii, qui apud illos πραγματικοὶ [s] vocantur; sic, in nostra civitate contra, amplissimus quisque et clarissimus vir; ut ille, qui propter hanc juris civilis scientiam sic appellatus a summo poëta [n] est:

Egregie cordatus homo, catus Ælius Sextus,[o 2 t]

[m] *Subserviunt oratoribus suggerendo illis leges et jus civile quo opus est ad causam.*

[n] *Ennio.* [o] *Sextus Ælius homo insignis prudentiæ et sapientiæ.*

simus ille vir.—3 'Facile esset corrigere *illarum*, quia præcedit *gentibus.* Sed quia in *illorum* consentiunt libri, intelligamus 'populorum,' quod ex illo *gentium* verbo repeti potest.' *Ernest.*—4 Ita omnes Pall. ap. Grut. *hominibus* edd. vett. Junt. &c.—5 *His ergo* edd. vett.—6 Erl. 1. *esse cognitionem.* 'Sed suavius accidit ad aures vulgatus ordo.' *Harl.*

CAP. XLV. 1 *Itaque non ut apud* Erl. edd. vett. et Sch.—2 *Æliu' Sextus* Merula, Pearc. Grut. Harl. Mull. Orell. al. 'Sic pronuntiandum, sed non necessario scribendum.' *Ernest.* *Ælius Sextus* Erl. 1. et Verburg.

NOTÆ

[p] *Lycurgo*] De quo supra § 58.

[q] *Dracone*] Draco primus Atheniensium legislator, cujus severiores leges sanguine, non atramento, scriptas, draconis, non hominis, esse dicebant: tanta scilicet fuit illarum immanitas, ut in levia pariter et gravia delicta capitali pœna animadverterent, nec minus addicerent morti eum qui otii convictus esset, quam qui parricidium admisisset. Cum in theatrum aliquando prodiisset, conjectis in eum undique stragulis et vestimentis suffocatus est. Floruit, ut tradit Clemens Alexandrinus l. I. Strom. Olymp. XXXIX. anno 1. quo leges tulit, ante Chr. 624. Eum perhibent tribus versuum millibus vitæ præcepta tradidisse.

[r] *Solone*] Vide notas superiores in § 58.

[s] Πραγματικοὶ] Πρᾶγμα est *negotium, actio:* illi causidici apud Græcos velut agebant, instruebantque causas, quas oratores pronuntiarent: tela subministrabant, quæ ab oratoribus torquerentur.

[t] *Ælius* [*Æliu'*] *Sextus*] De quo in

multique præterea, qui, cum ingenio sibi [auctore][p] dignitatem peperissent,[3] perfecerunt, ut in respondendo de jure,[q] auctoritate plus etiam, quam ipso ingenio, valerent. 199. Senectuti vero celebrandæ[r] et ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quam juris interpretatio? Equidem mihi hoc subsidium jam ab adolescentia[4] comparavi, non solum ad causarum usum forensium;[5] sed etiam ad decus atque ornamentum senectutis, ut, cum me vires (quod fere jam tempus adventat) deficere cœpissent, ab solitudine[6] domum meam vindicarem. Quid est enim præclarius, quam honoribus et reipublicæ muneribus perfunctum[7] senem posse suo jure dicere idem, quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo,[u] se esse eum, unde sibi, si non populi et reges, at omnes sui cives consilium expetant,

Suarum rerum[8][v] incerti: quos ego mea ope ex

[p] *Opera ingenii sui.*
[q] *Respondendo iis qui se consulerent de jure.*
[r] *Ab otio et solitudine vindicandæ.*

—3 'Locus hic non una parte vitiosus videtur. Primum *cum* alienum et delendum puto; deinde, cum Pearcio, verbum *auctore*, quod sane ineptum est. Edd. s. l. et a. Med. Lips. habent *peperissent*, quod est verissimum. Quid porro est, *in respondendo jure?* ut vulgati habent, quis ita dixit? Eædem edd. habent *de jure;* recte. Et videntur etiam verba hic transposita. Totus locus sic est constituendus, *multique præterea, qui ingenio sibi dignitatem peperissent, perfecerunt respondendo de jure, ut auctoritate plus etiam, quam ipso ingenio valerent.* Ceterum tantum in textu correximus, quod libris auctoribus potuimus.' *Ernest.* Erl. 1. et Pearc. *dignitatem reperissent . . . in respondendo jure.* Codd. *peperissent* habere, notatur in marg. Verburg. Matthiæ conj. *quum ingenio sibi auctoritatem reperissent.*—4 Erl. *jam inde ab adolescentia.* —5 'Ita, pro vulgata lectione *forensem*, Ernesti ex edd. pr. W. s. l. et a. M. &c. rescripsit.' Mox in Erl. 1. ante *ornamentum* minus necessario nec suaviter *ad* post *atque* repertum legitur.' *Harl.*—6 Erl. 1. Grut. et vulgg. *ista ab solitudine;* sed voc. *ista* deest in edd. Venet. Mediol. Junt. Crat. et recentt. *cœpissent, tum a solitudine* Lamb.—7 Erl. 1. *perflictum.* Mox, *dicit ille* Sch. ap. Orell. *phicius Apollo . . . et omnes sui cives* Erl. 1.—8 *Suarum summarum rerum* Erl. 1. Idem in vs. seq. *compotens consilii.*

NOTÆ

Bruto. *Catus* idem quod cautus. *Æliu'* scriptum est pro Ælius; in versu enim *s* veteres ad libitum tollebant.

[u] *Pythius Apollo*] Delphis colebatur. Pythius autem dicebatur, ut volunt, a serpente Pythone, quem interemit. Ovid. Met. I. Ad Apollinis oraculum reges undique ac populi confluebant; sic ad prudentem et peritum jurisconsultum cives sui responsa et velut oracula petituri conveniunt.

[v] *Suarum rerum*] Versus tres iambici ex tragœdia quadam Enniana.

Incertis certos, compotesque consili
Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.[s]

200. Est enim sine dubio domus jurisconsulti totius oraculum civitatis. Testis est hujusce Q. Mucii janua et vestibulum,[w] quod in ejus infirmissima valetudine, affectaque[t x] jam ætate, maxima quotidie frequentia civium, ac summorum hominum splendore celebratur.

XLVI. 201. Jam vero illa[1] non longam orationem desiderant, quamobrem existimem publica quoque jura, quæ sunt propria civitatis atque imperii, tum monumenta rerum gestarum, et vetustatis exempla, oratori nota esse debere. Nam ut in rerum privatarum causis atque judiciis depromenda sæpe oratio est ex jure civili, et idcirco, ut ante diximus, oratori juris civilis scientia necessaria est: sic in causis[2] publicis judiciorum, concionum, senatus,[y] omnis hæc et antiquitatis memoria, et publici juris auctoritas, et regendæ reipublicæ ratio ac scientia, tanquam alia materies,[3] iis oratoribus, qui versantur in republica, subjecta esse debent. [*p.* 102.] 202. Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem,[u] aut rabulam,[z] hoc sermone nostro conquirimus, sed eum virum, qui primum sit ejus

[s] *An sunt in periculo rerum suarum? ego illos auxilio meo facio ex periclitantibus securos, eis suggero consilia, ne sese implicent molestis in negotiis.*
[t] *Ad exitum vergente.*
[u] *Declamatorem insulsum.*

CAP. XLVI. 1 *Jam illa*, omisso *vero*, Erl. 1. M. et Sch. ap. Orell. *vero* legitur in Junt. Crat. et Victor. Mox, *exist. quum publ. jura*, omisso *quoque*, Lamb. Idem mox omittit copulam *et* ante *vetustatis*.—2 Erl. 1. *sic his in causis*, et mox, *hæc antiquitatis*, omisso *et*.—3 Erl. 1. *aliqua materies;* et sic edd. præ-

NOTÆ

[w] *Janua et vestibulum*] Janua primus est ingressus in interiora domus: vestibulum spatium est januam inter et viam relictum, ut qui ædium dominum venissent salutatum, neque in ipsis essent ædibus, neque in via starent. Vide Gell. XVI. 5.

[x] *Affectaque*] 'Affecta, sicuti M. Cicero et veterum elegantissimi locuti sunt, ea proprie dicebantur, quæ non ad finem ipsum, sed proxime finem progressa deductave erant.' Gell. III. 16.

[y] *Judiciorum, concionum, senatus*] Judicia exercentur in foro; conciones fiunt ad populum e rostris; senatus habetur in curia.

[z] *Rabulam*] Eum quem insana dicendi, seu quæstus potius dicendo faciendi, rabies agitat; qui, quod ratione non potest, oratione et clamore obtinere contendit.

artis antistes,[v] cujus cum ipsa natura magnam homini facultatem daret, tamen esse Deus putabatur,[4] [w] ut et ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur: deinde, qui possit, non tam caduceo,[a] quam nomine oratoris ornatus, incolumis, vel inter hostium tela, versari: tum, qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo subjicere odio [x] civium, supplicioque constringere: idemque ingenii præsidio innocentiam judiciorum pœna liberare: idemque languentem labentemque[5] populum aut ad decus excitare, aut ab errore deducere, aut inflammare in improbos, aut incitatum in bonos, mitigare: qui denique, quemcumque in animis hominum motum res et causa postulet, eum dicendo vel excitare possit, vel sedare. 203. Hanc vim si quis existimat, aut ab iis, qui de dicendi ratione scripserunt, expositam esse, aut a me posse exponi tam brevi, vehementer errat: neque solum inscientiam[6] meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. Equidem vobis, quoniam ita voluistis, fontes, unde hauriretis,[7] atque itinera ipsa, ita putavi esse demonstranda; non ut ipse dux essem, (quod

[v] *Qui ceteris dicendo antecellat.*

[w] *Quamvis natura magnam artis oratoriæ facultatem afferat hominibus, tamen ars ea tanta est, ut ipse Deus hanc facultatem dedisse putetur hominibus.*

[x] *Adducere in odium.*

ter Ernest. et Harl. '*alia* Ernest. errore typogr.' *Orell.*—4 Erl. 1. *tum esse Deus putatur.* 'Sed Ernesti pro vulgata lectione *putatur*, quæ manifeste falsa est inter media imperfecta *daret, erat, videretur*, correxit *putabatur*.' Harl. Mox, pro *partum*, edd. antiq. habent *factum;* Lips. *perlatum.*—5 Lambinus corrigit *labantemque.*—6 Victor. *inscitiam.*—7 Erl. 1. *haurietis*, et mox *quod infinitum*, omisso *et.* Præterea, Ernestio videtur esse legendum *esset infin.* sed repugnat Ruhnken. ad Vell. Paterc. II. 42. et observat, bonos scriptores fere semper illam formulam per indicativum efferre, 'longum est,' 'infinitum

NOTÆ

[a] *Caduceo*] Caduceus bacillus quidam est duobus anguibus hinc inde extantibus ita illigatus, ut inter illos medius sit. Insigne est Mercurii; describitur a Virgilio his versibus Æn. IV. 'Tum virgam capit; hac animas ille evocat orco Pallentes,' &c. Legati feciales, qui pacem petebant, præferebant caduceum, et caduceatores interdum vocabantur. Qui virgam illam insigne pacis gestabant, erant jure gentium ubique tuti et incolumes. Hæc est porro hujus loci sententia. Orator non tam oratoris persona, quam orationis auctoritate tutus sit.

et infinitum est, et non necessarium,) sed ut commonstrarem tantum viam, et, ut fieri[8] solet, digitum ad fontes intenderem.[b] XLVII. 204. Mihi vero, inquit Mucius, satis[y] superque abs te videtur istorum[z] studiis, si modo sunt studiosi, esse factum: nam, ut Socratem illum solitum aiunt dicere, perfectum sibi opus esse,[a] si quis[1] satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendæ percipiendæque virtutis; (quibus enim id persuasum esset, ut nihil mallent se esse, quam bonos viros, iis reliquam facilem esse doctrinam:) sic ego intelligo, si in hæc, quæ patefecit oratione sua Crassus, intrare volueritis; facillime vos ad ea, quæ cupitis, perventuros ab hoc[b] aditu, januaque patefacta. 205. Nobis vero, inquit Sulpicius, ista sunt pergrata perque jucunda: sed pauca etiam requirimus, inprimisque ea, quæ valde breviter a te, Crasse, de ipsa arte percursa sunt,[c] cum illa te et non contemnere, et didicisse confiterere: ea si paulo latius dixeris, expleris omnem expectationem diuturni desiderii nostri. Nam nunc,[2] quibus studendum rebus esset, accepimus, quod ipsum est tamen magnum; sed vias[d] earum rerum rationemque cupimus cognoscere. 206. Quid si, inquit Crassus, quoniam ego, quo facilius vos apud me tenerem, vestræ potius obsecutus sum voluntati, quam aut consuetudini, aut naturæ meæ, petimus[3] ab Antonio, ut ea, quæ conti-

[y] *Copiose ut nihil quæri amplius debeat.*
[z] *Sulpicii et Cottæ.*
[a] *Se id quod volebat consecutum esse.* [b] *A Crasso.*
[c] *Cursim dicta.* [d] *Artem.*

est,' 'longum erat,' &c.—8 'Ernesti non dubitat, rescribendum esse *dici*, quoniam, ut ait, est modus loquendi proverbialis, et in vulgato sensus commodus non est. Sed Herel. in literis ad me datis malit, si quid mutandum, *ferri*, modo nimirum loquendi proverbiali, vulgo trito; idque placet.' *Harl.*

CAP. XLVII. 1 Orell. e codd. *si qui.* Mox, *esset incitatus* Lamb. Paulo post, *esse se* codd. aliquot, Lamb. et Sch. ap. Orell.—2 *Nam cum* Erl. 1.—

NOTÆ

[b] *Digitum ad fontes intenderem*] Id est, ostenderem discendi cupidis unde parari posset eloquentia: metaphora ducta ab iis qui sitientibus fontes præmonstrant, quibus sitim compescant.

net,[e] neque adhuc protulit, ex quibus unum libellum sibi excidisse jamdudum questus est, explicet nobis, et illa dicendi mysteria[f] enuntiet? Ut videtur, inquit Sulpicius; nam Antonio dicente, etiam quid tu sentias, intelligemus.[4] 207. Peto igitur, inquit Crassus, a te, quoniam id nobis, Antoni, hominibus id ætatis,[g] oneris[5] ab horum adolescentium studiis imponitur, ut exponas, quid iis de rebus, quas a te quæri vides, sentias. XLVIII. Deprehensum[h] equidem me, inquit Antonius, plane video atque sentio, non solum quod ea requiruntur a me, quorum sum ignarus atque insolens,[i] sed quia, quod in causis valde fugere soleo, ne tibi, Crasse, succedam, id me nunc isti vitare non sinunt.[1] 208. Verum hoc ingrediar ad ea, quæ vultis, audacius, quod idem mihi spero usu esse venturum in hac disputatione, quod in dicendo solet,[j] ut nulla expectetur ornata oratio: neque enim sum de arte dicturus, quam nunquam didici, sed de mea consuetudine; ipsaque illa, quæ in commentarium meum retuli, sunt ejusmodi, non aliqua mihi doctrina tradita,[k] sed in rerum usu causisque tractata: quæ si vobis, hominibus eruditissimis, non probabuntur, vestram iniquitatem accusatote, qui ex me ea quæsieritis, quæ ego nescirem: meam facilitatem laudatote, cum vobis, non meo judicio, sed vestro studio inductus, non gravate respondero.[l] 209. Tum Crassus, Perge

[e] *Quæ apud se servat.* [f] *Secreta præcepta.*
[g] *Hujus ætatis, jam senibus.*
[h] *Occupatum ex improviso.*
[i] *Quorum usum non habeo: non enim consuevi tradere dicendi præcepta et ea valde observare.*
[j] *Sed eo audacius aggrediar explicare ea quæ petitis, quod idem mihi spero eventurum in hac disputatione, quod solet in causis dicendis.*
[k] *Quæ scripsi in libello a me refricandæ memoriæ causa confecto.*
[l] *Laudate me quod ita fuerim commodus, ut vobis responderim, non quod ita judicarem esse mihi faciendum homini rerum istarum ignaro, sed ut ardori discendi vestro servirem.*

3 Erl. 1. *petamus.*—4 Erl. 1. alii codd. et edd. ante Ernest. *intelligas, sentiemus.* —5 'Hanc voc. positionem defendere studuit Matthiæ in progr. cit. similibus locis allatis; sed censor Lipsiens. arbitratur τὸ *oneris* vel post *imponitur* esse collocandum, vel forsan esse glossema.' *Harl.* *oneris* Sch. collocavit post *id nobis*, Mull. post *imponitur.*

modo, inquit, Antoni: nullum est enim periculum, ne quid tu eloquare, nisi ita prudenter, ut neminem nostrum pœniteat ad hunc te sermonem impulisse.

Ego vero, inquit, pergam: et id faciam, quod in principio fieri[c] in omnibus disputationibus oportere censeo: ut, quid illud sit, de quo disputetur,[2] explanetur, ne vagari et errare cogatur oratio, si ii, qui inter se dissenserint, non idem esse illud, quo de agitur, intelligant. 210. Nam, si forte quæreretur, quæ esset ars imperatoris,[m] constituendum putarem principio, quis esset[3] imperator: qui cum esset constitutus[n] administrator quidam belli gerendi, tum adjungeremus de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus, de commeatu,[o] de insidiis faciendis atque vitandis, de reliquis rebus, quæ essent propriæ belli administrandi: quarum qui essent animo et scientia compotes,[p] eos esse imperatores dicerem; utererque exemplis Africanorum[d] et Maximorum;[e]

[m] *Ducis exercitus.* [n] *Cum ita esset definitus.*
[o] *Annona militari.*
[p] *Satis haberent fortitudinis ac prudentiæ ut ea præstarent.*

CAP. XLVIII. 1 Lamb. *id nunc vitare me isti non sinunt.*—2 Sch. ap. Orell. *disputatur.* Mox, *dissererint* Erl. 1. *dissentiunt* Lamb. Dein τὸ *esse* delevit Schutz. uncis inclusit Orell. Denique, *de quo agitur, intelligent* Erl. Vulgatum *intelligent* præfert Wetzel.—3 Erl. 1. *qui esset.* Paulo post, Erl. 1. *signorum conlocationibus, de commeatu, de insidiis faciendis atque vitandis, de oppi-*

NOTÆ

[c] *Quod in principio fieri, &c.*] Desumta est ex Phædro Platonis hæc sententia: Περὶ παντὸς, ὦ παῖ, κ. τ. λ. *In omni re, o fili, &c.*

[d] *Africanorum*] Africani duo fuere; alter P. Cornelius Scipio Africanus Major, consul factus A. U. C. 549. bellum in Africam transtulit, ubi Hasdrubale Carthaginiensi et Syphace Numidiæ rege iterum debellatis, illustre consecutus est Africani cognomentum. Accusatus de capta ab Antiocho pecunia ad pacis leges ferendas, adversariorum invidiæ cessit, et Liternum in Campaniam se recepit, ibique obiit A. U. C. 571. ante Chr. 183. Livius, Plutarch. &c. Alter P. Scipio Æmilianus Africanus Minor, Carthaginem 'invisam Romano nomini funditus sustulit,' ut narrat Paterculus, 'fecitque suæ virtutis monumentum, quod fuerat avi ejus clementiæ. Numantiam item excisam æquavit solo. Nec quisquam ullius gentis hominum ante eum clariore urbium excidio nomen suum perpetuæ commendavit memoriæ .... Post duos consulatus, duosque triumphos,

Epaminondam[f] atque Hannibalem,[g] atque ejus[4] generis homines nominarem. 211. Sin autem quæreremus,[5] quis esset is, qui ad rempublicam moderandam[q] usum, et scientiam, et studium suum contulisset, definirem hoc modo: qui, quibus rebus utilitas reipublicæ pararetur augeretur-que, teneret, iisque uteretur;[6] hunc reipublicæ rectorem, et consilii publici auctorem esse habendum: prædicaremque P. Lentulum,[h] principem illum, et Ti. Gracchum patrem, et Q. Metellum, et P. Africanum, et C. Lælium, et innumerabiles alios cum ex nostra civitate, tum ex ceteris. 212. Sin autem quæreretur, quisnam jurisconsultus vere nominaretur; eum dicerem, qui legum, et consuetudinis[7] ejus, qua privati in civitate uterentur, et ad respondendum, et ad scribendum, et ad cavendum,[r] peritus esset: et ex eo genere Sex. Ælium,[i] M' Manilium, P. Mucium nominarem. XLIX. [*p.* 103.] Atque, ut jam[1] ad leviora artium studia veniam, si musicus, si grammaticus, si poëta quæratur, possim similiter explicare, quid eorum quisque profi-

[q] *Quis esset optimus reip. gubernator.*
[r] *Ad providendum ne sui consultores decipiantur.*

dorum oppugnationibus, &c.—4 Mull. conj. *aliosque ejus.*—5 Sic Ven. Victor. Streb. Gronov. Pearc. Verb. et recentt. *quæremus* edd. vett. *queremus* Erl. 1. *quæreretur* Lips.—6 Erl. 1. *augeretur, teneret, iis uteretur.* Mox, *Q. Marcellum,* et paulo post *alios tum* in eodem codice.—7 Venet. 1485. *consuetudinisque.* Mox, pro *scribendum,* quod e conj. primus recepit Ernest. *agendum* habent Erl. 1. alii codd. Junt. Lamb. Grut. Paulo post, *M. Manilium* Grut.

NOTÆ

mane in lectulo repertus est mortuus, ita ut quædam elisarum faucium in cervice reperirentur notæ,' A. U. C. 625. ante Chr. 129.

[e] *Maximorum*] Cujus nominis fuere complures arte militari celeberrimi, quibus omnibus antecelluisse videtur Q. Fabius Maximus, qui Hannibalem Romæ imminentem cunctando fregit, remque Romanam restituit. Polyb. Liv. &c.

[f] *Epaminondam*] Qui Thebanorum dux maximam Lacedæmoniis cladem attulit ad Leuctra, quæ Bœotiæ urbs est, eorum duce Cleombroto occiso: anno 1. Olymp. 102. ante Chr. 372. suis imperium peperit. Diodorus, &c.

[g] *Hannibalem*] Vide notas in l. III. Herenn. § 2.

[h] *P. Lentulum*] De quo, ut et de ceteris qui hic laudantur, disserendi locus erit in Bruto.

[i] *Sex. Ælium*] Vide Cic. in Bruto, ubi et de M. Manilio et de P. Mucio agetur.

teatur, et quo non amplius ab[2] quoque sit postulandum. Philosophi denique ipsius,[3] qui de sua vi ac sapientia unus omnia pæne profitetur, est tamen quædam descriptio,[s] ut is, qui studeat omnium rerum, divinarum atque humanarum vim, naturam causasque nosse, et omnem bene vivendi rationem tenere et persequi, nomine hoc appelletur. 213. Oratorem autem, quoniam de eo quærimus, equidem non facio eundem, quem Crassus;[t] qui mihi visus est omnem omnium rerum atque artium scientiam comprehendere uno oratoris officio ac nomine: atque eum[4] puto esse, qui verbis ad audiendum jucundis et sententiis ad probandum accommodatis uti possit in causis forensibus atque communibus: hunc ego appello oratorem, eumque esse præterea instructum voce, et actione, et lepore quodam volo. 214. Crassus vero mihi noster[5] visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus, immensis pæne, describere: nam et[6] civitatum regendarum oratori gubernacula sententia sua tradidit: in quo per mihi mirum visum est, Scævola, te hoc illi concedere; cum sæpissime tibi senatus, breviter impoliteque dicenti, maximis sit de rebus assensus. M. vero Scaurus,[j] quem non longe, ruri, apud se,[7] esse audio, vir regendæ reipublicæ scientissimus, si audierit, hanc auctoritatem gravitatis et consilii sui vindicari[k] a te, Crasse, quod eam oratoris propriam esse

[s] *Philosophus etsi videtur omnes artes unus complecti et profiteri, certa definitione tamen et limitibus suis circumscribi potest.*

[t] *Non ita definio ut Crassus; angustioribus terminis eloquentiam circumscribo.*

Cap. xlix. 1 Voc. *jam* deest in uno cod. ap. Orell. et in Sch.—2 Sch. ap. Orell. *amplius a.*—3 Erl. 1. *ipsi.* 'Forsan per compendium scribendi.' *Harl.*—4 Man. *at eum.* Mox, *puto esse præterea instructum qui et verbis* Erl. 1. In eodem cod. pro *jucundis*, legitur *jocundus.* Edd. vett. Junt. Crat. Victor. Lamb. *qui et verbis, &c.* τὸ *et* delet Grut.—5 Steph. et Lamb. ap. Orell. *noster mihi.*—6 Solus Man. *nam etiam.*—7 Ven. 1485. *apud sese.* Paulo post,

NOTÆ

j *M. Scaurus*] Consule notas in Brutum § 111.

k *Vindicari*] Vindiciæ, auctore Festo, appellantur res de quibus controversia est: vindicare vero dicitur ille, qui rem, de qua controversia est, suam esse dicit.

dicas; jam, credo, huc veniat, et hanc loquacitatem[8] nostram vultu ipso aspectuque conterreat: qui quanquam est in dicendo minime contemnendus, prudentia tamen rerum magnarum magis, quam dicendi arte, nititur. 215. Neque vero, siquis[1] utrumque potest, aut ille consilii publici auctor ac senator bonus, ob eam ipsam causam orator est; aut hic disertus atque eloquens,[9] si est idem in procuratione[u] civitatis egregius, illam scientiam[10] dicendi copia est consecutus: multum inter se distant istæ facultates, longeque sunt diversæ, atque sejunctæ; neque eadem ratione ac via M. Cato, P. Africanus, Q. Metellus,[11] C. Lælius, qui omnes eloquentes fuerunt, orationem suam et reipublicæ dignitatem exornabant. L. Neque enim est interdictum aut a rerum natura, aut a lege aliqua atque more, aut singulis[1] hominibus, ne amplius, quam singulas artes, nosse liceat.[v] 216. Quare non, etsi eloquentissimus Athenis Pericles,[m] idemque in ea civitate plurimos annos princeps consilii publici fuit, idcirco ejusdem hominis[2] atque artis utraque facultas existimanda est; nec, si P. Crassus idem fuit eloquens, et juris peritus, ob eam causam inest

[u] *Administratione.*

[v] *Neque natura, neque lex, neque mos ullus prohibet, ne unus aliquis artes multas discat.*

quod eam oratoriam ed. Hahn. *quod eam oratorum* Ven. 1485.—8 Sch. suspic. *et hanc licentiam.*—9 Junt. *disertus aut eloquens.*—10 Ita Lamb. e conj. Manutii; *aliquam scientiam* Junt. Crat. Victor. Grut. item omnes codd. ap. Pearc. *reliquam scientiam* conj. Grut. *aliena scientia dicendi copiam* ed. Hahn. *alienam scientiam, &c.* hinc conj. Wyttenb. quod receperunt Sch. et Orell. *aliqua scientia dicendi copiam* Erl. 1. *aliquam scientia dicendi copiam* Palat.—11 Q. *Marcellus* Erl. 1. Mox, *et rationem* Nonius; unde *et orationem* conj. Orell.

Cap. L. 1 Grut. et al. *et singulis;* Erl. 1. *ut singulis.* ' Ernest. errore typogr. *aut singulis.*' Orell. Ita edidit etiam Harl. Mox, *non et si sit eloq.* Erl. 1.—2 Sch. et Mull. e conj. *nominis;* sed Mullerum postea pœnituit hujus

NOTÆ

[1] *Neque vero, siquis*] Facile fieri potest ut idem sit et senator bonus et eximius orator; verum dotes illæ diversæ sunt; neque enim sequitur, ut qui bonus est senator, is sit orator illustris, et qui illustris orator, sit senator bonus. Sed ita distinguuntur illæ facultates, ut in diversis hominibus separatæ sæpe reperiantur.

[m] *Pericles*] De quo Tullius in Bruto, ut et de P. Crasso ac ceteris oratoribus, qui passim hic laudantur: in nostris in Brutum notis ea congessimus, quæ ad illustrium oratorum notitiam pertinerent.

in facultate dicendi juris civilis scientia. 217. Nam si quisque, ut in[3] aliqua arte et facultate excellens, aliam quoque artem sibi assumserit, ita perficiet, ut, quod præterea sciet, id ejus, in quo excellet, pars quædam esse videatur: licet ista ratione dicamus,[w] pila[n] bene, et duodecim scriptis[4] ludere,[o] proprium esse juris civilis, quoniam utrumque eorum P. Mucius optime fecerit; eademque ratione dicantur, et quos[5] Φυσικοὺς[p] Græci nominant, iidem poëtæ, quoniam Empedocles[q] physicus egregium poëma fecerit. At hoc ne philosophi quidem ipsi, qui omnia, sicut propria, sua esse,[6] atque a se possideri volunt, dicere audent, geometriam, aut musicam, philosophi esse, quia

[w] *Poterimus pari jure dicere (ironice dictum).*

receptæ.—3 '*Si quisque, ut in, &c.*] Sequitur paulo post *is perficiet*, ubi cum *is* redundat, Lambinus voluit reponere *ita*. Sed ista emendatione non opus est, si scripserit hic Cicero, *si, ut quisque in aliqua arte,' &c.* Pearc. 'In Erl. 1. etiam *is perficiet;* ed. W. *iis:* utrumque manifeste vitiosum, ait Ernesti, qui de sua certa conjectura dedit, *ut in aliqua... ita perficiet.'* Harl. *is perficiet* codd. et edd. vett. Junt. Crat. M. quod defendit Matthiæ Misc. Crit. I. 4. p. 677.—4 Ita codd. Pall. et Victor. *scrupis* edd. vett. et Junt. Mox, *esse jurisconsulti, quoniam* Man.—5 Ita edd. vett. Junt. Crat. Victor. *et* omittit Sch. defendit Matthiæ l. c. '*Etiam* Man. qui in iis erat, qui *et* hoc sensu apud Ciceronem non tolerarent.' *Orell.*—6 Sch. conj. *qui cetera omnia scilicet proprie sua esse.*

NOTÆ

[n] *Pila*] Vide notas in l. III. de Orat. § 58.

[o] *Duodecim scriptis* [*scrupis*] *ludere*] Legunt alii *scriptis ludere*. Recte etiam, ut ostendit Victorius, Var. Lect. v. 13. est enim scriptus lapis vel calculi genus, quo utebantur veteres in hoc ludi genere, quemadmodum docent Nonius et Festus. *Scrupus* lapillum significat: duodecim scrupi totidem sedibus alternis, albo et nigro colore signatis, dispositi ludum hunc præbebant: pro scrupis nunc adhibentur orbiculi ex ebore vel buxo. Singulare est quod Quintilian. XI. 3. contigisse narrat illi Scævolæ, cum scrupis luderet: is cum prior calculum promovisset essetque victus, dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato errasset, recordatus, rediit ad eum quicum luserat, hicque ita factum esse confessus est.

[p] Φυσικοὺς] Φύσις, *natura:* φυσικοὶ qui res naturales, earum causas, et effecta indagant.

[q] *Empedocles*] Philosophus, idemque poëta Agrigentinus. Eum tradunt, ut absumto corpore crederetur immortalis, in ardentem Ætnæ Montis voraginem sese dedisse præcipitem; ejectis autem ferreis crepidis rem fuisse deprehensam. Ita Hippobotus apud Laërtium, qui neque hoc, neque alia de ejus morte commenta approbat. Id constat eum floruisse Olymp. LXXXIV. annis ante Chr. 444. Lucret. l. I. Horat. in Arte, &c.

Platonem omnes in illis artibus præstantissimum fuisse fateantur. 218. Ac, si jam placet, omnes artes oratori subjungere,[x] tolerabilius est, sic potius dicere, ut, quoniam dicendi facultas non debeat esse jejuna atque nuda, sed aspersa atque distincta multarum rerum jucunda quadam varietate, sit boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo et cogitatione, multa etiam legendo percurrisse: neque ea, ut sua, possedisse, sed, ut aliena, libasse.[y] Fateor enim, callidum[z] quendam hunc, et nulla in re tironem ac rudem,[a] nec peregrinum atque hospitem[b] in agendo esse debere.

LI. 219. Neque vero istis tragœdiis tuis,[c r] quibus, uti philosophi maxime solent, Crasse, perturbor, quod ista[1] dixisti, neminem posse eorum mentes, qui audirent, aut inflammare dicendo, aut inflammatas restinguere, cum eo[2] maxime vis oratoris magnitudoque cernatur, nisi qui rerum omnium naturam, mores hominum atque rationes[3] penitus perspexerit: in quo philosophia sit oratori necessario percipienda: quo in studio hominum quoque ingeniosissimorum otiosissimorumque totas ætates videmus esse contritas:[d 4] quorum ego copiam magnitudinemque cognitionis atque artis non modo non contemno, sed etiam vehementer admiror: nobis tamen, qui in hoc populo foroque versamur, satis est,[5] ea de moribus hominum et scire, et dicere, quæ non abhorrent ab hominum moribus. 220. Quis enim un-

[x] *Quasi famulas subjicere.* [y] *Leviter attigisse.* [z] *Exercitatum et acutum.*
[a] *Politum usu et arte.* [b] *Ignarum.*
[c] *Non moveor iis rationibus quas tam vehementer ac tragice attulisti.*
[d] *Totam vitam consumtam.*

CAP. LI. 1 Al. ante Ernesti *quod ita.* ' Ern. *ista,* errore typogr. propagato a Mull.' *Orell. ista* etiam Harl.—2 ' Cuidam docto placuit *cum in eo,* quod probo.' *Pearc.* In cod. Erl. 1. vocc. *solent, Crasse, perturbor . . . cum eo maxime,* errore librarii desunt.—3 Schutz. *nisi qui hominum naturam et motus animorum eorumque rationes;* Lamb. *ac rationes.*—4 Erl. 1. *esse contrarias.*—5 Lamb. *est satis.* Mox, *ea de motibus animorum* conj. Ernesti; recepit

NOTÆ

[r] *Istis tragœdiis tuis*] Tragœdias in nugis agere dicuntur, qui rem parvam clamitando, ut fieri solet a tragœdiarum actoribus, magnam faciunt.

quam orator magnus, et gravis, cum iratum adversario judicem facere vellet, hæsitavit ob eam causam, quod nesciret, quid esset iracundia, fervorne mentis,[6s] an cupiditas puniendi doloris? Quis, cum ceteros animorum motus aut judicibus, aut populo dicendo miscere atque agitare vellet, ea dixit, quæ a philosophis dici solent? qui partim omnino motus negant[t] in animis ullos esse debere, quique eos in judicum mentibus concitent, scelus eos nefarium[7] facere; partim, qui tolerabiliores volunt esse, et ad veritatem vitæ propius accedere, permediocres ac potius leves motus debere esse dicunt. 221. [*p.* 104.] Orator autem omnia hæc, quæ putantur in communi vitæ consuetudine, mala ac molesta, et fugienda, multo majora et acerbiora verbis facit: itemque ea, quæ vulgo expetenda atque optabilia videntur, dicendo amplificat atque ornat: neque vult ita sapiens inter stultos videri, uti, qui audiant,[8] aut illum ineptum[e] et Græculum[f] putent, aut etiamsi valde probent[u] ingenium oratoris, sapientiam admirentur, se

[e] *Si de reconditioribus philosophiæ disputationibus agat apud populum.*
[f] *Si eruditionem putide ac frigide ostentare velit.*

Schutz.—6 Idem Schutz. *errorne mentis* de Purgoldi conj.—7 Manut. suspic. *eos aiunt nefarium.* In cod. Erl. 1. legitur, *qui cum eos, &c.* Paulo post, *aut potius* Erl. 1.—8 Pearc. conj. *ut ii, qui audiant.* 'Et sic quoque antea jam conjeceram.' *Harl.* Ernesti suspic. *qui audiant illum, aut ineptum;* vel, *aut ineptum illum et Græculum.* Hoc receperunt Schutz. et Mull. 'Nec tamen hoc *illum* opponitur v. *se.*' Orell. *aut Græculum* Erl. 1. et edd. ante Pearc. 'Mox, Gruter. contra Lamb. tuetur lect. *peragrat per;* is enim *per* expunxit, sed

NOTÆ

[s] *Fervorne mentis*] Sic iracundia describitur ab Aristotele per causam materialem; est, inquit, fervor sanguinis circa cor propter ulciscendi doloris cupiditatem. Melius idem Aristoteles Rhet. II. 2. Ἔστιν ἡ ὀργὴ ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν εἰς αὐτὸν, ἢ εἰς αὐτοῦ τινα μὴ προσηκόντως· *Ira est cum dolore* conjuncta *cupiditas ultionis speratæ, propter apparentem contemtum, quo quis vel se vel e suis aliquem immerito affectum putat.* Tullius sic Tusc. Quæst. l. IV. Ira est 'libido puniendi ejus, qui læsisse videatur injuria.'

[t] *Omnino motus negant*] Stoici negant motus in animis ullos esse debere: Peripatetici mediocres admittunt. Vide Tullium Tusc. Quæst. l. III.

[u] *Etiamsi valde probent*] Licet auditores maxime probent ingenium oratoris, ab eo tamen solent alienari, cum orator plus æquo suam eruditionem venditat. Qui ingenium et doctrinam aperte prædicat, auditori vi-

esse stultos[g] moleste ferant; 222. sed ita peragrat[h] per animos hominum, ita sensus mentesque pertractat, ut non desideret philosophorum descriptiones,[i] neque exquirat oratione,[9] summum illud bonum[v] in animone sit, an in corpore: virtute an voluptate definiatur: an hæc[j] inter se jungi copularique possint: an vero, ut quibusdam visum, nihil certum sciri, nihil plane cognosci et percipi possit: quarum rerum fateor magnam multiplicemque esse disciplinam, et multas, copiosas, variasque rationes; 223. sed aliud quiddam,[10] longe aliud, Crasse, quærimus: acuto homine nobis opus est, et natura usuque callido, qui sagaciter pervestiget, quid sui cives, iique homines, quibus aliquid dicendo persuadere velit, cogitent, sentiant, opinentur, expectent. LII. 224. Teneat oportet venas[w] cujusque generis, ætatis, ordinis,[k] et eorum, apud quos aliquid aget,[1] aut erit acturus, mentes, sensusque degustet:[l] philosopho-

[g] *Rudes et imperitos.* [h] *Penetrat.*
[i] *Ut carere facile possit philosophorum definitionibus.*
[j] *Virtus et voluptas.*
[k] *Oportet ut intelligat locos et argumenta, quibus moveri ac tractari possint animi hominum, cujuscumque sint illi generis, ordinis, ætatis.*
[l] *Cognoscat.*

haud necessario, et nolentibus codd.' *Harl.*—9 Erl. 1. *orationem;* Gesner. conj. et jam antea Lamb. maluit, *ratione.* Mox, Erl. 1. *desinatur: an hæc... an verum.* Dein, *visum est* Lamb.—10 Erl. *sed aliud quoddam.*

CAP. LII. 1 Pearc. e cod. Cant. *agit,* prob. Heusinger. *agat* Crat. *aliquid*

NOTÆ

detur exprobrare inopiam ingenii et scientiæ; quod valde offendit animos; nemo enim, ut sit hebes et ignarus, videri tamen aut putari amat.

[v] *Summum illud bonum*] Discrepantes philosophorum de summo bono sententias egregie et breviter Cicero collegit Tusc. Quæst. v. § 84. 'Sunt autem hæ de finibus, ut opinor, retentæ defensæque sententiæ: primum simplices quatuor: nihil bonum nisi honestum, ut Stoici; nihil bonum nisi voluptatem, ut Epicurus; nihil bonum nisi vacuitatem, ut Hieronymus; nihil bonum nisi naturæ primis bonis aut omnibus aut maximis frui, ut Carneades contra Stoicos disserebat. Hæc simplicia; illa mixta: tria genera bonorum; maxima animi, secunda corporis, externa tertia; ut Peripatetici, nec multo veteres Academici secus. Voluptatem cum honestate Dinomachus et Callipho copulavit: indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus adjunxit.'

[w] *Venas*] Metaphora ducta a venis aquarum et metallorum, quas investigant ii qui metalla aut aquas sub terra latentes explorant.

rum autem libros reservet sibi ad hujuscemodi Tusculani requiem[m] atque otium, ne,[2] si quando ei dicendum erit de justitia et fide, mutuetur[n] a Platone; qui, cum hæc exprimenda verbis arbitraretur, novam quandam finxit in libris civitatem: usque eo illa, quæ dicenda de justitia putabat, a vitæ consuetudine, et a civitatum moribus abhorrebant.[o] 225. Quodsi ea probarentur[x] in populis atque in civitatibus; quis tibi, Crasse, concessisset, clarissimo viro, et amplissimo principi civitatis, ut illa diceres in maxima concione tuorum civium, quæ dixisti? 'Eripite nos[3 y] ex miseriis, eripite nos ex faucibus eorum, quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri: nolite sinere nos cuiquam servire, nisi vobis universis, quibus et possumus et debemus.' Omitto *miserias*, in quibus, ut illi aiunt, vir fortis esse non potest; omitto *fauces*, ex quibus te eripi vis, ne judicio iniquo exsorbeatur sanguis tuus;[p] quod sapienti negant accidere posse: *servire* vero non modo te, sed universum senatum, cujus tum causam agebas, ausus es dicere? 226. Potestne virtus, Crasse, servire, istis auctoribus, quorum tu præcepta oratoris facultate complecteris?[q] quæ et semper,[z] et sola libera est, quæque, etiamsi corpora

[m] *Ruri in villa legendos.* [n] *Desumat.*
[o] *Aliena erant.* [p] *Ne iniquo judicio pereas.*
[q] *An homo virtute præditus servus esse potest, si audimus philosophos, quorum præceptis institutum esse vis oratorem?*

delet Schutz.—2 Schutz. et Orell. *otium; nec;* Harl. *otium, nec;* al. *otium, ne.* Mox, Schutz. conj. *exponenda verbis.*—3 Pronomen *vos* deest in cod. Erl.

NOTÆ

[x] *Quodsi ea probarentur*] Si philosophiæ placita libenter audiret populus, nunquam orationem tuam, o Crasse, populus Romanus probavisset; ea quippe abhorrebat a documentis philosophorum, qui negant hominem probum et sapientem servire cuiquam posse, &c.

[y] *Eripite nos*] Verba sunt depromta ex oratione quadam, quam Crassus paulo ante ad populum habuerat; qua vehementer conquerebatur de equitibus Romanis, qui cum judicia impotentius et iniquius exercerent, tum vero senatum vehementer vexabant. Crassus igitur, qui senatorum partes et causam tuebatur, ita alloquebatur populum: 'Eripite nos,' &c.

[z] *Quæ et semper*] Videndum Ciceronis Paradoxum, cujus hæc est inscriptio, 'Omnes sapientes liberi, omnes stulti servi.'

capta sint armis, aut constricta[4] vinculis, tamen suum jus, atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debeat.[5] Quæ vero addidisti, non modo senatum servire *posse* populo, sed etiam *debere*, quis hoc philosophus[6] tam mollis, tam languidus, tam enervatus, tam omnia ad voluptatem corporis doloremque referens, probare posset? Senatum servire populo, cui populus ipse moderandi et regendi sui potestatem,[7] quasi quasdam habenas, tradidisset? LIII. 227. Itaque hæc cum a te divinitus ego dicta[1] arbitrarer, P. Rutilius Rufus,[a] homo doctus, et philosophiæ deditus, non modo parum commode, sed etiam turpiter et flagitiose dicta esse dicebat. Idemque Servium Galbam,[b] quem hominem probe commeminisse[2 c] se aiebat, pergraviter reprehendere solebat, quod is, L. Scribonio quæstionem in eum ferente,[r] po-

[r] *Eum accusante.*

1. et ed. Schutz. Mox *et* deest ante *possumus* in Erl. 1.—4 Erl. 1. *instructa.* —5 Schutz. *debet.*—6 Idem, *debere hæc, quis philosophus.* Mox, Lamb. Mull. et Orell. distinguunt, *posset, senatum, &c.* Schutz. conj. *ut probare possit? Senatum, &c.*—7 Voc. *potestatem* delet Lamb. *potestatem, et quasi* conj. Mull.

CAP. LIII. 1 Grut. et Verburg. *divinitus et ego dicta,* contra codd. et edd. vett. Mox, *modo* deest in aliquot codd.—2 ' Vulgo, *probe nosse et commeminisse.* Pro *Ser.* edd. Ascens. Ven. et Mediol. et codd. Bal. Nov. Norf. habent *Servium.* Deinde non placet ista verba *nosse* et *commeminisse* conjungi: qui enim dicit, se aliquem *nosse,* satis innuit, se illum *commeminisse.* Auctoritate igitur omnium codd. Oxon. et Palat. (et Memm.) itemque Norf. Mead. Harl. 2. et Cant. et edd. vett. verba *nosse et* delevi.' *Pearc. Idem Q. Serv.* Ursin. et edd. quædam vett. *Idem q. Servium* Erl. 1. *Idem Q. Sergium* Streb. *Idem Q. Servium* Junt. Crat. Victor. *Idem Servium Sulpicium Galbam* Lamb. in

NOTÆ

[a] *P. Rutilius Rufus*] Cujus meminit Cicero in Bruto § 113.

[b] *Servium* [*Serg.*] *Galbam*] Q. Sergius Galba Hispanam provinciam, post exactam Romæ præturam, obtinuit. Is, Lusitanis ad XL. millia contra interpositam fidem partim interfectis, partim venditis, accusatus, ejus nomen deferente L. Scribonio tribuno plebis, perorante contra illum Catone, cum invidia et odio populi premeretur, et pœnas videretur daturus, C. Sulpicii Galli propinqui sui, viri populo acceptissimi, nuper demortui, filium adolescentem in medium protulit, cum duobus filiis suis, quos populi tutelæ flens, et quasi moriturus, commendavit. C. Sulpicii Galli recordatio, pupilli orbitas, ac puerorum aspectus ita populum ab odio ad misericordiam traduxerunt, ut judicio ac periculo Galba liberatus fuerit, A. U. C. 605. ante Chr. 149. Liv. epit. l. XLIX. Val. Max. VIII. 1. De Galba plura apud Tullium in Bruto § 82.

[c] *Commeminisse*] Erat enim tum adolescens Rutilius, cum Galba floreret.

puli misericordiam concitasset, cum M. Cato, Galbæ gravis atque acer inimicus, aspere apud populum Romanum[3] et vehementer esset locutus: quam orationem in Originibus[d] suis exposuit ipse. 228. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quod is C. Sulpicii Galli, propinqui sui, Q. pupillum filium[4] ipse pæne in humeros suos extulisset,[s][5] qui patris clarissimi recordatione et memoria fletum populo moveret, et duos filios suos parvos tutelæ populi commendasset, ac se, tanquam in procinctu testamentum[e] faceret, sine libra atque tabulis,[f] populum Romanum tutorem instituere dixisset illorum orbitati. Itaque cum et invidia et odio[6] populi tum Galba premeretur, his quoque eum tragœdiis[t] liberatum ferebat; quod item apud Catonem scriptum esse video, nisi pueris et lacrymis usus esset, pœnas eum daturum fuisse. Hæc Rutilius valde vituperabat,

[s] *Ut toti populo spectandum exhiberet.*
[t] *Hac vehementi et tragica oratione.*

ed. 1566. *probe commeminisse* Erl. 1. Ald. Streb. *probe nosse et meminisse* Junt.—3 *Romanum* omittit Manut. Mox, *ipse in Orig. suis exposuit* Junt. Crat. Victor. *ipse* omittit Manut.—4 Lamb. et Schutz. *filium Q. pupillum.*—5 Erl. 1. *extulisse.* Censor in Bibl. Amst. I. p. 16. conj. *extulisset, ut patris . . . populo moveret, qui duos filios suos, &c.* Mox, *sine libra ac tabulis* Erl. 1.—6 Erl. 1. *invidia odio.* Mox, *his quasi eum* Crat. Victor. Mull. Orell. *hisce eum* Heu-

NOTÆ

[d] *Originibus*] Liber hic fuit M. Catonis, cujus inscriptio hæc erat, 'Origines,' quia in eo libro agebat de originibus urbium et populorum Italiæ. Vide Cic. in Bruto § 294.

[e] *In procinctu testamentum*] Milites Romani prælium commissuri tribus pluribusve suis commilitonibus audientibus hæredem nominabant, ut si caderent in prælio, testamento condito morerentur. Id testamentum 'in procinctu' vocabatur, cum ad prælium accincti milites nihil aliud nisi pugnæ signum expectant. Vide Gell. xv. 27.

[f] *Sine libra atque tabulis*] Aliud erat testamenti genus per familiæ emancipationem; quo paterfamilias imaginaria venditione jus omne suum ac bona transferebat in alium. Is porro ritus erat: Quinque testibus ac libripende præsentibus futurus hæres imaginarii pretii nomine nummum æneum dabat patrifamilias, ac solennem verborum formulam pronuntiabat: 'Hujus ego familiam, quæ mihi emta est hoc ære æneaque libra jure Quiritium, meam esse aio.' Deinde ære percutiens libram, illud æs dabat patrifamilias, qui tum hæreditatis adeundæ jus emtori concedebat. Is autem qui emebat, vocabatur emtor familiæ; eaque testamenta in tabulis scribebantur. Tertium testamenti genus calatis comitiis in populi concione fiebat: consule Gellium ibid.

et huic humilitati,[u] dicebat, vel exilium[g] fuisse, vel mortem anteponendam. 229. Neque vero hoc solum dixit, sed ipse et sensit, et fecit: nam cum esset ille vir exemplum, ut scitis, innocentiæ; cumque illo nemo neque integrior esset in civitate, neque sanctior, non modo supplex[h] judicibus esse noluit,[7] sed ne ornatius quidem, aut liberius causam dici suam, quam simplex ratio[8] veritatis ferebat. Paulum huic Cottæ tribuit partium,[v i] disertissimo adolescenti, sororis suæ filio. Dixit item causam illam quadam ex parte Q. Mucius, more suo, nullo apparatu, pure et dilucide. 230. Quod si tu tunc,[9] Crasse, dixisses, qui subsidium oratori ex illis disputationibus, quibus philosophi utuntur, ad dicendi copiam, petendum esse paulo ante dicebas; et, si tibi pro P. Rutilio non philosophorum more, sed tuo licuisset dicere? quamvis scelerati illi fuissent, sicuti fuerunt,[10] pestiferi cives,[j] supplicioque digni; tamen omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus

[u] *Vecordiæ.*

[v] *Passus est ut C. Cottu suam causam ageret, ac partem aliquam defensionis obtineret.*

sing. e vestig. codd. quod recepit Schutz.—7 Codd. aliquot et edd. vett. Junt. Crat. Schutz. *voluit.* Mox, *sed* deest in ed. Harl. Pro *liberius* Manut. habet *uberius.*—8 Ita Erl. Victor. Ascens. Lambin. Streb. Manut. Junt. et R. Steph. *oratio* vett. ap. Stepb. Lamb. ap. Orell. et Grut.—9 *Quod si tu tunc* omnes Oxon. Cant. Harl. 2. edd. s. l. et a. Venet. Mediol. Ascens. Lamb. Streb. Lips. Man. et Steph. *Quod si* etiam Erl. 1. *Quid si tu nunc* Grut. et al. ante Pearc.—10 Schutz. de Goerenzii sententia dedit *sicut*

NOTÆ

[g] *Dicebat, vel exilium*] Nempe homo Stoicus, qui affectus omnes ex hominum animis sublatos vellet, ac servilem hunc agendi modum a sapientis dignitate et libertate vehementer abhorrere censebat.

[h] *Non modo supplex*] P. Rutilius Rufus orator, jurisconsultus, philosophus, et historicus, quæstor in Asia A. U. C. 633. ante Chr. 121. cum a publicanorum injuriis Asianos defenderet, in invidiam et odium equestris ordinis, qui tum judicia exercebat, quo ex ordine publicani legebantur, vocatus est: accusatus repetundarum, damnatus, et in exilium missus est. Vide Brutum § 113.

[i] *Tribuit partium*] Oratores et patroni alii erant primarum partium, qui principem causæ locum ac defensionis habebant; qui primi dicebant, vel de rebus præcipuis: alii secundarum, alii tertiarum, &c.

[j] *Pestiferi cives*] Equites Romani, qui in gratiam publicanorum Rutilium damnaverant.

evellisset vis orationis tuæ:[w] nunc talis vir amissus est, dum causa ita dicitur,[11] ut si[k] in illa commenticia Platonis civitate res ageretur: nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum, nihil cuiquam doluit, nemo est questus, nemo rempublicam imploravit, nemo supplicavit. Quid multa? pedem nemo[l] in illo judicio supplosit, credo, ne Stoicis renuntiaretur.[x] LIV. 231. [*p.* 105.] Imitatus est homo Romanus[y] et consularis veterem illum Socratem, qui, cum omnium sapientissimus esset, sanctissimeque vixisset, ita in judicio capitis[z] pro se ipse dixit, ut non supplex, aut reus, sed magister, aut dominus videretur esse judicum. Quinetiam, cum ei[1] scriptam orationem[m] disertissimus orator Lysias[n] attulisset, quam, si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in judicio uteretur, non invitus legit, et commode scriptam esse dixit: sed, inquit, Ut, si mihi[2] calceos Sicyonios[o] attulisses, non uterer, quamvis essent habi-

[w] *Oratione tua eloquenti et copiosa extinxisses crudele odium quo populi animos adversus Rutilium incenderant.*

[x] *Ne id, opinor, moleste ferrent Stoici, qui ejusmodi tragicos affectus condemnant.*

[y] *Rutilius.* [z] *In quo accusabatur quod Deos negaret.*

fuerunt.—11 Mull. conj. *ita dicebatur.* 'Suspicio perversa.' *Orell.*

CAP. LIV. 1 *Quin etiam ei* Erl. 1. omisso *cum.* Voc. *ei* suspectum Schutzio. —2 Lamb. ap. Orell. *sed, ut si mihi, inquit.* Paulo post, idem *atque apti.* Dein,

NOTÆ

[k] *Ita dicitur, ut si*] Non dicitur ornatius ac liberius, quam simplex ratio veritatis ferat; nullis excitatis affectibus, nulla quæsita commiseratione, &c. id quod fieri Plato volebat in sua illa ficta rep. quam administrandam tradidit philosophis, exterminata omni elegantia dicendi et copia.

[l] *Pedem nemo*] Valet pedis supplosio, ut Cicero monet, in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis: si fuerit crebrior, inepti hominis est, ut docet Fabius.

[m] *Scriptam orationem*] Vetitum olim Athenis fuit, ne quis ad suam defensionem oratorem adhiberet. Igitur Lysias orator tum optimus scribebat orationes, quas eloquentiæ rudes, quia pro se ipsi dicere jubebantur, ediscerent ac pronuntiarent. Ea causa fuit, cur scriptam orationem obtulerit Socrati.

[n] *Lysias*] De quo disseremus in notis ad Brutum § 35.

[o] *Sicyonios*] Sicyon urbs Peloponnesi in Græcia Corinthum inter et Athenas; teste Sophiano nunc appellatur *Basilica.* Hic olim muliebres calcei elegantissimi conficiebantur.

les et apti ad pedem, quia non essent viriles; sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. Ergo ille quoque damnatus est: neque[3] solum primis sententiis, quibus tantum statuebant judices, damnarent, an absolverent, sed etiam illis, quas iterum[p] legibus ferre debebant. 232. Erat enim Athenis, reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi pœnæ[4] æstimatio:[q] et sententia cum judicibus daretur, interrogabatur reus,[a] quam quasi æstimationem[5] commeruisse se maxime confiteretur: quod cum interrogatus Socrates esset,[r] respondit, sese meruisse,[s] ut amplissimis honoribus et præmiis decoraretur, et ei[6] victus quotidianus in Prytaneo[t] publice præberetur; qui honos apud Græcos maximus habetur.[7] 233. Cujus responso sic judices exarserunt,[b] ut capitis hominem innocentissimum condemna-

[a] *Juxta sententiam condemnationis, cum pœnæ æstimatio danda esset judicibus, interrogabatur reus.*

[b] *In eum concitati sunt.*

et ornatum videri Schutz.—3 Erl. 1. *damnatus est non.* Mox, in eodem cod. *iterum legibus ferre.*—4 'Lambin. delet illud *pœnæ;* recte.' *Pearc.* 'Delendum censebat Lamb. non tamen delevit.' *Orell.* *quasi pena ea existimatio* Erl. 1. Mox, *ex sententia* Erl. 1. Junt. Crat. Victor. Mannt. Grut. *hæc sententia* Verburg. *ea sententia* conj. Orell. *et sententia* edd. vett. Dein, pro *judicibus,* uterque Gronov. legit *vindicibus.*—5 Voc. *quasi æstimationem* delevit Schutz. —6 Ita etiam Harl. *et ut ei* codd. et edd. vett. '*et ei* Ernest. errore typogr.?' *Orell.*—7 'Ex conjectura cujusdam docti Cicero scripsit *habetur,* vel *habebatur.*' Pearc. 'Atque hic dedit in contextu *haberetur.* Sed Ernesti ex inge-

NOTÆ

[p] *Quas iterum, &c.*] Quibus de pœna statuerent, et æstimarent quam gravis deberet esse. Id autem fiebat, cum fraus capitalis non erat, seu cum crimen capite plectendum non erat. Alioquin gravioribus delictis erat pœna capitis legibus constituta et certa: bis igitur sententiam ferebant judices: semel cum damnabant reum; iterum cum pœnam constituebant.

[q] *Pœnæ æstimatio*] Proprie æstimatio in re forensi ac judiciis ad pecuniam et pretium spectat, quod mulctæ nomine reo pendendum imponitur.

[r] *Interrogatus Socrates esset*] Hinc colligitur judicibus id primo propositum fuisse, ut Socrates non capitis reus mulcta aliqua tantum afficeretur. Et vero narrat Laërtius sic interrogatum Socratem respondisse se drachmas vigiuti quinque solutuum: tumultuantibus autem judicibus dixisse se dignum qui in Prytaneo aleretur.

[s] *Sese meruisse*] Hoc desumtum ex Platone in Apologia Socratis.

[t] *Prytaneo*] Locus Athenis, ubi publico sumtu alebantur ii, qui de rep. optime meriti essent.

rent: qui quidem si absolutus esset, (quod mehercule, etiamsi nihil ad nos pertinet, tamen propter ejus ingenii magnitudinem[8] vellem) quonam modo istos philosophos ferre possemus, qui nunc, cum ille damnatus est, nullam aliam ob culpam, nisi propter dicendi inscientiam,[9] [u] tamen a se oportere dicunt peti præcepta dicendi? Quibuscum ego non pugno, utrum sit melius, aut verius: tantum dico, et aliud illud esse, atque hoc, et hoc sine illo summum esse posse.[c] [10]

LV. 234. Nam quod jus civile, Crasse, tam vehementer amplexus es;[d] video, quid egeris:* tum, cum dicebas, videbam.[1] Primum Scævolæ te dedisti,[2] [e] quem omnes amare meritissimo pro ejus eximia suavitate debemus: cujus artem cum indotatam esse et incomtam[f] [3] videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti. Deinde quod in ea tu plus operæ laborisque consumseras, cum ejus studii tibi et hortator et magister[v] esset domi, veritus es, nisi

[c] *Aliam esse ab arte philosophorum bene dicendi artem, et hanc sine philosophia summam et excellentem esse posse.*
[d] *Prædicasti.* * *Intelligo quæ tua mens fuerit.*
[e] *Obsequi voluisti.*
[f] *Scientiam juris civilis nullis instructam ornamentis.*

nio bene correxit *habetur.*' Harl. *haberetur* Erl. 1. et vulgg.—8 Erl. 1. *ingenii magnitatem.*—9 Sic vett. ap. Steph. et Lamb. *scientiam* Erl. 1. *inscitiam* Junt. Crat. Man. *insolentiam* conj. Stadelman.—10 Erl. 1. *summum esse non posse.*

CAP. LV. 1 Lamb. et Orell. *non videbam;* vett. ap. Steph. *et cum dicebas, videbam;* Schutz. delet *tum c. d. videbam;* edd. vett. Man. et Mull. *et tum, quum dic. videbam.*—2 Ald. et al. ante Ernest. *dedidisti;* ille vero e cod. Erl. 1. et edd. antiq. *dedisti*, eumque secuti sunt recentt.—3 ' Vulgata lectio duabus vocibus auctior est, *esse, atque incomitatam, et inc.* Ubi din doctis displicuerunt ista verba, *atque incomitatam,* quæ cod. Norf. abesse vidi.' *Pearc.* Extant

NOTÆ

[u] *Propter dicendi inscientiam*] In dicendo tantum valuit Socrates, ut, quemadmodum in apologia ipse sibi ab adversariis objectum testatur, deteriorem causam oratione meliorem efficeret. Et in libris seqq. dicitur ' rebus omnibus, omnium judicio, quamcunque se in partem dedisset, facile princeps:' immo ipse, teste Antonio paulo supra, ita pro se dixit, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus videretur esse judicum. Conciliandus igitur secum ipse Antonius hoc modo: Noluit mentes judicum Socrates permovere, quia id nefas putavit; artem vero quam ut illicitam non attigit, dictus est nescivisse.

[v] *Hortator et magister*] Vel Scævola Crassi socer, vel L. Cælius

istam artem oratione exaggerasses,[g] ne operam perdidisses. Sed ego ne cum ista quidem arte pugno. 235. Sit sane tanta, quantam tu illam esse vis. Etenim sine [4] controversia et magna est, et late patet, et ad multos pertinet, et summo in honore semper fuit, et clarissimi cives ei studio etiam hodie præsunt: sed vide, Crasse, ne, dum novo et alieno ornatu [h] velis ornare juris civilis scientiam, suo quoque eam concesso et tradito spolies atque denudes.[i] 236. Nam, si ita diceres, qui jurisconsultus esset, esse eum [5] oratorem, itemque qui esset orator, juris eundem esse consultum; præclaras duas artes constitueres, atque inter se pares, et ejusdem socias dignitatis: nunc vero, jurisconsultum sine hac eloquentia, de qua quærimus, fateris esse posse, fuisseque plurimos; oratorem negas, nisi illam scientiam assumserit, esse posse: [6] ita est tibi [7] jurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius [w] quidam cautus et acutus, præco actionum,[x] cantor formu-

[g] *Plus justo laudavisses.*

[h] *Orationis splendore et copia, qui ornatus oratoris est, non jurisconsulti, adeoque novus et alienus.*

[i] *Eam spolies dignitate quam per se sine arte oratoria obtinet.*

hæ duæ voces in Erl. 1. Lamb. Grut. et al. ante Pearc.—4 *Et cum sine* Erl. 1. Mox, *et studio et hodie* idem cod. cum edd. W. s. l. et a. M. *ei studio et semper præfuerunt, et etiam hodie præsunt* Victor. Ursin. et duo codd. ap. Lamb. *ei studio et semper præfuerunt, et hodie præsunt* Orell. edd. vett. et Mull. *ei studio et olim præfuerunt, et hodie* Schutz. *ei studio etiam hodie præsunt, sed* Manut. et Lamb. ap. Orell. Dein, *et alieno vestitu* conj. Schutz.—5 Erl. 1. et ed. Lips. *et esse eum.* Ernesti conj. *esse eundem,* vel *eum esse.* Mox, post *esse consultum* excidit, judice Ernest. *debere,* quod et res et sententia et sequentia flagitant *ejusdem socias dignitatis.* Lamb. ap. Orell. habet *ejusdemmodi socias;* Steph. ibid. *ejusmodi socias.*—6 Hæc omnia *fateris esse posse... assumserit esse posse,* desunt in Erl. 1.—7 'Sic correxit Ernesti, pro vulgari et vitiosa lectione, quæ etiam extat in Erl. 1. *ita et tibi.*' Harl. Mox, Gulielm. maluit, *prædo actionum, captor formularum.* 'Sed nihil mutandum est.' *Harl. cautor formularum* codd. ap. Grut.

NOTÆ

Antipater, cujus Cicero meminit in Bruto.

[w] *Leguleius*] Is est qui legum apices, minutasque formulas juris callet et sequitur.

[x] *Præco actionum*] Qui denuntiat imperitis juris, quando agi lege, necne possit, quo genere actionis suum quisque jus persequatur; qui sic interest actionibus et litibus, ut præco auctionibus ac venditionibus. *Strebæus.*

larum,[y] auceps syllabarum:[z] sed quia sæpe utitur orator subsidio juris in causis, idcirco istam juris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pedisequamque adjunxisti.

LVI. 237. Quod vero impudentiam admiratus es eorum patronorum, qui aut, cum parva nescirent, magna profiterentur, aut ea, quæ maxima essent in jure civili, tractare auderent in causis, cum ea nescirent, nunquamque didicissent; utriusque rei[1] facilis est et promta defensio. Nam neque illud est mirandum, qui,[2] quibus verbis coëmtio[a] fiat, nesciat, eundem ejus mulieris, quæ coëmtionem fecerit, causam posse defendere:[3] nec, si parvi navigii et magni eadem est in gubernando scientia; idcirco qui, quibus verbis erctum cieri[4][b] oporteat, nesciat, idem herciscundæ familiæ causam agere non possit.[j] 238. Nam, quod maximas centumvirales causas in jure positas protulisti: quæ tandem earum causa fuit,[5] quæ ab homine eloquenti, juris imperito, non ornatissime potuerit dici? quibus quidem in causis omnibus, sicut in ipsa M' Curii, quæ abs te nuper

[j] *Quamvis qui parvum navigium gubernare nesciat, idem non possit magnum; tamen qui nescit qua formula hercisci familiam oporteat, is poterit causam herciscundæ familiæ agere.*

CAP. LVI. 1 Erl. 1. *veriusque rei.*—2 Idem codex *mirandum quid.*—3 'Hic colon pro puncto scripsi; cohærent enim ista.' *Ernesti.* In Erl. 1. legitur *nam et si parvi;* et paulo ante, *emptionem fecerit.* Mox, *magni non eadem* conj. Schutz.—4 Sic Grut. et emend. P. Victor. *erectum cieri* edd. vett. *hercisceri* Junt. Crat. Victor. Gothofr. *hercisci* M. et Steph. ap. Orell. *ercisci cieri* Lamb. Mox, *erciscundæ familiæ* codd. et sic Pearc. et Orell.—5 Lamb. ap. Orell. *earum*

NOTÆ

[y] *Cantor formularum*] Qui juris formulas recitat. Formulæ autem sunt concepta verba, quibus vel patroni vel judices utuntur in foro; quæ quia semper eandem formam retinent, et ex iis informantur lites, ideo formulæ appellantur: interdum etiam dicuntur carmina.

[z] *Auceps syllabarum*] Qui syllabas et interpunctiones omnes, puta legis alicujus, testamenti, &c. expendit, ac velut auceps aviculas observat et persequitur.

[a] *Coëmtio*] Ritus erat apud Romanos contrahendi matrimonii; de quo agemus in notis ad Topica § 14. quem in librum rejicimus explicanda quæ de jure passim hic occurrunt.

[b] *Erctum cieri*] Ercisci sive hercisci, verbum vetus, significat dividere: erciscundæ familiæ judicium illud est quod fit in rei vel pecuniæ hæreditariæ divisione. Erctum, ut ait Donatus citatus a Servio in Æn. III. hæreditatem significat, et citam divisionem.

est dicta, et in C. Hostilii[6] Mancini controversia, atque in eo puero, qui ex altera natus erat uxore, non remisso nuntio superiori, fuit inter peritissimos homines summa de jure dissensio. 239. Quæro igitur, quid adjuverit oratorem in his causis juris scientia, cum hic jurisconsultus superior fuerit discessurus, qui esset non suo[7] artificio, sed alieno, hoc est, non juris scientia, sed eloquentia, sustentatus. Equidem hoc sæpe audivi, cum ædilitatem P. Crassus peteret, eumque major natu, etiam consularis,[8] Ser. Galba assectaretur,[k] quod Crassi filiam C. filio suo despondisset,[l] accessisse ad Crassum consulendi causa quendam rusticanum: qui cum Crassum seduxisset,[m] atque ad eum retulisset,[n] responsumque ab eo verum magis quam ad suam rem accommodatum abstulisset;[o] ut eum tristem Galba vidit, nomine appellavit, quæsivitque, qua de re ad Crassum retulisset: ex quo ut audivit, commotumque[p] ut vidit hominem, Suspenso,[q] inquit, animo et occupato Crassum tibi respondisse video: 240. deinde ipsum Crassum manu prehendit, et, Heus tu, inquit, quid tibi in mentem venit ita respondere? Tum ille[9] fidenter, homo peritissimus, confirmare, ita se rem habere, ut respondisset; nec dubium esse posse. Galba autem alludens[r] varie, et copiose, multas similitudines afferre, multaque pro æquitate contra jus[c] dicere: [*p.* 106.] atque illum, cum disserendo par

[k] *Per urbem comitaretur.* [l] *Promisisset in matrimonium.*
[m] *A turba abduxisset, ut facilius illum consuleret.*
[n] *Causam illi suam consulendi causa exposuisset.* [o] *Accepisset.*
[p] *Perturbatum responso Crassi ad suam utilitatem minus accommodato.*
[q] *Incerto ac dubitante.*
[r] *Non refutans Crassum dedita opera, sed quasi ludibundus.*

causarum fuit.—6 Erl. 1. *et ut in C. Lucilii.*—7 Idem codex, *fuit discessurus, qui etiam non suo.*—8 Ita omnes præter Orell. qui de sua conjectura dedit *et jam consularis.* Mox, *quod Crassus* aliquot codd.—9 *Tum illi* Ven. 1485. margo Crat. Man. Mull. et Orell. *Tum ille* Junt. Crat. Victor. Lamb. Grut. al.

NOTÆ

[c] *Pro æquitate contra jus*] Æquitatis nomine intelligitur ἐπιείκεια, *benignitas*, qua lex scripta mitigatur, ratione habita rerum, personarum, ac temporum: jus autem, ut hic sumitur, est exacta et severa legis ad verbum interpretatio.

esse non posset (quanquam fuit Crassus in numero disertorum, sed par Galbæ nullo modo), ad auctores confugisse, et id, quod ipse diceret, et in P. Mucii, fratris sui libris, et in Sex. Ælii[s] commentariis scriptum protulisse, ac tamen concessisse,[10] Galbæ disputationem sibi probabilem et prope veram videri. LVII. 241. Attamen, quæ causæ sunt ejusmodi, ut de earum jure dubium esse non possit, omnino in judicium vocari non solent. Num quis eo testamento, quod paterfamilias ante fecit, quam ei filius natus esset,[1] hæreditatem petit? nemo: quia constat, agnascendo rumpi testamentum.[d] Ergo in hoc genere juris judicia nulla sunt. Licet igitur impune oratori omnem hanc partem juris [incontroversi][2 e] ignorare, quæ pars sine dubio multo maxima est: 242. in eo autem jure, quod ambigitur inter peritissimos, non est difficile[3] oratori, ejus partis, quamcumque defendat, auctorem aliquem invenire:[t] a quo cum amentatas hastas[f]

[s] *Jurisconsultorum peritissimorum.*
[t] *Jurisperitum aliquem auctorem qui sit ejusdem sententiæ.*

Tum ille Crassus fidenter edd. antiq.—10 Erl. 1. *attamen concessisse.*

CAP. LVII. 1 'Sic rescripsit Ernesti ex edd. prim. pro *est*, quod etiam extat in Erl. 1. sed per Latinitatem vix locum habet.' *Harl.*—2 'Lambinus legit *juris incontroversi*, eumque omnes deinde edd. secutæ sunt; sed libens eam lectionem (*in controversiis*) revoco, quæ in omnibus codd. et vett. edd. invenitur.' *Pearc.* 'At jure rejecit Ernesti istam lectionem.' *Harl.* *in controversiis* habet etiam Erl. 1. *incontroversi* Lamb. 1566. Lallem. et Schutz.—3 Junt. Crat. Victor. Grut. al. *non esse difficile.* 'Ad fidem codd. Cant. Norf. Bod. Wag. Nov. Mead. Harl. 2. et Mag. nec non Lambini et Manutii lego *non est difficile.*' Pearc. Consentit Erl. 1. 'Vulgatam tamen lectionem retinere et legere jubet Gronov. *Liquet igitur, impune o. o. h. p. j. i. i. q. p. s. d. m. maxima est: in eo a. j. q. a. i. p. non esse, &c.* Streb. Verburg. al. post *maxima est* ponunt punctum, quo sensus magis turbatur.' *Harl.* Mox, *defendet* Erl.

NOTÆ

[d] *Agnascendo rumpi testamentum*] Si paterfamilias ante fecit testamentum, quam natus ei sit filius; irritum est nato filio, et amittit jus omne ad hæreditatem is, qui illo testamento hæres fuerat institutus: filius enim nascendo, quia inter agnatos prior est ac potior, jus omne ad hæreditatem sibi vindicat. Agnasci dicitur, qui nascitur cum aliis, qui ex eadem stirpe per viros deinceps ducta nati et sanguine conjuncti sunt.

[e] *Incontroversi* [*in controversiis*] Conjicit Lambinus legendum *juris incontroversi*, hoc est, certi.

[f] *Amentatas hastas*] Amentum lorum est quoddam mediæ hastæ alligatum, in quod inseritur vibrantis

acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribusque torquebit:[u] nisi vero[4] (bona venia hujus optimi viri dixerim, Scævolæ,) tu libellis, aut præceptis soceri tui, causam M' Curii defendisti. Nonne arripuisti patrocinium æquitatis, et defensionem testamentorum, ac voluntatis mortuorum?[v] 243. Ac mea quidem sententia, (frequens[w] enim te audivi, atque affui,) multo majorem partem sententiarum sale tuo, et lepore, et politissimis facetiis pellexisti,[x] cum et illud nimium acumen illuderes, et admirarere ingenium Scævolæ,[y] qui excogitasset, nasci prius oportere, quam emori: cumque multa colligeres, et[5] ex legibus et ex senatusconsultis, et ex vita ac sermone communi, non modo acute, sed etiam ridicule ac facete; ubi si verba, non rem sequeremur, confici nil posset.[z][6] Itaque hilaritatis plenum judicium ac lætitiæ fuit: in quo quid tibi juris civilis exercitatio profuerit, non intelligo; dicendi vis[7] egregia, summa festivitate et venustate conjuncta profuit. 244. Ipse ille Mucius paterni juris defensor,[8] et quasi patrimonii propugnator sui, quid in illa causa, cum contra te diceret, attulit, quod de jure civili depromtum videretur? quam legem recitavit? quid patefecit dicendo, quod fuisset imperitis occultius?

[u] *Argumenta et rationes jam informatas et in adversarium vibrandas instar hastarum quæ habiles et ad torquendum sunt expeditæ.*

[v] *Nonne tua oratio versata est in defendenda æquitate, et ejus qui testamentum condiderat voluntate, contra adversarium qui verba ipsa testamenti spectanda, et ita uti scripta erant, accipienda esse contendebat?*

[w] *Sæpe.*

[x] *Fecisti lepore tuo, ut maxima pars judicum secundum te sententiam ferret.*

[y] *Jocatus fueris in Scævolam, quasi qui nimium esset acutus et ingeniosus.*

[z] *Ex quibus nihil posset concludi, si tantum verba spectarentur, non sententia verborum.*

1. Ald. Junt. Steph. Pearc. Tum *inveniri* Erl. 1. pro *invenire*.—4 'Hanc sententiam et sequentem fere omnes editores copularunt, quas ego puncto plenissimo dissociavi.' *Pearc.* *Scævolæ* omittit Manut. prob. Heusinger. et Schutz. uncis inclusit Orell.—5 Hanc copulam *et* solus Grut. omittit.—6 Codd. aliquot, Junt. et Orell. *nihil posset*.—7 Manut. *dicendi certe vis*, prob. Mull. 'En interpolatio, cujusmodi in propositt. adversativis intrudi jam aliquoties vidimus.' *Orell.* Mox, *venustate et festivitate* Erl. 1.—8 Idem

NOTÆ

manus, ne vacillet, utque certius et expeditius hastam impellat. Vocabulo ad artem oratoriam translato amentatas hastas recte dixeris argumenta ab altero cogitata, quæ verbis tuis exornata sint.

nempe ejus omnis oratio versata est in eo, ut scriptum plurimum valere oportere defenderet. At in hoc genere pueri apud magistros exercentur omnes, cum in ejusmodi causis alias scriptum,[g] alias æquitatem defendere docentur. 245. Et credo in illa militis causa,[h] si tu aut hæredem, aut militem defendisses,[9] ad Hostilianas te actiones,[i] non ad tuam vim et oratoriam facultatem contulisses:[a] tu vero, vel si testamentum defenderes, sic ageres, ut omne omnium testamentorum jus in eo judicio positum videretur;[b] vel si causam ageres militis, patrem ejus, ut soles, dicendo a mortuis excitasses:[j] statuisses ante oculos: complexus esset filium, flensque eum centumviris commendasset: lapides mehercule omnes flere ac lamentari coëgisset,[10] ut totum illud, 'Uti lingua nuncupasset,'[k] non in XII. tabulis,

[a] *Usus fuisses codice illo, in quem Hostilius jurisconsultus celeberrimus varias actiones seu litium agendarum formulas retulit; non potius rhetorum libris ac præceptis.*

[b] *Dixisses tanti esse momenti hoc testamentum, ut nisi accurata scripti ratio haberetur, jura omnia testamentorum perturbanda forent.*

codex, *pater injuriis defensor.*—9 Mull. e conj. Schutz. *defenderes.* 'Sine ulla et auctoritate et necessitate.' *Orell.* Mox *et ad oratoriam facultatem* Erl. 1.—10 Ernesti conj. *complexus esses . . . commendasses . . . coëgisses.* Erl. 1. habet *flensque centumviris . . . coëgissent;* Schutz. et Orell. *complexus esset . . . commendasset . . . coëgisses.* Mox, pro *nuncupasset,* quod servant codd. edd. vett.

NOTÆ

[g] *Alias scriptum*] Quid dicendum pro scripto adversus sententiam, pro sententia adversus scriptum, fuse cum in libris Herennianis, tum l. II. de Invent. explicatum.

[h] *In illa militis causa*] De qua dictum superius. Pater filium, qui erat in exercitu, obiisse falso audivit; alium instituit hæredem; rediit miles; egit lege in paternam hæreditatem.

[i] *Hostilianas te actiones*] Quis Hostilius iste sit ambigitur. Pomponius inter jurisperitos non recensuit. Actiones Hostilianas interpretantur nonnulli præscriptas Hostilia lege, quæ A. U. C. 583. lata est de furtis; ut furti agere liceret eorum nomine, qui apud hostes essent, &c.

[j] *A mortuis excitasses*] Figuram hanc rhetores vocant prosopopœiam, quasi personæ fictæ inductionem; v. g. cum homo demortuus excitatur velut a mortuis, ac loqui fingitur.

[k] *Uti lingua nuncupasset*] Legunt alii *nuncupassit,* hoc est, nuncupaverit. Hæc erant concepta verba XII. tabularum: 'Uti lingua nuncupasset, ita jus esto.' Cujus formulæ et carminis ea sententia est; in dicendo jure ac statuendo habendam esse verborum et scripti rationem, et ita judicandum, v. g. de pactione, stipulatione, venditione, uti ea pactio et venditio verbis concepta fuerit, seu

quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magistri[11] carmine scriptum videretur.[c]

LVIII. 246. Nam quod inertiam accusas adolescentium, qui istam artem, primum facillimam, non ediscant;[1] quæ quam sit facilis, illi viderint, qui ejus artis arrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi[d] ambulant, deinde etiam tu ipse videris, qui eam artem facilem esse dicis, quam concedis adhuc artem omnino non esse, sed aliquando, si quis aliam artem[e] didicerit, ut hanc artem efficere possit, tum esse illam artem futuram: deinde, quod sit[2] plena delectationis; in qua tibi remittunt omnes istam voluptatem, et ea se carere patiuntur; nec quisquam est eorum, qui, si jam sit ediscendum sibi aliquid, non Teucrum Pacuvii[l] malit, quam Manilianas[3] [m] venalium vendendorum leges ediscere. 247. Tum autem quod amore patriæ censes nos nostrorum majorum inventa nosse debere; non vides, veteres leges aut ipsa[4] sua vetustate consenuisse, aut novis legibus esse sublatas? Quod vero viros bonos jure civili fieri putas quia legibus et præmia proposita sint virtutibus et supplicia vitiis: equidem putabam, virtutem hominibus (si modo

[c] *Illusisses etiam voces illas XII. tabularum, Uti lingua nuncupasset, easque dixisses simillimas esse magici carminis, quod ferme ad terrorem incutiendum hominibus scriptum est, non ad rei veritatem.*

[d] *Elati et arrogantes quasi rem difficillimam tenerent.* [e] *Dialecticam.*

Junt. Crat. Victor. *nuncupassit* dedere Streb. Harl. et Orell.—11 'Strebæus, quem consules, in contextu, uti cod. ap. Verburg. *magico* dedit; in ora vero scriptum est, 'alii *magistri*,' quod verius est.' *Harl.* *magico* Crat. Victor.

CAP. LVIII. 1 *Nam primum quod i. a. a. q. i. artem, facillimam* Lamb. Mox, unus codex apud Orell. *adiscant*, i. e. *addiscant*, quod illi admodum placet. Pro *quæ*, quod omittit Lamb. *hæc* habent Crat. Victor. Manut. Dein *primum illi* Lamb.—2 Schutz. e conj. Ernesti *quæ sit*. Mox, *in quo* Schutz. et Orell. *in qua*, quod habent Junt. Manut. Grut. omittit Lamb. *quod dicis plenam delectationis, in eo quidem* conj. Jani.—3 *Mamillianas* Erl. 1. et ed. pr. *Manlianas* Junt. Crat. Victor. Lamb.—4 Ita codd. Norf. Nov. Mag. Bod. Cant. Wag. Mead. Harl. 2. Bal. Erl. 1. cum edd. Venet. et Mediol. *ipsas* habent Junt. Streb. Verb. Grut. Crat. *ipsa vetustate* Schutz. *prisca sua ve-*

NOTÆ

uti lingua vendentium et contrahentium nuncupaverit, seu pronuntiaverit.

[l] *Teucrum Pacuvii*] Teucer tragœdia fuit scripta a Pacuvio poëta, de quo diximus in notis ad l. II. Herenn. § 36.

[m] *Manilianas*] Scriptas a Manilio JCto, de quo Tullius in Bruto.

tradi ratione[n] possit) instituendo et persuadendo, non minis, et vi,[o] ac metu tradi. Nam ipsum quidem illud, etiam sine cognitione juris, quam sit bellum, cavere malum,[f] scire possumus. 248. De me autem ipso, cui uni tu concedis, ut, sine ulla juris scientia, tamen causis satisfacere possim,[g] tibi hoc, Crasse, respondeo, neque me unquam jus civile didicisse, neque tamen in iis causis, quas in jure possem defendere,[5] unquam istam scientiam desiderasse. Aliud est enim, esse artificem cujusdam generis atque artis, aliud in communi vita et vulgari hominum consuetudine nec hebetem, nec rudem. 249. Cui nostrum non licet[6] fundos nostros obire,[h] aut res rusticas vel fructus causa, vel delectationis, invisere? tamen nemo[7] tam sine oculis, tam sine mente vivit, ut, quid sit sementis[p] ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni, aut quo modo ea fiant, omnino nesciat. Num igitur, si cui[8] fundus inspiciendus, aut si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit, Magonis[q] Carthaginiensis sunt libri perdiscendi? an hac communi intelligentia contenti esse possumus? Cur ergo non iidem in

[f] *Quam sit res egregia vitium fugere.*
[g] *Causas agere non pessime.* [h] *Invisere.*

tustate Mull.—5 Erl. 1. *satisfacere possem defendere,* omissis intermediis.—6 Ita Erl. 1. et edd. at Gesner. et Heinze *non* exulare jubent.—7 Mull. conj. *vel delectationis tamen invisere? Nemo, &c.* Orell. interpungit, *invisere tamen? Nemo, &c.*—8 Crat. solus *sicuti;* et in marg. *si sit;* Orell. conj. *sicubi.* Mox,

NOTÆ

[n] *Si modo tradi ratione*] Magna olim inter philosophos quæstio, an essent virtutes a natura insitæ. Socrates in Menone apud Platonem ait non parari industria, sed divinitus dari: censet Galenus corporis constitutioni mores hominum esse consentaneos: rectius Peripatetici docent animis inesse virtutum semina, quæ pro cujusque studio fructus ferre possint.

[o] *Non minis, et vi*] Scil. ut ait Horat. 'Oderunt peccare boni virtutis amore; Oderunt peccare mali formidine pœnæ.'

[p] *Sementis*] Differt a semine, est enim ipsa seminandi actio. Sementem facere est seminare. Messis est satorum matura perceptio.

[q] *Magonis*] Mago Carthaginiensis scripsit Punice libros XXVIII. de re rustica, quos ex senatusconsulto Cassius Dionysius Uticensis convertit. Varro R. R. I. 1. et Columella, qui eundem rusticationis parentem appellat.

jure[9] civili, præsertim, cum in causis, et in negotiis, et in foro conteramur,[i] satis instructi esse possumus ad hoc duntaxat, ne in nostra patria peregrini atque advenæ esse videamur? 250. [*p.* 107.] Ac si jam sit causa aliqua ad nos delata obscurior, difficile, credo, sit, cum hoc Scævola communicare; quanquam ipsi omnia, quorum negotium est, consulta ad nos et exquisita[10] deferunt. An vero si de re ipsa,[j] si de finibus, cum in rem præsentem non venimus,[k] si de tabulis[r] et perscriptionibus[s] controversia est,[11] contortas[l] res et sæpe difficiles necessario perdiscimus: si leges nobis, aut si hominum peritorum responsa cognoscenda sunt, veremur, ne ea, si ab adolescentia juri civili minus studuerimus, non queamus cognoscere.[12]

LIX. Nihilne igitur prodest oratori juris civilis scientia? Non possum negare prodesse ullam scientiam, ei præsertim, cujus eloquentia copia rerum debeat esse ornata: sed multa, et magna, et difficilia sunt ea, quæ sunt oratori ne-

[i] *Assidue occupati simus.*

[j] *Si de aliquo certo negotio et suis circumstantiis alligato, quod proinde difficilius est.*

[k] *De agrorum limitibus, quando ipsos agrorum fines, de quibus controversia est, ipsi non adiimus.*

[l] *Implicatas et obscuras.*

perdiscendi, an, &c. Mull. et Orell.—9 'Lips. *iidem jure;* haud male.' *Orell.* —10 Erl. *nos exquisita.* Mox, idem, pro *cum in rem,* habet *m' in rem;* unde Harl. conj. *et tamen.* Paulo ante, Mull. *omnia ipsi.*—11 Erl. et vulgg. *præscriptionibus, &c.* Bod. Nov. Wag. Norf. Cant. Mead. Venett. W. s. l. et a. Mediol. *perscriptionibus.*—12 'Traugott. Frid. Benedict. Rect. in Programm. Conjecturæ ad Verrin. Cic. Orat. Torgau. 1809. corrigit, *cum contortas res ... queamus cognoscere?* cum signo interrogationis. *An vero* pertinere ad *veremur* censet Wetzel. et post *cognoscere* ponit signum interrogationis, eumque ego sum secutus.' *Harl.*

NOTÆ

[r] *De tabulis*] Tabulæ sunt chartæ, scripta, instrumenta litis: et quidem hic privatæ tabulæ intelliguntur; publicæ enim tabulæ sunt libri et literæ quæ publicam memoriam continent.

[s] *Perscriptionibus* [*præscriptionibus*] Præscriptio hoc loco, (nam alio fere sensu nunc ista vox usurpatur) idem significat quod exceptio seu exclusio. Exceptio est apposita quædam clausula, quæ vel prohibet ne quis agat, hoc est, litem intendat; vel conditionem apponit, qua conditione vis et significatio legis actionem permittentis, certis limitibus circumscribitur.

cessaria, ut ejus industriam[1] in plura studia[t] distrahere nolim. 251. Quis neget, opus esse oratori, in hoc oratorio motu statuque, Roscii gestum et venustatem?[2] tamen nemo suaserit studiosis dicendi adolescentibus, in gestu discendo[3] histrionum more elaborare. Quid est oratori tam necessarium, quam vox? tamen, me auctore, nemo dicendi studiosus, Græcorum more, et tragœdorum,[4] voci serviet,[m] qui et annos complures sedentes declamitant, et quotidie, antequam pronuntient, vocem cubantes sensim excitant, eandemque, cum egerunt,[n] sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum[5] recipiunt,[o] et quasi quodam modo colligunt. Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ii, quorum causas receperimus, quam toties, quoties perscribitur,[6] pæanem,[u] aut munionem[7] [v]

[m] *Vocis fingendæ curam habebit.* [n] *Emiserunt contentius.*
[o] *Demittunt atque inflectunt.*

Cap. lix. 1 Erl. 1. *aut ejus industriam.* Mox, margo Crat. et Man. *distrahi.*—2 Ed. Hahn. *gesta et venustate.*—3 Pro *discendo*, Erl. 1. habet *dicendo.* Mox, pro *elaborare*, Bremi de Fin. p. 20. mavult *laborare.*—4 'Bene Lamb. auctoritate trium codd. delet istud *et;* sed, sive retineatur, sive ejiciatur, post vocem *tragœdorum* comma ponendum est.' *Pearc. et* servant Erl. 1. et omnes Palat. præter septimum, ubi extat *aut.* Schutz. ex ed. Lips. *more sophistarum, et trag.* Erl. 1. præterea habet, *Quid enim est oratori . . . cubantes sensum,* omisso *excitant.*—5 Voc. *sonum* deest in Lamb. ap. Orell. Mox, *quodam modo* desunt in eodem.—6 Man. Streb. Lamb. *præscribitur*, probante Heindorf. 'Nec mihi displicet.' *Orell.*—7 Ita codd. cum edd. vett. Junt. Crat. Victor. Manut.Grut. '*in unionem* ed. s.l. et a. *munychonem* conj.Victor. *etiam ionem* Gesn. *monogenem* De Bueneau; *minuritionem* Turneb. *murmurationem* Frenzel. *nomionem* Talæus; *nomium* nescio quis ap. Lamb. 'Sed his omnibus longe præstat *nomum* Censoris Jenensis. Cf. Photium p. 985. laudatum Hermanno in Aristot. Poët. p. 90. 'Ο δὲ νόμος δοκεῖ μὲν ἀπὸ τοῦ παιᾶνος ῥυῆναι,

NOTÆ

[t] *In plura studia*] Tam multa sunt tamque difficilia, quæ sunt oratori necessaria, ut nolim eum iis omnibus omnino cognoscendis operam dare, ne tot rebus cognoscendis distractus non satis habeat otii ad artem suam plane percipiendam.

[u] *Pæanem*] Pæan, hymnus in honorem Apollinis, qui re bene gesta canebatur. Virgil. Æn. vi. 'Lætumque choro Pæana canentes.' Apollo dicebatur Pæan, vel ἀπὸ τοῦ παίειν, *a feriendo*, quod radiis feriat; vel ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας, *a sedandis molestiis.*

[v] *Munionem* [*Nomionem*] Alter erat hic hymnus eidem Apollini sacer, qui olim ad Amphrysum greges Admeti paverat: νομεὺς *pastor* est; unde Nomion, quasi pastoricius. Legunt alii hoc loco *Munionem*, nec quid sit explicant: divinant alii *Munychionem*, et

citarimus.[p] 252. Quodsi in gestu, qui multum oratorem adjuvat, et in voce, quæ una maxime eloquentiam vel commendat, vel sustinet, elaborare nobis non licet; ac tantum in utroque assequi possumus, quantum, in hac acie quotidiani muneris,[q] spatii nobis datur: quanto minus est ad juris civilis perdiscendi occupationem descendendum? quod et summatim percipi sine doctrina potest, et hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem, quod vox et gestus subito sumi,[r] et aliunde[8] arripi non potest; juris utilitas, ad quamque causam quamvis repente vel a peritis, vel de libris depromi potest. 253. Itaque illi[9] disertissimi homines ministros habent in causis juris peritos, cum ipsi sint imperitissimi, et qui, ut abs te paulo ante dictum est, pragmatici vocantur. In quo[w] nostri omnino melius multo, quod clarissimorum hominum auctoritate leges et jura tecta esse voluerunt. Sed tamen non fugisset hoc Græcos homines, si ita necesse esse arbitrati essent, oratorem ipsum erudire in jure civili,[s] non ei pragmaticum adjutorem dare. LX. 254. Nam quod dicis senectutem a solitudine vindicari[t] juris civilis scientia: fortasse etiam pecuniæ

[p] *Si nos similiter ac Græci voci serviemus, ante condemnabuntur clientes nostri, quam toties quoties ab illis Græculis fingendæ vocis magistris præscribitur, cantando pronuntiaverimus hymnos pæanem aut munionem.*

[q] *In hac forensi quasi pugna.* [r] *Formari ac perfici.*

[s] *Non omisissent Græci erudire oratorem in jure civili, si, &c.*

[t] *Liberari.*

κ.τ.λ.' *Orell.*—8 Lamb. ap. Orell. *et alicunde.*—9 *Itaque Græci illi* conj. Schutz. Mox, pro *imperitissimi*, quod e conj. edidit Lamb. *peritissimi* habent codd. cum edd. vett. Junt. Crat. Grut. Cler. al. Deinde, *eos qui* Man. Lamb. Muil. *et qui* edd. vett. Junt. Crat. Victor. 'Fortasse utrumque, *et* atque *eos*, inducendum.' *Orell.*

NOTÆ

interpretantur hymnum Dianæ, quam Athenienses olim Munychiam appellabant: alii *minuritionem* conjiciunt, ut sit cantio quæ leni et remissiore voce edatur. Hymnos ejusmodi sive Pæanem sive Nomionem idoneis numeris ac modis comparatos habebant Græculi, qui vocem declamandi causa fingebant; eos citabant sæpius et exercitationis causa cantabant.

[w] *In quo, &c.*] Consultius faciunt Romani Græcis: illi enim jurisperitos volunt esse homines amplissimos et clarissimos, cum apud Græcos fere sint homines despicatissimi, qui adducti mercedula se oratoribus administros præbent.

magnitudine.[u] Sed nos, non quid nobis utile, verum quid oratori necessarium sit, quærimus: quanquam, quoniam multa ad oratoris similitudinem ab uno artifice sumimus,[v] solet idem Roscius[x] dicere, se, quo plus sibi ætatis accederet,[1] eo tardiores tibicinis[y] modos, et cantus remissiores esse facturum. Quod si ille, astrictus[z] certa quadam numerorum moderatione et pedum, tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat,[a] quanto facilius nos non laxare modos, sed totos mutare possumus?[w] 255. Neque enim hoc[2] te, Crasse, fallit, quam multa sint, et quam varia genera dicendi, et quod haud sciam, an tu primus ostenderis,[x] qui jamdiu multo dicis remissius et lenius, quam solebas: neque minus hæc tamen tua gravissimi sermonis lenitas, quam illa summa vis et contentio probatur:[3] multique oratores fuerunt, ut illum Scipionem audimus, et Lælium, qui omnia sermone conficerent paulo intentiore, nunquam, ut Ser.

[u] *Vide ne opes et fortuna felix id faciant et senectutem facilius a solitudine vindicent.*

[v] *Quoniam in plurimis rebus quæ pertinent ad oratorem explicandis, utimur exemplis et similitudinibus ab eodem artifice, nempe Roscio, ductis.*

[w] *Pedes ac numeros orationis non tantum lentiores et solutiores facere nos possumus, qui ut poëtæ et histriones numeris certis ac modis astricti non sumus; sed totam orationis conformationem mutare ad levandum dicendi laborem.*

[x] *Quod tu fortasse primus ostendisti.*

CAP. LX. 1 Lamb. ap. Orell. *accedet.* Mox, *tardioris* Erl. 1.—2 Lamb. ap. Orell. omittit *hoc.* Mox, *id quod haud sciam* Schutz. et Orell. de conj. Hensinger. 'Vel legendum est cum Lambino *quod haud sciam*, deleto *et*; vel, id quod magis placet, *atque haud sciam.*' Pearc. Ernesti malit *idque haud sciam.*— 3 Erl. 1. panci codd. ap. Steph. et Schutz. *probabatur.* Mox, *audivimus* non-

NOTÆ

[x] *Solet idem Roscius*] Probare contendit oratorem juris civilis imperitum, quanquam sit senex, non ideo deserendum et solitudine laboraturum esse. Causas enim aget orator senex, sed remissius tamen et lenius, ut Roscius jam senior agebat fabulas moderatius et minori contentione.

[y] *Eo tardiores tibicinis*] Solebant histriones cum dicerent vel agerent, adhibere tibicinem, ad cujus modos vocem gestumque accommodarent. Itaque Roscius dicebat se, cum senior foret, ac proinde lentius caneret ac remissius ageret, adhibiturum quoque tibicinem lentiorem, qui modos tardiores faceret.

[z] *Ille astrictus*] Versus enim, qui recitantur ab actore comœdiæ, certis pedibus ac numeris astricti sunt.

[a] *Excogitat*] Nempe, ut remissiorem tibicinem sibi apponat, ne senilis vox laboret.

Galba, lateribus, aut clamore contenderent. Quodsi jam hoc facere non poteris,[y] aut noles: vereris, ne tua domus, talis et viri, et civis, si a litigiosis hominibus non colatur, a ceteris deseratur? Equidem tantum absum ab ista sententia, ut non modo non arbitrer subsidium senectutis, in eorum, qui consultum veniant, multitudine esse ponendum, sed tanquam portum aliquem, expectem istam, quam tu times, solitudinem. Subsidium enim bellissimum existimo esse senectuti, otium.

256. Reliqua vero etiamsi adjuvant, historiam dico, et prudentiam juris publici, et antiquitatis iter,[z] [4] et exemplorum copiam, si quando opus erit, a viro optimo, et istis rebus instructissimo, familiari meo, Longino[5] mutuabor. Neque repugnabo, quo minus (id quod modo hortatus es) omnia legant, omnia audiant, in omni recto studio atque humanitate versentur: sed mehercule non ita multum spatii mihi videtur,[6] si modo ea facere et persequi volent,[a] quæ a te, Crasse, præcepta sunt: qui mihi prope etiam nimis duras leges imponere visus es huic ætati;[b] sed tamen ad id, quod cupiunt, adipiscendum[7] prope necessarias. 257. Nam et subitæ ad propositas causas exercitationes, et accuratæ, et meditatæ commentationes, ac stylus ille tuus, quem tu vere dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum, multi sudoris est, et illa orationis suæ[8] cum scriptis alienis comparatio, et de alieno scripto subita, vel laudandi, vel vituperandi, vel comprobandi, vel refellendi causa, disputatio, non mediocris contentionis est, vel ad memoriam, vel ad imitandum. LXI. 258. Illud vero fuit

[y] *Si agere vehementius et voce lateribusque contendere non poteris.*
[z] *Notitiam consuetudinum antiquarum.*
[a] *Brevior videtur ætas ea persequi volentibus.*
[b] *Juventuti.*

nulli codd. et edd. vett.—4 Heins. et Gesn. conj. *antiquitatis item.* Hoc placet Wetzelio, displicet Schutz. *antiquitatis literas* susp. Purgold.—5 'Hoc nomen restituit Nic. Grucchius. *longe* habent codd. Gruteri et Erl. 1. al. *Longo.*' Harl.—6 W. s. l. et a. Med. Schutz. et Orell. *mihi habere videntur;* Guelf. 2. 3. *mihi videntur;* Junt. Grut. vulgg. *mihi videtur.* Mox, *si ea modo* Erl. 1. Deinde, *prope jam nimis* Erl. 1. et edd. vett.—7 Duo codd. et Lamb. ap. Orell. *apiscendum.*—8 Steph. et Lamb. ap. Orell. *tuæ.*

horribile, quod mehercule vereor, ne majorem vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum. Voluisti enim in suo genere unumquemque nostrum quasi quendam esse Roscium;[c] dixistique, non tam ea, quæ recta essent, probari, quam quæ prava [sunt][1] fastidiis adhærescere:[d] quod ego non tam fastidiose in nobis, quam in histrionibus, spectari puto. 259. [*p.* 108.] Itaque nos raucos sæpe attentissime audiri video; tenet[e] enim res ipsa atque causa: at Æsopum,[b] si paulum irrauserit,[2] explodi.[f] A quibus enim nihil præter voluptatem aurium[3] quæritur, in iis offenditur, simul atque imminuitur aliquid de voluptate. In eloquentia autem multa sunt, quæ teneant,[4] quæ si omnia summa non sunt, (et pleraque tamen magna sunt,) necesse est, ea ipsa, quæ sunt, mirabilia videri.

260. Ergo, ut ad primum illud[5] revertar, sit orator nobis is, qui, ut Crassus descripsit, accommodate ad persuadendum possit dicere: is autem concludatur in ea,[g] quæ sunt in usu civitatum vulgari ac forensi, remotisque ceteris studiis, quamvis ea sint[6] ampla atque præclara, in hoc uno opere, ut ita dicam, noctes et dies urgeatur:[h] imiteturque illum, cui sine dubio summa vis dicendi conceditur, Atheniensem Demosthenem,[c] in quo tantum studium fuisse, tantusque labor dicitur, ut primum impedi-

[c] *Tam perfectum esse quam sit Roscius.* [d] *Fastidium creare.*
[e] *Attentionem conciliat.*
[f] *Æsopum, si aliquantulum raucus fuerit, sibilis et sinistro clamore explodi.*
[g] *Tractet tantum eas res.* [h] *Diligenter occupetur.*

Cap. lxi. 1 Omisit *sunt* Schutz. Mox Cleric. censuit legendum esse *fastidia iis adhærescere.* Erl. 1. *abhorrescere.*—2 *Æsopum sibi paulum irraucuerit* Erl. 1. et Palatt. item edd. vett. Junt. Manut. *irrauserit* Lamb. e Prisciano. —3 Vocab. *aurium* ejiciendum putat Schutz.—4 Erl. 1. et Palatt. *quæ teneantur.*—5 Grut. et vulgg. *illuc.*—6 Ita Cant. Norf. Nov. Mag. Bod. Bal. Mead. Harl. 2. Erl. 1. cum edd. Ven. Mediol. Lamb. Man. *sunt* Grut. et vulgg.

NOTÆ

[b] *Æsopum*] Histrionem longe celeberrimum, cujus filius, furiosæ luxuriæ juvenis, cantu commendabiles aviculas immanibus emtas pretiis in cœna pro ficedulis apponere, aceto-que liquatos magnæ summæ uniones potionibus aspergere solitus erat. Val. Max. IX. 1. Plinius l. X.

[c] *Demosthenem*] De quo plura in Bruto.

menta naturæ diligentia industriaque superaret:[7] cumque ita balbus esset, ut ejus ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere,[i] perfecit meditando, ut nemo planius[j] eo locutus putaretur: 261. deinde cum spiritus[k] ejus esset angustior, tantum continenda anima[l] in dicendo, est assecutus, ut una continuatione verborum[d] (id quod ejus scripta declarant) binæ ei contentiones vocis et remissiones continerentur: qui etiam (ut memoriæ proditum est) conjectis in os calculis, summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat; neque is consistens[8] in loco, sed inambulans, atque ascensu ingrediens arduo.[m] 262. Hisce ego cohortationibus, Crasse, ad studium et ad laborem incitandos juvenes vehementer assentior: cetera, quæ collegisti ex variis et diversis studiis et artibus, tametsi ipse es omnia consecutus, tamen ab oratoris proprio officio atque munere sejuncta esse arbitror.

LXII. Hæc cum Antonius dixisset, sane dubitare visus est Sulpicius, et Cotta, utrius oratio propius ad veritatem videretur accedere. 263. Tum Crassus: Operarium[e] nobis quendam, Antoni, oratorem facis, atque haud scio, an aliter sentias,[n] et utare tua illa mirifica ad refellendum

[i] *Literam R sive ῥ quæ prima est in hac voce ῥητορικὴ, rhetorica.*
[j] *Commodius.* [k] *Halitus.* [l] *Spiritum in pectore diutius retinendo.*
[m] *Locum aliquem arduum ascensu superans.*
[n] *Aliter sentire te suspicor.*

Mox, *urgeantur* Erl. 1.—7 Sic Erl. 1. Strob. Pearc. Schutz. Harl. *superavit* Verburg. Grut. et vulgg. *superasset* edd. antiq. Paulo post, *esse locutus* Schutz. et Orell. *eo locutus esse* Lamb. 1566. *eo locutus* Junt. Crat. Grut.—8 Manut. Lamb. et Mull. legunt *neque id consistens.*

NOTÆ

[d] *Una continuatione verborum*] Periodum videtur intelligere, cujus verba omnia continua, partes omnes aptæ ex sese invicem et colligatæ sunt. Demosthenes igitur in una eademque periodo bis vocem contendebat, bis remittebat: contendebat in prioribus periodi membris, remittebat in posterioribus, idque uno spiritu et perpetua pronuntiatione faciebat: unde illum oportuit esse amplo et prolixo spiritu, cujus tamen spiritus antea erat angustior.

[e] *Operarium*] Operarius est is qui opus manu facit. Operarium oratorem vocat, qui ad laborem et operam tenuem abjectus sit, uti mercenarii, qui mercedula adductus improbo et humili labore occupetur.

consuetudine, qua tibi nemo unquam præstitit: cujus quidem ipsius facultatis exercitatio, oratorum propria est, sed jam in philosophorum consuetudine versatur, maximeque eorum, qui de omni re proposita in utramque partem solent copiosissime dicere. 264. Verum ego non solum[1] arbitrabar, his præsertim audientibus, a me informari oportere, qualis esse posset is, qui habitaret in subselliis, neque quicquam amplius afferret, quam quod causarum necessitas postularet: sed majus quiddam videbam, cum censebam, oratorem, præsertim in nostra republica, nullius ornamenti expertem esse oportere. Tu autem, quoniam exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circumdedisti, hoc facilius nobis expones ea, quæ abs te de officiis præceptisque oratoris[2] quæsita sunt: sed opinor, secundum hunc diem:[o] satis enim multa a nobis hodie dicta sunt. 265. Nunc et Scævola,[f] quoniam in Tusculanum ire constituit, paulum[3] requiescet, dum se calor frangat;[p] et nos ipsi, quoniam id temporis est,[q] valetudini demus operam. Placuit sic omnibus. Tum Scævola, Sane, inquit, vellem non constituissem,[r] in Tus-

[o] *Post hunc diem.* [p] *Imminuat.*
[q] *Quoniam jam ad medium diem processimus.* [r] *Promisissem.*

Cap. lxii. 1 Pro *solum*, Schutz. conj. *talem.* 'Non omnino necessaria conj. Matthiæ de anacol.' *Orell.* Mox, Erl. 1. habet *arbitrabor.*—2 Pearc.

NOTÆ

[f] *Nunc et Scævola*] Cur in his dialogis non perstet Scævola, causam affert ipse Tullius ad Att. iv. 16. 'Quod in iis libris, quos laudas, personam desideras Scævolæ; non eam temere dimovi: sed feci idem, quod in Πολιτείᾳ Deus ille noster Plato, cum in Piræeum Socrates venisset ad Cephalum locupletem et festivum senem; quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex: deinde cum ipse quoque commodissime locutus esset, ad rem divinam dicit se velle discedere: neque postea revertitur. Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset. Multo ego satius hoc mihi cavendum putavi in Scævola; qui et ætate et valetudine erat ea, qua esse meministi; et iis honoribus, ut vix satis decorum videretur, eum plures dies esse in Crassi Tusculano: et erat primi libri sermo non alienus a Scævolæ studiis; reliqui libri τεχνολογίαν habent, ut scis. Huic joculatoriæ disputationi senem illum, ut noras, interesse nolui.'

culanum[g] me hodie venturum esse, Lælio ;[4] libenter audirem Antonium: et, cum exsurgeret, simul arridens, Neque enim, inquit, tam mihi molestus fuit, quod jus nostrum civile pervellit,[s] quam jucundus, quod se id nescire confessus est.

[s] *Insectatus est.*

conj. *oratoriis.*—3 Erl. 1. et duo codd. ap. Orell. *paululum.*—4 Ita omnes codd. Oxon. et Palatt. at Lipsius conj. *non constituissem in Tusculanum hodie Lælio.*

NOTÆ

g *In Tusculanum*] Aliam quandam agri Tusculani partem intelligit, ab ea disjunctam in qua erant.

M. TULLII CICERONIS

DE ORATORE

LIBER II.

I. 1. MAGNA nobis pueris, Quinte frater, si memoria tenes, opinio fuit,[a] L. Crassum non plus attigisse doctrinæ, quam quantum prima illa puerili institutione potuisset; M. autem Antonium[1] omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse: erantque multi, qui, quanquam non[2] ita sese rem habere arbitrarentur, tamen, quo facilius nos incensos studio dicendi a doctrina deterrerent, libenter id, quod dixi, de illis oratoribus prædicarent, ut, si homines non eruditi summam essent prudentiam atque incredibilem eloquentiam consecuti, inanis omnis noster esse labor,[3] et stultum in nobis erudiendis, patris nostri,[a] optimi ac pru-

[a] *Ita homines opinabantur olim, cum essemus pueri.*

CAP. I. 1 *M. vero Anton.* Steph. et Lamb.—2 Particulam negativam *non* habent codd. ap. Lamb. Mem. Erl. I. item edd. Manut. Venet. Victor. Rawl. et al. vett. istud omittunt codd. Palatt. cum edd. Junt. Crat. Grut. Streb. et Verburg. Cod. Reg. 7703. ponit ante v. *arbitraretur.* Mox, *se rem* Junt. Grut. Schutz. *sese rem* codd. et edd. vett. Dein, pro *dicendi,* quod habent Victor.

NOTÆ

[a] *Patris nostri*] M. Tullius Ciceronis pater, stirpe Tullia antiquissima ortus, cum esset infirma valetudine, in Arpinati villa fere ætatem egit in literis. Cic. de Leg. l. II. § 3. Eum ex regio Volscorum genere editum in Eusebii Chronico legitur. Contra fulloniam fecisse, et vitibus oleisque colendis dedisse operam, tradit Q. Calenus in oratione maledica apud Dion. l. XLVI. Cum alibi scribit Cicero se novum hominem sine ulla majorum commendatione, tum orat. II. contra Rullum § 1. 'Mihi quidem

dentissimi viri, studium videretur. 2. Quos tum, ut pueri, refutare domesticis testibus, patre, et C. Aculeone, propinquo nostro, et L. Cicerone, patruo, solebamus, quod de Crasso pater, et Aculeo, (quocum erat nostra matertera,[b] [4]) quem Crassus dilexit ex omnibus plurimum, et patruus, qui cum Antonio in Ciliciam[b] profectus[c] [5] una decesserat,[c] multa nobis de ejus studio doctrinaque sæpe narravit: [6] cumque nos cum consobrinis[d] nostris, Aculeonis filiis, et ea disceremus, quæ Crasso placerent, et ab his [7] doctoribus, quibus ille uteretur, erudiremur, etiam illud sæpe intelleximus (cum essemus ejusmodi,[8] quod vel pueri sentire poteramus[d]) illum et Græce sic loqui, nullam ut nosse aliam linguam videretur, et doctoribus nostris ea ponere [9] in percunctando,[e] eaque ipsum omni in sermone tractare, ut nihil esse ei novum, nihil inauditum videretur. 3. [*p.* 109.]

[b] *Qui matris nostræ sororem habebat in matrimonio.*

[c] *In Ciliciam abierat simul cum Antonio profectus.*

[d] *Cum vel hac ætate puerili satis haberemus ingenii, ut intelligeremus quam eruditus esset.*

[e] *Interrogando objicere iis a quibus docebamur.*

et Grut. *discendi* legunt Junt. Crat. Man. Lamb. Orell.—3 Erl. 1. *esset labor.* Mox, idem codex *atque prudentissimi ... et quos cum, &c.*—4 'Hæc videntur Ernestio esse loco alieno, quod orationem duriorem faciant, et *quocum ... quem* melius post superiorem hominis mentionem, *C. Aculeone, p. n. quocum, &c.* collocanda : et Wetzel. ita ex mente Ernestii verba collocavit.' *Harl. quocum nupta erat* edd. vett.—5 Mull. conj. *præfectus;* Ellendt *profecto.*—6 Erl. 1. *narrat;* Ernesti conj. *narrabat,* vel *narraverat.* Mox, *cum sobrinis* Erl. 1. —7 Ita Junt. Crat. al. vett. *et ab iis* L. Man. et Orell.—8 'Hoc corruptum. Delevit Lamb. verba, *cum essemus ejusmodi;* Ernesti et Schutz. conj. *cum esset ejusmodi.* Gulielmii conj. longe præstantior, *cum essemus ejus domi.*' Orell. Lambinus delenda voluit etiam *quod vel pueri sentire poteramus.* Erl. 1. habet, *cum essemus ejusmodi ... ut nichil ei nosse novum.*—9 Idem codex, pro *ponere,*

NOTÆ

apud vos de meis majoribus dicendi facultas non datur; non quod non tales fuerint, quales nos illorum sanguine creatos disciplinisque institutos videtis; sed quod laude populari, atque honoris vestri luce caruerunt.'

[b] *Cum Antonio in Ciliciam, &c.*] Vide notas in l. 1. de Orat. ad § 82.

[c] *Decesserat*] Id est, itineri se commiserat, non autem, ut quidam interpretantur, mortuus fuerat; Cicero enim ille patruus in patriam redux narrabat, quemadmodum Antonius Athenis et Rhodi se doctissimorum hominum sermonibus dedisset.

[d] *Consobrinis*] Consobrini sunt proprie qui ex duabus sororibus nascuntur, quasi consorini. *Gaius.* Qui vero e duobus fratribus geniti sunt, proprie patrueles vocantur.

De Antonio vero, quanquam sæpe ex humanissimo homine, patruo nostro, acceperamus, quemadmodum ille vel Athenis vel Rhodi se doctissimorum hominum sermonibus dedisset:[f] [10] tamen ipse adolescentulus, quantum illius ineuntis ætatis meæ[e] patiebatur pudor, multa ex eo sæpe quæsivi. Non erit profecto tibi, quod scribo, hoc novum, (nam jam tum ex me audiebas,) mihi illum ex multis, variisque sermonibus, nullius rei,[11] quæ quidem esset in his artibus, de quibus aliquid existimare[g] possem, rudem aut ignarum esse visum. 4. Sed fuit hoc in utroque eorum, ut Crassus non tam existimari vellet non didicisse, quam illa despicere, et nostrorum hominum in omni genere prudentiam Græcis[f] anteferre: Antonius autem probabiliorem hoc populo[12] orationem fore censebat suam,[h] si omnino didicisse nunquam putaretur: atque ita se uterque graviorem fore,[i] si alter contemnere, alter ne nosse quidem Græcos videretur.

5. Quorum consilium quale fuerit, nihil sane ad hoc tempus.[j] Illud autem est hujus institutæ scriptionis ac temporis, neminem eloquentia, non modo sine dicendi doctrina, sed ne sine omni quidem sapientia, florere unquam et

[f] *Versatus et collocutus esset cum hominibus eruditissimis.* [g] *Judicare.*
[h] *Remotiorem ab omni fraudis et fuci faciendi suspicione.*
[i] *Plus habiturum auctoritatis in dicendo.*
[j] *Rectene an secus voluerint Crassus et Antonius videri literarum maxime Græcarum aut contemtores, aut imperiti, non est hujus loci expendere: eruditi certe fuerint necesse est.*

habet *proponere.* Mox, Orell. *percontando.*—10 'Hic verborum ordo suavius accidit ad aures, quam is, qui in Erl. 1. est, *se sermonibus doctiss. hom. dedisset,* (Guelf. 2. 3. *dedidisset*) et actutum rectius aptiusque edi solet *tamen ipse adol.* quam, quod est in Erl. 1. *tamen ille adol.* Tum *quantum illius ætatis meæ* edidit Schutz. omisso voc. *ineuntis,* quod quidem glossam sapit; tamen est in Erl. 1. quare uncis inclusi. Mox, Schutz. recte malit, *non erit prof. tibi hoc, quod scribo, novum.*' Harl. *quod scribo, novum, nam hoc jam* Lamb. ap. Orell. —11 'Voc. *rei,* et mox *tam* ante *existimari,* male desunt in Erl. 1.' *Harl.*— 12 Pearc. conj. *huic populo,* probante Ernest.

NOTÆ

[e] *Quantum i. i. ætatis meæ, &c.*] Adolescentium enim est tacere plurimum et audire; non proterve loqui, non interrogare perperam.

[f] *Græcis*] Quorum eruditio ac potius loquacitas jam a Romanis contemnebatur.

præstare potuisse. II. Etenim ceteræ fere artes se ipsæ per se[1] tuentur singulæ:[k] bene dicere autem, quod est scienter, et perite, et ornate dicere, non habet definitam aliquam regionem, cujus terminis septa teneatur.[2] Omnia, quæcumque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse profitetur, aut eloquentiæ nomen relinquendum est. 6. Quare equidem et in nostra civitate, et in ipsa Græcia, quæ semper hæc summa duxit,[l] multos et ingeniis, et magna laude dicendi sine summa rerum omnium scientia fuisse[3] fateor: talem vero existere eloquentiam, qualis fuerit in Crasso et Antonio, non cognitis rebus omnibus, quæ ad tantam prudentiam pertinerent, tantamque dicendi copiam, quanta in illis fuerit,[4] non potuisse confirmo. 7. Quo etiam feci libentius, ut eum sermonem, quem illi quondam[5] inter se de his rebus habuissent, mandarem literis: vel ut illa opinio, quæ semper fuisset, tolleretur, alterum non doctissimum, alterum plane indoctum fuisse; vel ut ea, quæ existimarem a summis oratoribus de eloquentia divinitus esse dicta, custodirem literis, si ullo modo assequi complectique potuissem; vel mehercule etiam,[6] ut laudem eorum, jam prope senescentem, quantum ego possem, ab oblivione hominum atque a silentio vindicarem. 8. Nam si ex scriptis cognosci ipsi suis potuissent, minus hoc fortasse mihi esse putassem[7] laborandum: sed cum alter non multum,[g] (quod quidem extaret,[m]) et idip-

[k] *Certa quadam ac definita in materia versantur, neque aliis artibus indigent, ut earum auxilio possint præstare id quod profitentur.*

[l] *Eloquentiam summo semper in pretio habuit.*

[m] *Quod quidem scriptum esset.*

CAP. II. 1 Verba *per se* desunt in Erl. 1. Mox, *et partite* conj. Schutz. et Harl. *et proprie* al.—2 Lamb. *septum teneatur*, probante Pearc. et sic rescripsit Wetzel. *septa teneatur oratio* conj. Mull. *septa teneatur* Erl. 1. Guelf. 2. 3. et edd. vett.—3 Pro *fuisse* Mull. conj. *floruisse.* Mox, pro *fuit*, Junt. *fuerit.* Paulo post, *quæ in tantum* Erl. 1. edd. W. Ald. Junt. Crat. Man. Grut. probante Heusing. *quæ ad tantum* Venet. Mediol. Lips. et Streb.—4 Erl. 1. alii codd. et edd. ante Ernest. *fuit.*—5 Edd. vett. et Mull. *quondam illi.*—6 Steph. et Lamb. ap. Orell. omittunt *etiam*, 'Nec

NOTÆ

[g] *Alter non multum*] Pauca extabant Crassi scripta: aliquot partes

sum adolescens, alter nihil admodum[n h] scripti reliquisset; deberi hoc a me tantis hominum ingeniis putavi, ut, cum etiam nunc vivam[o] illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem, si possem. 9. Quod hoc etiam spe[i] aggredior majore ad probandum, quia non de Ser. Galbæ,[j] aut C. Carbonis eloquentia scribo aliquid, in quo liceat mihi fingere, si quid velim, nullius memoria jam refellente:[8] sed edo hæc iis cognoscenda, qui eos ipsos, de quibus loquor, sæpe audierunt; ut duos summos viros, iis, qui neutrum illorum viderint, eorum, quibus ambo illi oratores cogniti sint, vivorum et præsentium, memoria teste, commendemus. III. 10. Nec vero te, carissime frater atque optime, rhetoricis nunc quibusdam libris, quos tu agrestes[p 1] putas, insequor ut erudiam: quid enim tua potest oratione aut subtilius, aut ornatius esse? sed quanquam,[2] sive judicio,[q] ut soleo dicere, sive, ut ille pater eloquentiæ de se Isocrates[k] scripsit ipse, pudore a dicendo[r] et timiditate ingenua quadam refugisti, sive, ut ipse jocari soles, unum putasti satis esse non modo in una familia rhetorem,[s] sed pæne in tota civitate: non tamen arbitror tibi hos libros in eo fore genere, quod merito, propter eo-

[n] *Nihil fere.* [o] *Recentem.* [p] *Incultos.* [q] *Certo consilio.*
[r] *A causis publice agendis.*
[s] *Sufficere quod unus ego e nostra familia rhetor essem.*

inepte.' *Wetzel.*—7 Lamb. *putassem esse.*—8 Cant. Norf. Nov. Harl. 2. Wag. Bal. Bod. Erl. 1. cum edd. Venet. Mediol. et Pearc. *jam me refellente.* Illud *me* deest in Junt. Gronov. Grut. Mox, *sed dedo hec hys* Erl. 1.

CAP. III. 1 Erl. 1. *agrestis.*—2 Junt. Lamb. Grut. Cleric. *quoniam.* 'Sed melius hæc particula abest a cod. Erl. 1. quocirca ego uncis inclusi.' *Orell.* Mox, *soles* Junt. Lamb. Grut. Cleric. *soleo* conj. Pearc. Dein, Schutz. malit

NOTÆ

orationis pro Licinia virgine, oratio de colonia Narbonensi deducenda, oratio pro lege Servilia, et pauca nonnulla.

[h] *Alter nihil admodum*] Ait nihil fere scripti reliquisse Antonium, cujus tantum supererat libellus de Ratione Dicendi.

[i] *Quod hoc etiam spe*] Fore, ut probem doctissimos fuisse Crassum et Antonium, contra quam putabatur, hoc spero facilius, quod etiamnum vivant ii qui Crassum et Antonium viderunt, et audierunt, qui possint me refellere, si quid fingam.

[j] *De Ser. Galbæ*] De quo et Carbone dicetur in notis ad Brutum.

[k] *Isocrates*] De quo in Bruto.

rum, qui de dicendi ratione disputarunt, jejunitatem bonarum artium, possit illudi.[t] [3] 11. Nihil enim mihi quidem videtur in Crassi et Antonii sermone esse [4] præteritum, quod quisquam summis ingeniis, acerrimis studiis, optima doctrina, maximo usu cognosci ac percipi [5] potuisse arbitraretur: quod tu facillime poteris judicare, qui prudentiam [u] rationemque dicendi per te ipsum, usum autem per nos percipere voluisti. Sed, quo citius hoc, quod suscepimus, non mediocre munus, conficere possimus, omissa nostra adhortatione,[6] ad eorum, quos proposuimus, sermonem disputationemque veniamus.

12. Postero igitur die, quam illa erant acta,[v] hora fere [7] secunda,[1] cum etiam tum in lecto Crassus esset, et apud eum Sulpicius sederet, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu, repente eo Q. Catulus senex cum C. Julio fratre [m] venit. Quod ubi audivit, commotus Crassus [n] surrexit, omnesque admirati, majorem aliquam esse causam eorum adventus suspicati sunt. 13. Qui cum inter se, ut ipsorum usus ferebat,[w] amicissime consalutassent; [8] Quid

[t] *A te reponendos esse in eorum librorum numero, qui merito contemnuntur, propterea quod illi, a quibus scripti sunt, bonarum artium sunt ignari.*

[u] *Artem et præcepta eloquentiæ.*

[v] *Illa disputata quæ superiore libro exposita sunt.*

[w] *Pro usitata sua familiaritate.*

sive ut ille pater eloquentiæ Isocr. de se scripsit ipso.—3 Erl. 1. *possint illudi.*—4 Idem codex, *Anthonii esse*, omisso *sermone.* Mox, *a viris summis ingeniis præditis* Manut.—5 'Erl. 1. *aut percipi.* Tum *arbitretur* emend. J. Henr. Vossius; recte, si *præteritum* ad Cic. referatur; sin ad Crassum et Anton. verum est *arbitraretur*, judice Schutz.' *Harl.* Mox, *usum vero per, &c.* edd. vett. et marg. Crat.—6 Erl. 1. *exhortatione;* al. *cohortatione;* Manut. conj. *oratione.*—7 'Minus concinne, *fere hora*, dein *et tum in lecto* cod. Erl. 1. *etiamdum* ed. Schutz.' *Harl.* 'Male; *dum* negandi est particula.' *Orell.* *et jam*

NOTÆ

[1] *Hora fere secunda*] Secunda scilicet post solis ortum. Apud Romanos enim prima hora diei erat ea qua sol oriebatur; duodecima et ultima, qua occidebat.

[m] *Q. Catulus senex cum C. Julio fratre*] Quorum, ut et aliorum, quorum hic obiter fit mentio, characterem describit Cicero in Bruto.

[n] *Commotus Crassus*] Veritus nimirum ne causa gravior aliqua eos repente ac prima luce venire compellisset: et vero tum in rep. vehementer turbabatur ob senatorum et equitum dissensionem, de qua meminit initio libri superioris § 12.

vos tandem? Crassus, num quidnam, inquit,[9] novi? Nihil sane, inquit Catulus: etenim vides esse ludos:[o] sed (vel tu nos ineptos licet, inquit, vel molestos putes) cum ad me in Tusculanum [inquit] heri vesperi venisset Cæsar de Tusculano suo,[x] dixit mihi, a se Scævolam[10] hinc euntem esse conventum,[y] ex quo mira quædam se audisse dicebat; te, quem ego, toties omni ratione tentans, ad disputandum elicere non potuissem, permulta de eloquentia cum Antonio disseruisse, et tanquam in schola, prope ad Græcorum consuetudinem, disputasse.[z] 14. [*p.* 110.] Itaque frater exoravit me, ipsum[11] quidem a studio audiendi non nimis abhorrentem, sed, mehercule, verentem, ne molesti vobis interveniremus, ut huc secum venirem. Scævolam enim ita dicere aiebat, bonam partem sermonis in hunc diem esse dilatam. Hoc si tu cupidius[a] factum existimas, Cæsari attribues: si familiarius, utrique nostrum: nos quidem, nisi forte molesti intervenimus, venisse delectat. IV. 15. Tum Crassus, Equidem, quæcumque causa vos huc[1] attulisset, lætarer, cum apud me viderem homines mihi carissimos et amicissimos: sed tamen, vere

[x] *De suo agro suburbano.*
[y] *Mihi dixit se convenisse Scævolam, qui a te redibat.*
[z] *Qui in utramque partem disputant.*
[a] *Curiosius.*

tum al.—8 Erl. 1. *salutassent.*—9 'Hic in tribus versiculis quater est *inquit;* semel in verbis Crassi, ter in unius Catuli responsione: quod nunquam a Cicerone esse crediderim. Quartum certe delendum; idque et abest ab ed. Lips. In exemplo nostro ed. Asc. delevit manus docta. Tertium, quod est in parenthesi, fortasse tolerari possit et a Cicerone sit, quia in parenthesi est; sed vix tamen.' *Ernesti.* 'Atque Schutz. post vocc. *in Tusculanum* omisit *inquit:* idem post vocc. *se audisse* in contextu *dicebat*, et post *ineptos licet* verbum *inquit*, quod tamen est in Erl. 1. delevit.' *Harl.*—10 Lamb. *Scævolam a se.*—11 *Ita me frater exoravit, ne ipsum* Harl. 1. Palatt. al. item edd. Pearc. Lallem. *Itaque* edd. vett. s. l. et a. Mediol. Ascens. Lips. Crat. Steph. *Itaque fr. ex. me ipsum non quidem* Crat. Lamb. 1566. *Itaque me fr. ex. non ipsum quidem* Lamb. in marg. 1584. *me ipsum non quidem* habet etiam Erl. 1. *a studio audiendi nimis* al. ante Ernesti; *verentem tamen* Junt. Grut. Lamb. *tamen* deest in Erl. 1. Cant. Mead. Harl. 1. item in edd. Ven. Rawl. Mediol. Pearc. Mox, *ne molesti v. intervenissemus* Erl. 1. *ne m. v. intervenerimus* vulg. ante Gronov.

CAP. IV. 1 Voc. *huc* deest in Guelf. 2. *vos causa hic* Erl. 1. Mox, *et*

NOTÆ

[o] *Ludos*] Romanos, de quibus libro superiore.

dicam, quævis mallem fuisset, quam ista, quam dicis.[2] Ego enim (ut,[3] quemadmodum sentio,[4] loquar) nunquam mihi minus, quam hesterno die, placui, (magis adeo id facilitate,[b] quam alia ulla culpa mea contigit;) qui dum obsequor adolescentibus, me senem esse sum oblitus, fecique id,[5] quod ne adolescens quidem feceram, ut iis de rebus, quæ doctrina aliqua continerentur, disputarem. Sed hoc tamen cecidit mihi peropportune, quod, transactis jam meis partibus, ad Antonium audiendum venistis. 16. Tum Cæsar, Equidem, inquit,[6] Crasse, ita sum cupidus te in illa longiore ac perpetua[c] disputatione audiendi, ut, si id mihi minus contingat, vel hoc sim quotidiano tuo sermone contentus. Itaque experiar equidem[7] illud, ut ne Sulpicius, familiaris meus, aut Cotta, plus quam ego apud te valere videatur, et te exorabo profecto, ut mihi quoque, et Catulo, tuæ suavitatis aliquid impertias.[d] Sin tibi id minus libebit; non te urgebo, neque committam, ut, dum vereare,[8] tu ne sis ineptus, me esse judices.[e] 17. Tum ille, Ego mehercule, inquit, Cæsar, ex omnibus Latinis verbis hujus verbi vim[f] vel maximam semper putavi: quem enim nos 'ineptum' vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod 'non' sit 'aptus:' idque in sermonis nostri

[b] *Benigniore quadam indulgentia.*
[c] *Non interrupta.* [d] *Ut eadem comitate nobiscum loqui non graveris.*
[e] *Ineptum.* [f] *Significationem.*

amicissimus desunt in eodem cod.—2 Erl. 1. *quævis causa mallem ... quam dicitis;* Guelf. 2. *causa quævis ea mullem fuisset ... quam dicitis;* Schutz. et Harl. etiam *dicitis,* idque probat Heusinger.—3 Particula *ut* deest in uno cod. ap. Orell.—4 Erl. 1. *sentiam;* et paulo post, *alia mea culpa contigit .... oblitus sum.* Ernesti vocc. *magis .... contigit* in parenthesi posuit, quoniam alias obscura et non cohærens esset oratio. *magisque adeo* Lamb. Mox, *his adolescentibus* Man. et Schutz.—5 In ed. Schutz. omissa est vox *id,* qui Heusingerum sequitur: ea vero in Erl. 1. aliisque edd. legitur. Guelf. 2. 3. *fecique hoc.*—6 Verbum *inquit* deest in Erl. 1. et quibusdam aliis. Mox, *in illa longiore te* Erl. 1. et Lamb. 1566. *in illa longiore oratione te* Lamb. 1584. in marg. Dein, *si id minus contingat, vel sim,* omissis *mihi* et *hoc,* Lamb. ap. Orell. *quotidiano sermone,* omisso *tuo,* Erl. 1.—7 Idem codex, *experiare quidem.* Mox, pro *videatur,* quod servant Cant. Wag. Bod. a m. pr. et ed. Pearc. *videantur* legunt Junt. Lamb. Grut. Schutz. Harl. et Orell.—8 Lamb. *verere.* Mox, *ne tu sis* Cant. Norf. Harl. 2. edd. vett. Junt. Crat. Victor. Man. Lamb. Pearc. *tu ne sis* Grut. non monito lectore. In marg. ed. 1584.

consuetudine perlate patet. Nam qui aut, tempus quid postulet, non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum, quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur.[9] 18. Hoc vitio cumulata est[g] eruditissima illa Græcorum natio: itaque quod vim hujus mali Græci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt: ut enim quæras omnia,[h] quomodo Græci ineptum appellent, non reperies.[p] Omnium autem ineptiarum, quæ sunt innumerabiles, haud scio,[10] an nulla sit major, quam illorum, qui solent, quocumque in loco, quoscumque inter homines visum est, de rebus aut difficillimis, aut non necessariis, argutissime disputare: hoc nos ab istis adolescentibus facere inviti et recusantes heri coacti sumus. v. 19. Tum Catulus,[1] Ne Græci quidem, inquit, Crasse, qui in civitatibus suis clari et magni fuerunt, sicuti tu es, nosque omnes in nostra republica volumus esse, horum Græcorum,[q] qui se inculcant auribus nostris, similes fuerunt:[i] nec tamen in otio sermones hujusmodi,

[g] *Maxime laborat.*

[h] *Quamvis omnia eorum vocabula excutias.*

[i] *Atqui non omnes Græci fuerunt similes eorum, qui se offerunt nobis invitis, ut audiantur.*

Lambino tribuitur, *ut, dum verere tu, ne sis.*—9 Ita Ascens. Junt. Manut. Crat. necnon codd. Cant. Norf. Harl. 2. Wag. Bod. et Mag. *ineptus esse dicitur* Steph. Lamb. Grut.—10 Erl. 1. *haut sciam.* Mox, *an ulla* edd. vett. Junt. Lamb. 1566. Grut. Vid. Matthiæ Misc. Crit. I. 4. p. 679. Beier. ad Offic. tom. I. pag. 338. Ramshorn. Lat. Gram. pag. 500. *an nulla* Lamb. in marg. 1584. Dein, *quam ut illi solent* Erl. 1. alii codd. edd. vett. Junt. Crat. Manut. Grut. Schutz. Orell. *quam illorum, qui solent* edd. s. l. et a. Mediol. Lips. Streb. Paulo post, Lamb. conj. *quoque in l. quosque inter, &c.*

Cap. v. 1 Ante verba *Tum Catulus* magna est lacuna in Erl. 2. quam ipse librarius literis rubris indicavit, et alius in ora notavit, esse in cod. Florent. suppletam. Mox, *ii, qui* Lamb. Paulo post, *nostris* deest in cod. Oxon.

NOTÆ

p *Non reperies*] Et vero frustra sunt, qui totam hujus verbi vim expressisse putant vocabulis ἀνάρμοστος, ἀπειρόκαλος, σκαιὸς, ἀπρεπὴς, &c. minus aberrat ἀνεπιτήδειος; est enim ἐπιτήδειος, *idoneus*, *commodus*, cui si jungatur α privativum, idem fere significabit quod apud Latinos *ineptus*.

q *Horum Græcorum*] Græci permulti Romæ philosophiam et bonas artes docebant; sed quia plerique ex iis omnes erant ostentatores, argutuli, et inepti, fere contemnebantur.

disputationesque fugiebant. 20. Ac si tibi videntur, qui temporis, qui loci, qui hominum rationem non habent, inepti, sicut debent videri; num tandem aut locus hic non idoneus videtur, in quo porticus hæc ipsa, ubi ambulamus,[2] et palæstra,[r] et tot locis sessiones,[j] gymnasiorum et Græcarum disputationum memoriam quodammodo commovent?[k] aut importunum[3] tempus in tanto otio, quod et raro datur, et nunc peroptato nobis datum est? aut homines ab hoc genere disputationis alieni, qui omnes hi sumus,[l][4] ut sine his studiis vitam nullam[m] esse ducamus? 21. Omnia ista, inquit Crassus, ego alio modo[5] interpretor, qui primum palæstram, et sedes, et porticus, etiam ipsos, Catule, Græcos, exercitationis et delectationis causa, non disputationis, invenisse arbitror. Nam et sæculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in his philosophi garrire cœperunt, et hoc ipso tempore, cum omnia gymnasia philosophi teneant,[6] tamen eorum auditores discum[s] audire, quam philosophum, malunt; qui simul ut increpuit, in media oratione de maximis

[j] *Sedilia.* [k] *Renovant.* [l] *Ita comparati sumus.*
[m] *Insuavem et acerbam.*

tamen deest in Erl. 1.—2 Erl. 1. et edd. vett. ap. Steph. *ubi nunc ambulamus;* Guelf. 2. 3. Junt. Crat. Victor. Pearc. Schutz. Harl. et Orell. *ubi inambulamus;* Grut. *ubi ambulamus.* Mox, Lamb. conj. *gymnasiorum Græcorum et disputationum;* et sic legitur in Nov. *grecorum disputationem* Erl. 2. Dein, *modo commonent* edd. vett. ap. Orell.—3 Lamb. *aut inopportunum;* et sic exhibent codd. Mag. Bal. Mead. Wag. Norf. Nov. cum edd. Pearc. Bipont. Schutz. Orell. *aut num importunum* Erl. 1. et Guelf. 1. probante Ernestio.—4 Schutz. et Harl. *ii sumus.* Mox, *iis studiis* Lamb. *nullam vitam* Junt. Lamb. Grut. *vitam nullam* Harl. 1. Cant. Nov. Gonv. et tres vetustissimæ edd.—5 Unus codex ap. Orell. *alio ego modo.* Mox, verba *et delectationis,* et *non disputatio-*

NOTÆ

[r] *Palæstra*] Locus est patens et apertus, ad exercitationes corporis, cursum, luctationem, &c. idoneus. Interdum philosophi, maxime in Græcia, in ejusmodi locis adolescentes docebant, ac disputationes habebant. Palæstra idem fere significat quod gymnasium: ἀπὸ τῆς πάλης, *luctatione,* dicitur palæstra. Consule notas in superiorem lib. § 73.

[s] *Discum*] Discus est moles ferri, vel plumbi, vel etiam lapidis, quam juvenes certatim ultra metam aliquam et finem constitutum, alius alio longius, projicere conabantur. Quod ludi genus eleganter descripsit Homer. Od. Θ. Discum quam philosophum audire malle, non sine proverbii specie dicitur, qui ad ineptas voluptates propensior est quam ad utilia.

rebus et gravissimis disputantem philosophum omnes unctionis causa[t] relinquunt: ita levissimam delectationem gravissimæ, ut ipsi ferunt, utilitati anteponunt. Otium autem quod dicis[7] esse, assentior: verum otii fructus est, non contentio animi,[8] sed relaxatio. VI. 22. Sæpe ex socero meo audivi, cum is diceret, socerum suum Lælium[1] semper fere cum Scipione solitum rusticari,[n] eosque incredibiliter repuerascere esse solitos, cum rus ex urbe, tanquam e vinculis, evolavissent. Non audeo dicere de talibus viris,[o] sed tamen ita solet narrare Scævola, conchas eos et umbilicos[u] ad Caietam[v] et ad Laurentum[2][w] legere consuesse, et ad omnem animi remissionem, ludumque descendere. 23. Sic enim se res habet: [ut][3] quemadmodum volucres videmus, procreationis atque utilitatis suæ causa, fingere et construere nidos, easdem autem, cum aliquid effecerint, levandi laboris sui causa, passim ac libere solutas

[n] *Ruri esse animi causa.*
[o] *Quia videtur id esse indignum illorum gravitate.*

nis desunt in Erl. 1.—6 Erl. 1. *philosophi timeant.*—7 Unus codex ap. Orell. *dicitis.*—8 Erl. *contentio non animi.*

CAP. VI. 1 Erl. 1. *socerum meum Lelium.* Paulo post *vinclis* edd. vett. *evolassent* Lamb.—2 *Lauretum* Memm. et Lamb. *Laurentium* Guelf. 1. *Lavernum* Guelf. 2. *Lucrinum* Junt. Crat. Victor. Man. 'Quod si e Mss. petitum est, minime aspernandum videtur.' *Orell.* *Laurentum* Erl. 1. 2. et Palatt. ap. Grut. Mox, *consuevisse* Steph. et Lamb.—3 Particulam *ut* delendam censebat Lamb. in marg. ed. 1584. Ernestius uncis inclusit, propter lect. *gestiunt...cupiunt.* In Erl. 1. legitur, *res sese habet...volucris...negotiis forensibus... gestiunt.* Codd. Regii 7704. 7753. et Pearc. ut conj. Wittenb. et Schutz. *gestiant;* et sic edidit Orell. hac adjecta annotatione: '*gestiunt* codd. plerique, Junt. Lamb. Ernest. quod certatim defendunt Gernhard. ad Offic. III. 10. 45. Beier. ibid. et Matthiæ de Anacol. p. 20. Sed cum nunc de codd. duobus saltem constet, equidem non video, cur retinendus sit merus iste solœcismus.' Mox, pro *fingere,* Erl. 1. et al. habent *effingere;* Guelf. 1. *effingere et constituere.*

NOTÆ

[t] *Unctionis causa*] Non quidem ut discum jaculentur, sed ut ea certamina obeant, in quibus uncti oleo corpora exercent.

[u] *Conchas eos et umbilicos*] Concha est piscium testa, quales vacuæ sunt multæ in littore maris. Umbilicus est lapillus rotundus, in umbilici humani morem factus.

[v] *Caietam*] Caieta est portus Italiæ in Campania, non procul a Neapoli. Hodie *Gaiette.*

[w] *Laurentum*] Sic legendum potius quam *Lucrinum,* cum editiones optimæ, tum Val. Max. VIII. 8. suadet. Est autem Laurentum urbs Latii ad mare Tyrrhenum, quæ hodie dicitur *S. Laurentii.*

opere volitare; sic nostri animi forensibus negotiis, atque urbano opere defessi, gestiunt ac volitare cupiunt, vacui cura atque labore. 24. Itaque illud, quod ego[4] in causa Curiana[x] Scævolæ dixi, non dixi secus, ac sentiebam. Nam si, inquam, Scævola, nullum erit testamentum recte factum, nisi quod tu scripseris, omnes ad te cives cum tabulis veniemus, omnium testamenta tu[5] scribes unus: quid igitur? inquam: quando ages negotium publicum?[p] quando amicorum? quando tuum? quando denique nihil ages?[q] tum illud addidi: mihi enim liber esse non videtur, qui non aliquando nihil agit. In qua permaneo, Catule, sententia; meque, cum huc veni, hoc ipsum nihil agere, et plane cessare, delectat.[r] 25. [*p.* 111.] Nam, quod addidisti tertium, vos eos esse,[6] qui vitam insuavem sine his studiis putaretis, id me non modo non hortatur ad disputandum, sed etiam deterret. Nam ut C. Lucilius,[y] homo doctus et perurbanus,[7] dicere solebat, ea, quæ scriberet, neque ab indoctissimis se,[8] neque ab doctissimis legi velle; quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse, quam ipse:[s] quo[9] etiam scripsit, 'Persium[z] non curo legere;' (hic enim fuit, ut noramus, om-

[p] *In senatu, in foro, in comitio?* [q] *Quando otio frueris?*
[r] *Delectat me ipsa vacatio ab omni opere et labore.* [s] *Intelligeret.*

Paulo post, iidem codd. Regii, Schutz. et Orell. *cupiant.* Guelf. 1. 2. 3. Omnib. et Schutz. *cura ac labore*, ut effugeretur hexametri clausula.—4 Erl. 1. Steph. et Lamb. *ego quod.*—5 Steph. et Lamb. *merito tu.*—6 Erl. 1. *vos esse eos.*—7 Idem codex, *Lucius, homo et perurbanus.* Mox, *ea, quæ scriberet* absunt ab eodem cod. necnon a Memmii membr. et Pith. item Palat. pr. in quibus etiam non adest *doctus et;* utrumque probat Gruter. Sed Ernestio videntur characterem dictionis Ciceronianæ habere.—8 Codd. Oxon. Mead. Cant. Erl. Guelf. 1. Venet. Mediol. C. Steph. Lamb. Pearc. *neque se ab indoctissimis*, prob. Grut. *se* deest in Guelf. 1. 2. et vulg. ante Pearc.—9 Edd. vett. *ipse de se: quo, &c.* Codd. Oxon. Cant. Wag. Mead. Harl. 1. 2. Gonv. Pith. Mem. Palat. 1. Erl. 1. Guelf. 1. et ed. s. l. et a. *ipse: de quo;* ed. W. *ipse: quo.* Actutum in Erl. 1. legitur *hic fuit enim, ut non ignoramus.* Dein,

NOTÆ

[x] *In causa Curiana*] In oratione quam habui pro Curio, cujus causa exposita est libro superiore § 180.

[y] *C. Lucilius*] De quo in notis ad Herenn. II. § 19.

[z] *Persium*] Persius hic, de quo Lucilius loquitur, non est poëta ejusdem nominis, qui sub Nerone floruit, sed orator doctus, qui scripsit Gracchi tempore: de quo Cicero mentionem facit in Bruto, quem consule § 99.

nium fere nostrorum hominum doctissimus) 'Lælium Decimum volo:'[t] (quem cognovimus virum bonum, et non illiteratum, sed nihil ad Persium[u]) sic ego, si jam mihi disputandum sit de his nostris studiis, nolim equidem apud rusticos,[10] sed multo minus apud vos: malo enim non intelligi orationem meam quam reprehendi. VII. 26. Tum Cæsar, Equidem, inquit, Catule, jam mihi[1] videor navasse operam,[v] quod huc venerim; nam hæc ipsa recusatio disputationis,[2] disputatio quædam fuit mihi quidem perjucunda. Sed cur impedimus Antonium, cujus audio esse partes, ut de tota eloquentia disserat, quemque jamdudum Cotta et Sulpicius expectant?[3] 27. Ego vero, inquit Crassus, neque Antonium verbum facere patiar, et ipse obmutescam, nisi prius a vobis impetraro.[4] Quidnam? inquit Catulus. Ut hic sitis hodie. Tum, cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat,[w] Ego, inquit Julius, pro utroque respondeo:[5] sic faciemus: atque ista quidem conditione, vel ut verbum nullum faceres, me teneres.[x] 28. Hic Catulus arrisit: et simul, Præcisa,[y] inquit, mihi quidem dubitatio est, quoniam neque domi imperaram,[z] et hic, apud quem eram futurus, sine mea sententia tam[6] facile promisit.[a]

Tum omnes oculos in Antonium conjecerunt: et ille, Audite vero, audite, inquit: hominem enim audietis de schola,[a] atque a magistro,[7] et Græcis literis eruditum: et

[t] *Quam in sententiam scripsit se non curare legere Persium, sed malle Lælium.*
[u] *Sed nulla re cum Persio comparandum.* [v] *Non operam perdidisse.*
[w] *Se venturum ad Julium Cæsarem fratrem, ut apud eum cœnaret, promiserat.*
[x] *Ut hic manerem, quamvis me non invitares.*
[y] *Sublata.* [z] *Non jusseram mihi cœnam domi apparari.*
[a] *Julius frater meus, apud quem eram cœnaturus, tam facile promisit, etiam me non consulto, neque rogato quid vellem, se hic futurum.*

in eodem *Decumum.* In quibusdam edd. comma ponitur post *Lælium.*—10 Erl. 1. a m. pr. *nolim me quidem aperusticos.*

CAP. VII. 1 Lamb. omittit *mihi.*—2 Voc. *disputationis* deest in cod. Gronov. et Erl. 1.—3 Codd. Mag. Joan. Erl. 1. Guelf. 1. Pearc. *expectat.*—4 Steph. et Lamb. *impetrabo.*—5 Guelf. 2. *respondebo.*—6 Particulam *tam* omisit Mull.—7 Guelf. 3. *atque magistro.* Mox, *e Græcis* Orell. errore

NOTÆ

[a] *De schola*] Ironice dictum ut et quæ consequuntur: audietis homi-

eo quidem loquar confidentius,[b] quod Catulus auditor accessit: cui non solum nos Latini sermonis, sed etiam Græci ipsi solent[8] suæ linguæ subtilitatem elegantiamque concedere. 29. Sed tamen, quoniam hoc totum, quicquid est, sive artificium, sive studium dicendi, nisi accessit os,[b] nullum potest esse; docebo vos, discipuli, quod[9] ipse non didici, quid de omni genere dicendi sentiam. 30. Hic posteaquam arriserunt, Res mihi videtur esse, inquit, facultate præclara, arte mediocris.[c] Ars enim[c] earum rerum est, quæ sciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia, continetur.[d] Nam et apud eos dicimus, qui nesciunt,[e] et ea dicimus, quæ nescimus ipsi: itaque et illi[f] alias aliud iisdem de rebus et sentiunt, et judicant, et nos contrarias sæpe causas dicimus, non modo ut Crassus contra me dicat aliquando, aut ego contra Crassum; cum alterutri[10] necesse sit falsum dicere: sed etiam ut uterque nostrum eadem de re alias aliud defendat, cum plus uno

[b] *Audacius.*
[c] *Eloquentia mihi videtur habere parum artis, at vi quadam naturæ ac indole maxime effici.*
[d] *Causæ in quibus agendis orator versatur, in quibus nulla est certa cognitio, sed opinio tantum probabilis.*
[e] *Dicimus apud imperitos.* [f] *Imperiti qui nos audiunt.*

typogr. Dein, *loquor* Bip. et Schutz.—8 Guelf. 1. Schutz. et Harl. *Græci solent.* Mox, *subtilitate elegantiaque* conj. Lamb.—9 Guelf. 1. et vulgg. ante Ernesti, *id, quod;* sed *id* deest in edd. vetust.—10 Lamb. *alterutrum.*

NOTÆ

nem qui magistris nunquam operam dedit.

[b] *Nisi accessit os*] Os in hoc loco confidentiam, audaciam, et impudentiam quandam significat. Oportet, inquit, me pæne esse impudentem, qui velim docere quod ipse nunquam didicerim: sed quoniam oratores audaciam hanc in laude ponunt, neque orator esse bonus quisquam potest, nisi sit idem ore duriori et paulo confidentior, aggrediar sane ad dicendum quid sentiam de eloquentia.

[c] *Ars enim*] Eloquentiam non esse proprie artem sic probat Antonius: Ars, inquit, certissimis ac verissimis nititur principiis, et versatur in iis rebus quas certa scientia percipere possumus; eloquentia autem versatur in causis in utramque partem probabilibus, et in iis rebus in quibus quid certum, quid verum sit, deprehendi nullatenus potest: nam contrarias causas tractant oratores, et alias aliud de iisdem rebus iidem sentiunt: non est igitur proprie ars eloquentia.

verum esse non possit.[g] Ut igitur in ejusmodi re, quæ mendacio[h] nixa sit, quæ ad scientiam non sæpe perveniat, quæ opiniones hominum, et sæpe errores aucupetur, ita dicam,[i] si causam putatis esse,[j] cur audiatis. VIII. 31. Nos vero, et valde quidem, Catulus inquit,[1] putamus, atque eo magis, quod nulla mihi ostentatione videris esse usurus. Exorsus es enim,[2] non gloriose, magis, ut tu putas, a veritate,[d] quam a nescio qua dignitate.[k] 32. Ut igitur de ipso genere[l] [e] sum confessus, inquit Antonius, artem esse non maximam; sic illud affirmo, præcepta posse quædam dari peracuta ad pertractandos[3] animos hominum, et ad excipiendas eorum voluntates.[m] Hujus rei scientiam,[n] si quis volet, magnam quandam artem esse, dicere, non repugnabo. Etenim cum plerique temere ac nulla ratione causas in foro dicant, nonnulli autem propter exercitationem, aut[4] propter consuetudinem aliquam, callidius id faciant; non est dubium, quin, si quis animadverterit,[f] quid sit, quare alii melius quam alii dicant, id possit no-

[g] *Cum simplex et unica quædam res sit veritas, adeoque necesse sit eum falsum dicere qui aut alteri, aut sibi ipsi pugnantia defendat.* [h] *Falsa opinione.*

[i] *Ut dici potest.* [j] *Si vobis causa videtur idonea.*

[k] *Adhibuisti exordium non ostentationis plenum, ductum magis a veritate, ut tu quidem putas, quam ab ambitiosa quadam dignitate, quam arti suæ conciliare plerique student.*

[l] *De ipsa eloquentia generatim sumta.*

[m] *Ad captandas quasi ex insidiis voluntates.*

[n] *Scientiam tractandorum animorum et bene dicendi.*

CAP. VIII. 1 Heindorf. N. D. p. 16. mavult *inquit Catulus.*—2 Lamb. ap. Orell. *enim es.* Mox, Victor. Ascens. et Pearc. *magisque, ut tu putas, &c.* Guelf. 1. Lips. *magis a veritate ut tu putas;* ed. an. 1471. *gloriose, atque eo magis a veritate, ut tu putas;* Erl. 1. *magis a veritate ut putas quum nescio qua, &c.*—3 Waldarf. *pertractandum.* Guelf. 1. *hominum animos.* Mox, *et ad explendas* Guelf. 1. Erl. 1. *et ad captandas* Lambini codex, Crat. Victor. Man.—4 Hæc tria

NOTÆ

[d] *Magis, ut tu putas, a veritate*] Antonius professus erat initio minimum artis eloquentiam habere. Juxta hanc suam opinionem quam veram existimat, utitur exordio simplice, et quod ab artis fuco alienum est.

[e] *De ipso genere*] Genus eloquentiæ est ars vel facultas, vel scientia: est enim id illi commune cum artibus aliis et disciplinis. Negabat autem Antonius vel scientiam esse vel artem.

[f] *Si quis animadverterit*] Hæc omnia desumta sunt ex Aristot. Rhet. lib. I.

tare.[5] Ergo id qui toto in genere fecerit, is si non plane artem, at quasi artem quandam invenerit. 33. Atque utinam, ut mihi illa videre videor in foro atque in causis, ita nunc, quemadmodum ea reperirentur, possem vobis exponere!

Sed de me videro:[o] nunc hoc propono, quod mihi persuasi, quamvis ars non sit, tamen nihil esse perfecto[6] oratore præclarius. Nam, ut usum dicendi omittam, qui in omni pacata et libera civitate dominatur,[7] tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus, aut mentibus jucundius percipi possit. 34. Qui enim cantus moderatæ orationis[p] pronuntiatione dulcior[8] inveniri potest? quod carmen artificiosa verborum conclusione aptius? qui actor in imitanda, quam orator in suscipienda veritate[q] jucundior? Quid autem subtilius, quam acutæ crebræque sententiæ? quid admirabilius, quam res splendore illustrata verborum? quid plenius,[r] quam omni rerum genere cumulata oratio? Neque enim ulla non propria oratoris est res, quæ quidem ornate dici graviterque debeat.[9] IX. 35. Hujus est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia: ejusdem et languentis populi incitatio, et effrænati moderatio. Eadem facultate et fraus hominum ad perniciem, et integritas ad salutem vocatur. Quis cohortari ad virtutem ardentius, quis a vitiis acrius revocare, quis vituperare improbos

[o] *Non refert nunc id possim necne.*
[p] *Sententiarum verborumque dignitate gravis.*
[q] *In tractandis veris causis.* [r] *Perfectius.*

verba, *propter exercitationem aut*, desunt in Erl. 1. et Guelf. 1.—5 Erl. 1. *id possit non arte.* 'Haud ita multo post in eodem cod. *utique nam ut*, (ex compendio scribendi, reor, male intellecto, pro *utinam ut*,)... *videor videre... item nunc possum vobis exquirere.* Guelf. 2. *atque utinam, ut quænam fuerit in illa videre, &c.* Guelf. 3. *atque utinam quo nostra fiunt, ut mihi illa videre, &c.* Verba *in foro atque* omissa sunt in Guelf. 1. Schutz. bene opinatur, Ciceronem forsan scripsisse, *utinam... quemadmodum ea reperiantur, possim.*' Harl. *reperiantur* ed. s. l. et a. et Mull. *possim* Junt. Crat. Victor. Man. Mull.—6 Ernesti *profecto*, errore typogr.—7 Erl. 1. *dominantur.*—8 Erl. 1. et a m. pr. Palat. 3. *moderatæ oratione dulcior;* Palat. 5. *moderata pronunciatione dulcior;* Guelf. 1. Schutz. Orell. et Harl. *moderata orationis pronuntiatione dulcior.* Mox, *verborum confusione* Erl. 1. 'Dein in eodem *in* omissum est ante *imitanda* et *suscipienda:* tum *crebræ acutæque*, qui adjectivorum ordo pæne aptior esse videtur.' *Harl.* Paulo post, *res sp. illustratæ* Lamb.—9 Erl. 1. *debet.*

asperius, quis laudare bonos ornatius, quis cupiditatem vehementius frangere accusando potest? quis mœrorem levare mitius consolando? 36. Historia vero testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ,[1] magistra vitæ, nuntia vetustatis, qua voce alia, nisi oratoris, immortalitati commendatur? [*p.* 112.] Nam si qua est ars alia, quæ verborum, aut faciendorum,[2] aut deligendorum scientiam profiteatur: aut[3] si quisquam dicitur, nisi orator, formare orationem, eamque variare et distinguere quasi quibusdam verborum sententiarumque insignibus: aut si via ulla, nisi ab hac una arte,[4] traditur, aut argumentorum, aut sententiarum, aut denique descriptionis atque ordinis: fateamur aut hoc, quod hæc ars profiteatur, alienum esse, aut cum aliqua alia arte esse commune.[s] 37. Sed si in hac una est ea ratio atque doctrina; non, si qui aliarum artium bene locuti sunt, eo minus id est hujus unius proprium;[t] sed ut orator de iis rebus, quæ ceterarum artium sunt, si modo eas cognorit,[5] (ut heri Crassus dicebat,) optime potest dicere; sic ceterarum artium homines ornatius illa sua dicunt, si quid ab hac arte didicerunt. 38. Neque enim si de rusticis rebus[6] agricola quispiam, aut etiam id, quod multi, medicus de morbis, aut de pingendo pictor[u] aliquis

[s] *Si quæ ars alia præter artem oratoriam docet hæc omnia, dicendum sane fuerit aut hoc esse illi arti, quæ hoc doceat, alienum, et aliunde sumtum, nempe ab arte oratoria, cujus hæc propria sunt; aut certe hoc illi esse cum arte oratoria commune.*

[t] *Si ars oratoria una docet modum componendæ atque illustrandæ orationis, non idcirco minus hoc erit illius unius proprium, quod alii aliarum artium periti bene et ornate locuti sunt.*

[u] *Si agricola quispiam de sua arte ornate loquatur, non idcirco putandum est agriculturam esse ipsam artem bene dicendi: vel si pictor, &c.*

Cap. IX. 1 Ita Erl. 1. cum edd. præter Schutz. quæ habet *via memoriæ.*— 2 Verba *aut faciendorum* desunt in Erl. 1. Mox, *aut legendorum* in eodem cod.—3 Ita Joan. Bod. Mag. Harl. 1. 2. Erl. 1. cum edd. vetust. Streb. Victor. Lamb. *aut* omittunt edd. 1584. Grut. et al. ante Pearc.—4 Erl. 1. *arte pro una.* 'Postea in eodem cod. *cum alia aliqua arte ... et si* legitur; sed *alia,* quod voc. jam latet in *aliqua,* bene omisit Schutz.' *Harl. aut ei cum alia* Lamb. ap. Orell. *alia aliqua* dedit Orell. e Goerenzii cod. *aliqua alia* legitur in Junt. et al. vett.—5 Ita Junt. Crat. Victor. Man. et vulgg. *cognovit* Guelf. 1. 2. 3. Schutz. et Harl. probante Heusinger. *cognoverit* Lamb.—6 Lamb. *de rebus rusticis;* Erl. 1. *de rust. rebus .. medici ... aut si de ping.... scripserit aut dix-*

diserte dixerit, aut scripserit, idcirco illius artis putanda sit eloquentia: in qua quia vis magna est in hominum ingeniis, eo multi etiam sine doctrina aliquid omnium generum atque artium consequuntur:[v] sed, quid cujusque sit proprium, etsi ex eo judicari potest, cum videris, quid quæque doceant,[7] tamen hoc certius nihil esse potest, quam quod omnes artes aliæ sine eloquentia suum munus præstare possunt, orator sine ea nomen suum obtinere non potest:[w] ut ceteri, si diserti sint, aliquid ab hoc habeant: hic nisi domesticis se instruxerit copiis, aliunde dicendi copiam petere non possit.[x]

x. 39. Tum Catulus, Etsi, inquit, Antoni, minime impediendus est interpellatione iste cursus orationis tuæ, patiere tamen mihique ignosces. 'Non enim possum, quin exclamem,' ut ait ille in Trinummo:[g] ita mihi vim[1] oratoris tum exprimere subtiliter visus es, tum laudare copiosissime; quod quidem eloquentem vel optime facere oportet, ut eloquentiam laudet:[2] debet enim ad eam laudandam,

[v] *In qua eloquentia multi omnium generum et artium homines aliquid consequuntur, et aliquid dicendo possunt, eam ob causam quia vis magna est in hominum ingeniis, ut, sine cognitione præceptorum eloquentiæ, de suis tamen artibus eloquenter et ornate dicant.*

[w] *Quæ sit artis cujusque materia propria, ex eo quod quæque doceat, videri potest: itaque cum ars oratoria doceat hoc unum recte dicere, hoc illius unius proprium est, non aliarum.*

[x] *Aliquid ab oratore sumant: orator vero nisi ab arte sua et quasi penu domestico copiam et regulas bene dicendi sumat, eas non possit aliunde mutuari.*

erit; Schutz. *si medicus.* Pro *eo multi,* Erl. 1. habet *emolumenti.* Edd. vett. ap. Orell. *putanda est.* Dein, Clerquius conj. *in quo quia, &c.*—7 Lamb. et Man. legunt *doceat.* In Erl. 1. extat, *cum videris, quidque tamen hoc, &c.* omisso verbo *doceat:* tum, *esse nihil ... eloquentia ... obtinere suum non potest.* Guelf. 1. habet, *nomen obtinere suum non potest.*

Cap. x. 1 Edd. vett. ap. Orell. *mihi jus.* Pronomen *mihi* deest in Erl. 1. Mox, pro *tum,* edd. vett. Junt. Crat. al. ante Ernest. *cum.*—2 'Hæc verba, *ut eloquentiam laudet,* videntur e glossa nata esse.' *Pearc.* 'Mihi quidem, quod sequitur, *ad eam laudandam,* non videntur.' *Harl.* Mox, *illam ipsam*

NOTÆ

[g] *Ut ait ille in Trinummo*] Ut ait servus in comœdia Plauti, quæ Trinummus inscribitur, act. III. sc. 2. Stasimus servus ad verba Lysitelis adolescentis hunc in modum exclamat: 'Non enim possum quin exclamem, Euge! euge! Lysiteles, πάλιν Facile palmam habes, hic victus: vicit tua comœdia.'

ipsam illam adhibere, quam laudat. Sed perge porro : tibi enim assentior, vestrum esse hoc totum, diserte dicere, idque si quis in alia arte faciat, eum assumto aliunde uti bono, non proprio, nec suo. 40. Et Crassus,[3] Nox te, inquit, nobis, Antoni, expolivit, hominemque reddidit :[y] nam hesterno sermone, unius cujusdam operis, ut ait Cæcilius,[h] remigem aliquem, aut bajulum,[z] nobis oratorem descripseras, inopem quendam[4] humanitatis atque inurbanum. Tum Antonius, Heri enim, inquit,[5] hoc mihi proposueram, ut, si te refellissem, hos a te discipulos abducerem : nunc, Catulo audiente et Cæsare, videor, debere non tam pugnare tecum, quam, quid ipse sentiam, dicere.[a]

41. Sequitur igitur, quoniam nobis est hic, de quo loquimur, in foro atque in oculis civium constituendus,[b] ut videamus, quid ei negotii demus, cuique eum muneri velimus esse præpositum. Nam Crassus heri, cum vos, Catule et

[y] *Humaniorem effecit.*

[z] *Operarium quendam et mercenarium faciebas oratorem, qui opus faceret, non secus ac remiges et bajuli faciunt.*

[a] *Volebam scilicet heri te refellere ut a te Scævolum Cottamque abducerem : id joco dictum : nunc dicam quod sentio.*

[b] *Quoniam agimus præcipue de illa parte artis oratoriæ quæ in foro judiciisque versatur.*

codd. aliquot ap. Orell.—3 *At Crassus* Lips. Mox, edd. W. s. l. et a. item Lips. *unius cujusque operis.*—4 ' Ernesti susp. *quidem.* E marg. cod. Guelf. (a manu recentiori, forsitan ex Ern.) sic dedit Schutz. Neque tamen *quendam* h. l. offendere debet post *aliquem.* Ceterum Jacobsio suspectum erat totum istud membrum *inopem . . . inurbanum,* haud improbante Schutz. Defendit Censor Jenensis. Mihi quoque ab ipso scriptore profectum videtur, comica illa *remigem . . . bajulum* pedestrem ad sermonem propius adjuncto.' *Orell.* Pro v. *inurbanum,* codd. Lamb. habent *urbanum;* unde is fecit *urbanitatis.* Erl. 1. etiam *inurbanum.*—5 Verbum *inquit* deest in Erl. 1. Mox, *abs te* edd.

NOTÆ

[h] *Cæcilius*] Natione Insuber Gallus, professione comicus poëta, quod servus fuisset, servile nomen habuit Statius, ut notat Gellius IV. 20. Vixit Romæ, et comœdiæ princeps habitus est ætate sua. Eum licet dicat Cicero malum Latinitatis auctorem, tamen ei primas inter comicos tribuit Volcatius Sedigitus, quod refert Gellius XV. 24. Ipse Tullius de Opt. Gen. Orat. § 2. videtur ipsi primum inter comicos locum dare. Sane apud Nonium in verbo 'Poscere' Varro principatum in argumentis Cæcilio dedit : 'In argumentis Cæcilius poscit palmam, in ἤθεσιν Terentius, in sermonibus Plautus.' Claruit Cæcilius A. U. C. 577. ante Chr. 177.

Cæsar, non adessetis, posuit breviter in artis distributione idem, quod Græci plerique posuerunt: neque sane quid ipse sentiret, sed quid ab illis diceretur, ostendit: duo prima genera quæstionum esse, in quibus eloquentia versaretur, unum infinitum, alterum certum. 42. Infinitum mihi videbatur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo: Expetendane esset eloquentia? expetendine honores? certum autem, in quo quid in personis, et in constituta re et definita quæreretur: cujusmodi sunt,[6] quæ in foro, atque in civium causis disceptationibusque versantur. 43. Ea mihi videntur[i] aut in lite ordinanda,[7] aut in consilio dando esse posita: nam illud tertium, quod et a Crasso tactum[8] est, et, ut audio, ille ipse Aristoteles, qui hæc maxime illustravit, adjunxit, etiamsi opus est, tamen minus est necessarium. Quidnam? inquit Catulus, an laudationes? id enim video poni genus tertium. XI. 44. Ita, inquit Antonius; et in eo quidem genere scio et me, et omnes, qui affuerunt, delectatos esse vehementer, cum abs te est Popilia,[1] mater vestra, laudata: cui primum mulieri[j] hunc honorem in nostra civitate tributum puto: sed non omnia,

vett. Schutz. et Orell. Paulo post, *quam quod ipse* Lamb.—6 Mull. *ejusmodi sunt.*—7 Schutz. et Orell. e Gulielmii conj. *oranda;* tres codd. ap. Grut. et Erl. 1. *ornanda;* Junt. Lips. Lamb. Grut. al. *ordinanda.*—8 Erl. 1. *tractatum.* Mox, idem codex *ille Aristoteles*, omisso *ipse.*

NOTÆ

[i] *Ea mihi videntur*] Antonius quæstiones sive materiam oratori propositam revocat ad deliberationes et ad judicia, quia hæc plerumque ab eo tractantur; et si quando versetur in exornativo genere, vel ad defensionem vel ad suasionem laudatio, vituperatio ad accusationem aut dissuasionem referri facile potest: v. g. in oratione pro Lege Manilia in laudes Pompeii Tullius excurrit, ut suadeat eum deligendum imperatorem contra Mithridatem: secunda Philippica invehitur in Antonium, ut tanquam hostis reip. condemnetur, quod spectat genus judiciale.

[j] *Cui primum mulieri*] Popilia si matronarum prima publice post mortem laudata est, erravit Plutarchus in vita Camilli, qui diu ante Popiliam funebris orationis honorem matronis concessum refert, propterea quod ornamenta sua ad persolvendum Apollini votum contulissent: nisi forte tanto post id senatusconsultum tempore nulla sit laudata; quod vix credibile est. *Strebæus.*

quæcumque loquimur, mihi videntur ad artem et ad præcepta[2] esse revocanda. 45. Ex his enim fontibus, unde omnia ornate dicendi præcepta sumuntur,[3] licebit etiam laudationem ornare, neque illa elementa[c] desiderare: quæ ut nemo tradat, quis est, qui nesciat, quæ sint in homine laudanda? Positis enim iis rebus,[4] quas Crassus in illius orationis suæ, quam contra collegam[k] censor habuit, principio dixit, 'Quæ natura, aut fortuna darentur hominibus, in iis rebus se vinci posse animo æquo pati: quæ ipsi sibi homines parare possent,[d] in iis rebus se pati vinci non posse:' qui laudabit quempiam, intelliget, exponenda[5] sibi esse fortunæ bona. 46. Ea sunt, generis, pecuniæ, propinquorum, amicorum, opum, valetudinis, formæ, virium, ingenii, ceterarumque rerum, quæ sunt aut corporis, aut extraneæ: si habuerit, bene his usum:[6] si non habuerit, sapienter caruisse: si amiserit, moderate tulisse. Deinde, quid sapienter is, quem laudet, quid liberaliter, quid fortiter, quid juste, quid magnifice, quid pie,[7] quid grate, quid humaniter, quid denique cum aliqua virtute aut fecerit, aut tulerit. Hæc, et quæ sint[8] ejus generis, facile

[c] *Præcepta rudia et trita quæ ad laudationes pertinent.*

[d] *Si enim statuamus res duplicis generis spectandas esse, alias quæ natura vel fortuna dentur hominibus, alias quas sibi homines comparare possunt, ut Crassus dixit, &c.*

CAP. XI. 1 *Popillia* Man. Lamb.—2 Lamb. *et præcepta*, omissa præpositione *ad*.—3 Mull. et Orell. *omnia ornamenta dicendi sumuntur;* Schutz. et Harl. *ad omnia ornamenta d. p. sumuntur;* Erl. 1. *et omnia ornamenta, &c.* Junt. et al. vett. *omnia ornate, &c.* Voc. *præcepta* Mullero visum est glossema verbi *elementa*. Pro *sumuntur*, codd. aliquot ap. Orell. *sumentur*.—4 *Possit enim in rebus* Erl. 1. Mox, concinnius legitur in Erl. 1. et Guelf. 1. *se pati non posse vinci.* Schutz. e codd. Guelf. 2. 3. probante Heusinger. rescripsit, *se vinci pati non posse.* Dein *intelligit* Guelf. 2.—5 Schutz. conj. *primum exponenda.* Mox, *esse naturæ et fortunæ* Lamb.—6 Erl. 1. *et ceterarum ... bene rebus iis usum.* Mox, pro *sapienter*, Lamb. conj. *patienter*, invitis codd. 'Non improbabilis est hæc lectio, cum mox recurrat *sapienter*.' Orell.—7 Hæc verba, *quid magnifice, quid pie*, omissa sunt in Erl. 1.—8 Ita Erl. 1. *et quæ sunt*

NOTÆ

[k] *Contra collegam*] Cn. Domitium Ahenobarbum Neronis imperatoris atavum, de quo dicebatur non esse mirandum quod barbam haberet aheneam, cui os ferreum et cor plumbeum esset. Censor fuit A. U. C. 662. ante Chr. 92. Cum L. Crasso graves exercuit inimicitias. Vide Plin. XVII. 1. et Val. Max. IX. 1.

videbit, qui volet laudare quempiam: et qui vituperare, contraria. 47. Cur igitur dubitas, inquit Catulus, facere hoc tertium genus,[e] quoniam inest in ratione[9] rerum?[f] non enim, si est facilius, eo de numero quoque est excerpendum. Quia nolo, inquit, omnia, quæ cadunt aliquando in oratorem,[10] quamvis exigua sint, ea sic tractare, quasi nihil possit dici sine præceptis suis.[g] 48. [*p.* 113.] Nam et[11] testimonium sæpe dicendum est,[h] ac nonnunquam etiam accuratius, ut mihi necesse fuit in Sex. Titium,[1] seditiosum civem et turbulentum: explicavi in eo testimonio dicendo, omnia consilia consulatus mei,[12] quibus illi tribuno plebis pro republica restitissem, quæque ab eo contra rempublicam facta arbitrarer, exposui: diu retentus sum; multa audivi,[i] multa respondi. Num igitur placet, cum de eloquentia præcipias, aliquid etiam de testimoniis dicendis, quasi in arte tradere? XII. 49. Nihil sane, inquit Catulus, necesse est. Quid si (quod sæpe summis viris accidit) mandata sint exponenda,[m] aut in senatu ab imperatore,[1] aut ad imperatorem, aut ad regem, aut ad populum aliquem a senatu? num quia genere orationis in hujusmodi[2] causis accuratiore est utendum, idcirco pars etiam hæc causarum numeranda videtur, aut propriis præceptis instruenda? Minime vero, inquit Catulus:[3] non enim deerit

[e] *Nempe exornativum.*
[f] *Quoniam est in ordine trium dicendi generum.*
[g] *Quæ ab oratore dici et tractari possunt aliquando, de iis nolo ita dicere, quasi sine oratoriis præceptis tractari non possint.*
[h] *Ab oratore confirmandum vel infirmandum.*
[i] *Ab accusatore.*

Guelf. 2. 3. Lamb. Schutz. et Harl.—9 Erl. 1. *qm̃ est in ratione.* Mox, pro *eo*, Orell. conj. *ideo.*—10 Lamb. conj. *in orationem.* Mox, *egregia sint* conj. Riccobon. et sic edidit Lallem.—11 *Nam etiam* Schutz. et mox delet *etiam.* —12 Lamb. *omnia consulatus mei consilia.*

NOTÆ

[1] *Sex. Titium*] Hic tribunus plebis fuit A. U. C. 655. ante Chr. 99. cum agraria lege lata plebem sibi vellet demereri, consulem Antonium, qui hic loquitur, acrem habuit adversarium. *Julius Obsequens.*

[m] *Mandata sint exponenda*] Ut fit in legationibus, in quibus obeundis plurimum ingenii et eloquentiæ requiritur.

homini diserto in ejusmodi rebus facultas, ex ceteris rebus et causis comparata. 50. Ergo item,[4] inquit, illa, quæ sæpe diserte agenda sunt, et quæ ego paulo ante (cum eloquentiam laudarem) dixi oratoris esse, neque habent suum locum ullum in divisione partium, neque certum præceptorum genus, et agenda sunt non minus diserte, quam quæ in lite dicuntur, objurgatio, cohortatio, consolatio:[5] quorum nihil est, quod non summa dicendi ornamenta desideret: sed ex artificio res istæ præcepta non quærunt.[j] Plane, inquit Catulus, assentior.

51. Age vero, inquit Antonius, qualis oratoris, et quanti hominis in dicendo, putas esse, historiam scribere? Si, ut Græci scripserunt, summi,[k] inquit Catulus: si ut nostri,[6] nihil opus est oratore: satis est, non esse mendacem. Atqui, ne nostros contemnas, inquit Antonius, Græci quoque sic[7] initio scriptitarunt, ut noster Cato,[n] ut Pictor,[o] ut Piso.[p] 52. Erat enim historia nihil aliud, nisi annalium

Non debet ars oratoria istis rebus propria præcepta ponere, siquidem sufficiunt communia.

[k] *Si ita scribatur historia, uti eam scripsere Græci, summum oratorem desiderat; est enim ab illis ornate scripta.*

Cap. xii. 1 Steph. et Lamb. *aut ab imperatore.*—2 Erl. 1. *ejusmodi.* Mox, idem codex et Lamb. *etiam pars.*—3 *Minime, inquit Catulus* Erl. 1. Mox, ab cod. absunt *facultas ex ceteris rebus.*—4 *Ergo enim* Guelf. 3. Mox, *diserta aguntur* Erl. 1.—5 'In Erl. 1. est lacuna usque ad § 60. sed suppleta est post medium volumen.' *Harl.*—6 *Sicuti Gr.... sicut nostri* edd. vett. et 1584.—7 *Græci quoque ipsi sic* Guelf. 3. alii codd. cum edd. Steph. Lamb. Mull. et

NOTÆ

[n] *Ut noster Cato*] De quo Cicero fuse in Bruto.

[o] *Ut Pictor*] Fabii clarissima gens, teste Plinio xxxv. 4. Pictorum nomen ex eo traxerunt, quod princeps ejus cognominis ipse ædem Salutis pinxit A. U. C. 450. ante Chr. 304. Ex Fabiis Pictoribus alius ædem Salutis pinxit, alius consulatum gessit cum Ogulnio, alius jurisconsultus, alius, de quo jam agimus, historicus fuit, si Livio credimus, 'scriptorum antiquissimus,' cui prænomen erat Quintus, ut ex Appiano recte colligit Vossius. In Romanos plus æquo propensus in describendo bello Punico Carthaginiensium gloriam sæpe deterit. In quo reprehenditur a Polybio. Floruit A. U. C. 530. ante Chr. 224.

[p] *Piso*] L. Piso 'vir tanta virtute atque integritate fuit,' teste Tullio, 'ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur.' Consul fuit A. U. C. 621.

confectio:[q] cujus rei, memoriæque publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium,[8 r] pontificem maximum, res omnes singulorum annorum mandabat literis pontifex maximus, efferebatque in album,[9] et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi; ii, qui etiam nunc annales maximi nominantur.[l] 53. Hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt, qui sine ullis ornamentis monumenta solum temporum, hominum, locorum, gestarumque rerum reliquerunt. Itaque qualis apud Græcos Pherecydes,[s] Hellanicus,[t] Acusilas[10 u]

[l] *In librum, in tabulam, ut ex ea populus posset historiam cognoscere; quæ tabulæ appellantur etiam nunc annales maximi.*

Orell. *Græci ipsi sic* Guelf. 2. Junt. Crat. Victor. Schutz.—8 *P. montium* Erl. 1.—9 Schutz. Wetzel. Harl. Mull. et Orell. e conjectura Lambini *referebatque in album.* Mox, *cognoscendi; hique etiam, &c.* edd. s. l. et a. Lips. Venet. Mediol. Lamb. Pearc. Lallem. *iique etiam* Man. *ii, qui etiam* Erl. *hi qui etiam* W.—10 Steph. et Lamb. *Acusilaus.* Mox, *ornetur oratio... huic ista.* Lamb.

NOTÆ

ante Chr. 133. Orationes reliquit et annales, ut quidem refert Cicero, sane exiliter scriptos, quos tamen simplicissima fuisse suavitate Gellius tradit l. XI. c. 14.

[q] *Annalium confectio*] Sempronius Asellio apud Gellium V. 18. hoc statuit annales inter et historiam discrimen: quod annales tantummodo quid factum, quoque anno gestum sit aliquid exponant; historia vero non modo quid factum sit demonstret, verum etiam et rerum causas et hominum consilia explicet.

[r] *P. Mucium*] Non eum quo præceptore usus est in jure civili Cicero, nam is est Q. Mucius et ipse pontifex maximus; sed hujus patrem P. Mucium qui consul fuit A. U. C. 621. ante Chr. 133.

[s] *Pherecydes*] Atheniensis historicus, alius a Pherecyde Syrio antiquiore, physico, et theologo, historiam primus oratione numeris soluta scripsit Darii Hystaspis filii temporibus, adeoque floruit circa Olymp. LXVIII. annis ante Chr. 508. Eusebium et Suidam, qui duos agnoscant Pherecydas historicos, graviter errare observavit Scaliger, et recte probat Vossius de Historicis Græcis IV. 4.

[t] *Hellanicus*] Hellanici duo sunt: alter Mitylenæus, sive Lesbius, scripsit de antiquissimis gentium principibus, et alia quamplurima: Herodotum annis duodecim præcessit, ut ex Pamphila refert Gellius XV. 23. adeoque natus est anno I. Olymp. LXXI. ante Chr. 496. nec nisi octoginta quinque post annis obiit, ut testatur Lucianus in Macrobiis. Alter Milesius fuit. De utroque suo more Vossius erudite disserit.

[u] *Acusilas*] Argivus historicus quæ vincta numeris oratione Hesiodus, eadem soluta scripsit, aut potius hujus carmina pedestrem in sermonem transtulit, et tanquam sua edidit, ut docet Clemens Alexandrinus l. VI. Strom. Paulo ante Persarum in Græcos expeditionem, hoc est, Olymp

fuit, aliique permulti; talis noster Cato, et Pictor, et Piso, qui neque tenent, quibus rebus ornatur oratio, modo enim huc ista sunt importata,[m] et, dum intelligatur, quid dicant, unam dicendi laudem putant esse brevitatem. 54. Paululum se erexit, et addidit historiæ majorem sonum vocis [n] [11] vir optimus, Crassi familiaris, Antipater: [v] ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt. XIII. Est, inquit Catulus, ut dicis: sed iste ipse Cœlius neque distinxit historiam varietate locorum; [1] neque verborum collocatione, et tractu orationis leni et æquabili perpolivit illud opus; sed ut homo neque doctus, neque maxime aptus ad dicendum, sicut potuit, dolavit: vicit tamen, ut dicis, superiores. 55. Minime mirum, inquit Antonius, si ista res adhuc nostra lingua illustrata non est. Nemo enim studet eloquentiæ nostrorum hominum, nisi ut in causis [2] atque in foro eluceat: apud Græcos autem eloquentissimi homines, remoti a causis forensibus, cum ad ceteras res illustres, tum ad scribendam historiam maxime se applicaverunt. Namque et Herodotum [w] illum, qui princeps genus hoc ornavit,[o] in causis nihil omnino [3] versatum esse accepimus: atqui tanta est eloquentia, ut me quidem, quantum ego Græce scripta intelligere possum, magnopere delectet.

[m] *Non ita pridem hæc orationis ornamenta a Græcis didicimus.*
[n] *Historiam velut jacentem humi extulit, et oratione grandiori scripsit.*
[o] *Qui primus historiam ornate scripsit.*

etiam *ornetur*.—11 ' Nomen *vocis*, quod glossatori deberi videtur, uncis inclusi. Schutz. vero plane delevit.' *Harl.*

CAP. XIII. 1 Pro *locorum*, Ernestius conj. *rerum;* Schutz. e Jacobsii conjectura edidit *colorum*. Mox, *levi et æquali* Erl. 1. Dein, *illud opus perpolivit* Lamb.—2 Erl. 1. *nisi ut causis*. Paulo post, *ad historiam scribendam* in

NOTÆ.

circiter LXXII. annis ante Chr. 530. vixisse tradit Josephus l. I. contra Apionem.

[v] *Antipater*] L. Cœlius Antipater belli Punici historiam edidit, ut ait Tullius in Oratore, et L. Crassi, qui in his dialogis primas tenet, magister fuit, ut idem refert in Bruto, quem consule ad § 102.

[w] *Herodotum*] Herodotus patria Halicarnasseus, ut ipse testatur, Thurius deinde appellatus, quod, ut ait Strabo, socium se deducendæ in Thurios coloniæ præbuisset. Historiæ pater floruit Olymp. LXXXIV. annis ante Chr. 444.

56. Et post illum Thucydides[x] omnes dicendi artificio, mea sententia, facile vicit:[4] qui ita creber est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur: ita porro verbis aptus, et pressus, ut nescias, utrum res oratione, an verba sententiis illustrentur. Atqui ne hunc quidem, quanquam est in republica versatus, ex numero accepimus eorum, qui causas dictitarunt:[5] et hos libros tum scripsisse dicitur, cum a republica remotus, atque, id quod optimo cuique Athenis accidere solitum est, in exilium pulsus esset. 57. Hunc consecutus est Syracusius Philistus,[y] qui, cum Dionysii tyranni familiarissimus esset, otium suum consumsit in historia scribenda,[6] maximeque Thucydidem est, sicut mihi videtur, imitatus. Postea vero, quasi ex clarissima rhetoris officina,[p] [7] duo præstantes ingenio, Theopompus[z] et Ephorus,[a] ab Iso-

[p] *E schola Isocratis.*

eodem cod.—3 Idem codex *nihilo minus.* Mox, *quidem* delet Steph.—4 Idem Steph. *facile vincit.* Mox, *sent. numero fuisse* Lamb. *numerum sententiarum prope* Erl. Deinde, *verbis est aptus* in eodem codice.—5 Erl. 1. *dictitaſ.* i. e. *dictitarunt*, vel *dictitarent.*—6 Edd. vett. ap. Orell. *consumpsit scribendo.*—7 Ita codd. plerique, cum edd. Crat. Junt. Grut. et recentt. *Postea quasi ex cl. rh. officina* Lamb. *ex cl. quasi rhet. officina* Harl. 1. Erl. 1. cum edd. Mull. et Harl. *ex cl. rh. quasi officina* Ellendt ad Brut. p. 38. Hæc omnia, *quasi ex cl. rh. officina*, delevit Schutz. de Ruhnkenii conj. Hist. Or. Græc. p. 87.

NOTÆ

[x] *Thucydides*] Is fuit Olori filius, qui ad bellum Peloponnesiacum scribendum excitatus est, cum Herodotum libros suos recitantem audiisset. Claruit Olymp. LXXXVII. annis ante Chr. 430. 'Densus,' inquit Quintilian. X. 1. 'et brevis et semper instans sibi Thucydides; dulcis et candidus et fusus Herodotus; ille concitatis, hic remissis affectibus melior; ille concionibus, hic sermonibus; ille vi, hic voluptate.' Eum tamen interdum tam obscurum esse, ut vix intelligatur, Cicero fatetur in Bruto.

[y] *Philistus*] Patria Syracusius 'pæne pusillus Thucydides' a Cic. Ep. ad Q. Fratr. II. appellatus; quia, ut notat Fabius X. 1. erat 'imitator Thucydidis, et, ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior.' Obiit Olymp. CVI. annis ante Chr. 356. Cum pro Dionysio juniore in prælio navali pugnaret, victus violentas sibi manus attulit, ut narrat Diodorus Siculus.

[z] *Theopompus*] Chius, clarissimus, Dionysio Halicarnasseo teste, omnium Isocratis discipulorum. Auctor est Suidas eum historiarum Herodoti epitomen scripsisse. Refert Josephus Theopompum, cum vellet ex sacris codicibus quædam in suas historias transferre, mente turbatum fuisse; cumque in somno didicisset id accidisse, quod evulgare divina tentas-

crate magistro impulsi, se ad historiam contulerunt: causas omnino nunquam attigerunt. XIV. 58. Denique etiam a philosophia profectus princeps Xenophon,[b] Socraticus ille;[q] post ab Aristotele[r] Callisthenes,[c] comes Alexandri, scripsit historiam: et hic quidem[1] rhetorico pæne more: ille autem superior, leniore quodam sono est usus, et qui illum impetum oratoris non habeat; vehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen est, ut mihi quidem videtur, dulcior. Minimus natu horum omnium Timæus,[d] quantum

[q] *Discipulus Socratis.* [r] *Discipulus Aristotelis.*

CAP. XIV. 1 Erl. 1. *et his quidem*, et pro var. lect. *is*. Mox, idem codex, *leviore quodam . . . impetum illum . . . non habeant*. Paulo post, verbum *est*

NOTÆ

set, ab incepto destitisse, pristinæque sanitati esse restitutum. Vixit annis ante Christum circiter 360.

[a] *Ephorus*] Patria Cumæus, quem dicit Seneca sæpe decipi, sæpe decipere. Memoriæ prodidit Diodorus Siculus eum res a Græcis et Barbaris ab Heraclidarum reditu pæne per 750. annos gestas, et in triginta volumina distributas scripsisse. Discipulus Isocratis fuit, ac floruit Olymp. CIX. annis ante Chr. 344.

[b] *Xenophon*] Atheniensis, Socratis primum auditor, tum dux in bello præclare factis ita summi imperatoris famam adeptus est, ut privatis subinde studiis eloquentiæ palmam multis præripuerit. Refert Suidas datum ei nomen Atticæ Musæ, vel apis Atticæ, quod, ut ait Tullius, ejus oratio sit melle dulcior. Maxime floruit, teste Laërtio, Olymp. XCIV. anno 4. nempe ante Chr. 401. Nonagenario major apud Corinthum obiit, anno 1. Olymp. CV. ante Chr. 360.

[c] *Callisthenes*] Olynthius, Aristotelis non modo discipulus, verum etiam consobrinus, ut narrat Laërtius, tantæ fuit arrogantiæ, ut scripta sua factis Alexandri Magni superiora esse prædicaret. Odiosus Alexandro, quod divinos ipsi decerni honores dissuasisset, minimeque aulæ et assentantium accommodatus ingenio, initæ in caput regis conjurationis falso suspectus, ante tortus interiit Olymp. CXIII. anno 2. ante Chr. 327. 'Nullius cædes,' inquit Curtius l. VIII. 'majorem apud Græcos Alexandro excitavit invidiam, quam quod præditum optimis moribus artibusque, a quo revocatus ad vitam erat, cum interfecto Clyto mori perseveraret, non tantum occideret, sed etiam torserit, indicta quidem causa.' Arrianus, Plutarchus, &c.

[d] *Timæus*] Tauromenii in Sicilia natus, trecentis circiter ante Christi ortum annis floruit, regnante Agathocle, cui ob indictum exilium ulciscendi studio fuit præter modum infensus, adeo ut in hujus principis rebus nullam, auctore Suida, fidem mereatur. Varia fuit de ipso veterum sententia. Hic eximie laudatur a Cicerone. Eum alii censent nullo delectu quidlibet in suas historias infersisse, Hesychiusque et Suidas eum γραοσυλλέκτριαν *anum collectricem* ap-

autem judicare possum, longe eruditissimus, et rerum copia et sententiarum varietate abundantissimus,[2] et ipsa compositione verborum non impolitus, magnam eloquentiam ad scribendum attulit, sed nullum usum forensem.

59. Hæc cum ille dixisset, Quid est, inquit, Catule, Cæsar? ubi sunt, qui Antonium Græce negant scire? quot historicos nominavit! quam scienter! quam proprie de unoquoque dixit![s] Id mehercule, inquit Catulus, admirans, illud jam mirari desino, quod multo magis ante mirabar, hunc, cum hæc nesciret, in dicendo posse tantum. [*p.* 114.] Atqui, Catule, inquit Antonius, non ego utilitatem aliquam ad dicendum aucupans,[t] horum libros, et nonnullos alios, sed delectationis causa, cum est otium, legere soleo. 60. Quid ergo est? fatebor:[3] aliquid tamen: ut, cum in sole ambulem, etiamsi aliam ob causam ambulem, fieri natura tamen, ut colorer; sic, cum istos libros ad Misenum[u e] (nam Romæ vix licet) studiosius legerim,[4] sentio orationem meam illorum tactu[v] quasi colorari. Sed ne latius hoc vobis patere videatur,[w] hæc duntaxat in Græcis intelligo, quæ ipsi, qui scripserunt, voluerunt a vulgo[5]

[s] *Quam eleganter dixit quæ propria cujusque virtus in scribendo foret!*
[t] *Quærens.* [u] *In villa mea, quæ est prope Misenum.*
[v] *Illorum oratione suavi.*
[w] *Sed ne me literarum Græcarum putetis esse peritiorem, quam sim.*

omissum in aliquot codd. ap. Orell.—2 Totus hic locus, *et rerum c. et s. v. abundantissimus*, abest a cod. Erl. 1. Mox, idem codex habet, *verb. non incompositus, magnam, &c.*—3 Lamb. *fateor.* Edd. W. s. l. et a. Lips. Pearc. *fatebor aliquid, &c.* Pearc. in ed. 5. *Quid ergo? Est, fateor, aliquid, &c.*—4 'Erl. 1. *legero;* minus recte.' *Harl.* Mox, idem codex *illorum tactu orationem meam;* unde Ernestius *tactu* restituit pro vulg. *cantu.* 'In margine exempli mei Lamb. 1566. vir doctus ascripsit, 'alias *statu;* alias *tactu.*'' Orell. *cantu* legitur in Guelf. 2. 3.—5 Erl. 1. *voluerunt vulgo.* Post verbum *intelligi* pergit Erl. 2. post lacunam. Vid. supra ad I. 43. Mox, pro

NOTÆ

pellatum fuisse referunt. Longinus lib. περὶ Ὕψους Timæum dicit sæpe frigidum et ad puerilia delabi. Ait Diodorus Siculus propter intempestivas reprehensiones nuncupatum esse ἐπιτίμαιον, id est, *reprehensorem.* Annos 96. vixit, teste Luciano in Macrobiis.

[e] *Misenum*] Misenus mons Campaniæ: vulgo *Miseno.* Misenum oppidum vocant Josephus et Orosius: a Miseno qui Ænean in Italiam secutus erat, nomen accepit. Virgil. Æn. VI.

intelligi: 61. in philosophos vestros si quando incidi, deceptus indicibus librorum, quod sunt fere inscripti de rebus notis et illustribus, de virtute, de justitia,[6] de honestate, de voluptate, verbum prorsus nullum intelligo: ita sunt angustis et concisis disputationibus illigati! Poëtas omnino, quasi alia[7] quadam lingua[f] locutos, non conor attingere: cum his[8] me (ut dixi) oblecto, qui res gestas, aut qui orationes scripserunt suas, aut qui ita loquuntur, ut videantur voluisse nobis, qui non sumus eruditissimi, esse familiares. XV. 62. Sed illuc redeo.[x] Videtisne, quantum munus sit oratoris historia? haud scio, an flumine orationis, et varietate maximum:[y] neque tamen[1] eam reperio usquam separatim instructam rhetorum præceptis: sita sunt enim ante oculos. Nam quis nescit, primam esse historiæ legem,[g] ne quid falsi dicere audeat? deinde ne quid veri[2] non audeat?[z h] ne qua suspicio[a]

[x] *Unde digressus sum; nempe aio nulla esse præcepta in rhetoricis propria historiæ.*
[y] *Fortasse copia et dignitate orationis maximum.*
[z] *Ne quid, quod verum sit, non audeat dicere.*
[a] *Propensionis erga partem alteram.*

vestros, Mannt. legit *vero*.—6 Ita Junt. Man. Lamb. et recentt. *de industria* codd. aliquot ap. Orell. et Crat. Mox, pro *concisis*, Erl. 1. habet *longis*.—7 Junt. et Lamb. *quasi aliena*. Mox, *cogor* in Erl. 1. pro *conor*.—8 *Cum iis* Man. Mox, *aut orationes*, omisso *qui*, Steph. et Lamb. Deinde, *voluisse esse .... eruditissimi, familiares* plerique codd. edd. vett. Junt. Lamb. Grut. Verburg. Pearc. *prudentissimi familiares* Erl. 1. et Guelf. 1. Alii omittunt *esse*.

CAP. XV. 1 'Ab cod. Erl. 1. Guelf. 2. 3. male abest *tamen*. Mox, pro vero vocab. *usquam* habet idem cod. Erl. 1. *unquam*.' Harl.—2 Ita Joan. Gonv. Bal. Bod. Harl. 1. 2. cum plerisque edd. vett. *ne quid vere* ed. 1584. et Grut. *ne quid veri tacere audeat* ed. Lips. Mox, *indicendo scribendo*, *neque*

NOTÆ

[f] *Quasi alia quadam lingua*] Poëtarum enim sermo ab oratione numeris soluta remotior est; maxime Græcorum, qui dialectos suas amant, verbis insuitatis gaudent, &c.

[g] *Primam esse historiæ legem*] Perstringit hic historiæ leges, quarum prima est veritas, quæ vel visu vel ex multorum simili relatione exploratur. Adversus hanc legem graviter peccarunt Herodotus, Theopompus, et alii præcipue Græci, quorum in historiis plerumque reperitur similis poëticæ licentia. Ut nemo miretur Juvenalem scripsisse Sat. I. 'Et quicquid Græcia mendax Audet in historia.'

[h] *Ne quid veri non audeat*] Veritati dicendi libertatem adjungat historicus: ab omni affectu liber nec inimi-

gratiæ sit in scribendo? ne qua simultatis? 63. Hæc scilicet fundamenta nota sunt omnibus. Ipsa autem exædificatio[b] posita est in rebus, et verbis. Rerum ratio ordinem temporum[i] desiderat, regionum descriptionem:[3] vult etiam, quoniam in rebus magnis[j] memoriaque dignis consilia primum, deinde acta, postea eventus expectantur, et de consiliis significari quid scriptor probet, et in rebus gestis declarari, non solum quid actum[4] aut dictum sit, sed etiam quomodo: et cum de eventu dicatur, ut causæ explicentur omnes, vel casus, vel sapientiæ, vel temeritatis:[c] hominumque ipsorum non solum res gestæ, sed etiam, qui fama ac nomine excellant, de cujusque vita, atque natura. 64. Verborum autem ratio, et genus orationis, fusum atque tractum,[d] et cum lenitate[5] quadam æquabili profluens,

[b] *Structura historiæ.*
[c] *Ut explicentur causæ cur res facta sit, alias casu et fortuito, alias sapienter, aut temere.* [d] *Numerosum et cohærens.*

simult. Erl. 1. et tum *nota sunt hominibus;* secunda vero manus correxit.—3 Erl. 1. *descriptionum;* et mox in eodem, *quod tamen in reb. mag. memoria digna;* Steph. *quod in rebus.* Dein *post eventus* Lamb. *expectentur* Erl. 1.—4 Ed. s. l. et a. *quid factum,* improbante Mull. *excellat* edd. vett. Venet. Mediol. et Lamb. Mox, Schutz. delevit particula *de,* e conjectura Purgoldi. Deinde *qui fama non solum* Erl. 1. 'Sed vocc. *non solum* a librario ex antecedentibus per incuriam repetita sunt.' *Harl. excellat* edd. vett. Lamb. Pearc.—5 Erl. 1. Guelf. 1. *levitate.* Margo Crat. et Schutz. *æquabiliter.* Mox, pro *forensium,*

NOTÆ

corum virtutes nec amicorum vitia supprimat: quod in Thucydide ac Polybio probatur. Id eleganter in libello de scribenda historia exponit Lucianus: 'Talis igitur mihi sit historicus, metus expers, muneribus incorruptus, liber, in dicendo libertatis et veritatis amicus; et, ut Comicus ille ait, ficus ficus, ligonem ligonem appellet; non odio neque amicitiæ quicquam tribuens, non parcens, aut miserescens, aut erubescens, aut exorabilis; æquus judex, benevolus omnibus, eo usque ut ne alteri tribuat plus quam par est; hospes in libris ac peregrinus, sui juris, nullius imperio subditus, non quid huic vel illi placiturum sit cogitans, sed quid actum sit exponens.'

[i] *Ordinem temporum*] Historiæ peritus scriptor et chronologiam adjungat, qua res suis consignentur temporibus, et geographiam qua describatur qua quidque regione gestum sit.

[j] *In rebus magnis*] Vix quicquam in historico vitiosius est, quam si rebus maximis leviter tactis minuta quæque persequatur; non aliter, inquit Lucianus, ac si quis Jovis Olympici majestatem nec videat, nec laudet, neque ignaris explicet; sed

sine hac judiciali asperitate, et sine sententiarum forensium aculeis persequendum est. Harum tot tantarumque rerum videtisne ulla[6] esse præcepta, quæ in artibus rhetorum reperiantur?

In eodem silentio multa alia oratorum officia jacuerunt, cohortationes, consolationes, præcepta,[7] admonita: quæ tractanda sunt omnia disertissime; sed locum suum in illis artibus, quæ traditæ sunt,[e] habent nullum. 65. Atque in hoc genere illa quoque est infinita sylva,[f] quod oratori plerique (ut etiam Crassus ostendit) duo genera ad dicendum dederunt; unum de certa definitaque causa, quales sunt, quæ in litibus, quæ in deliberationibus versantur; addat, si quis volet, etiam laudationes:[8] alterum, quod appellant omnes fere scriptores, explicat nemo, infinitam generis sine tempore, et sine persona, quæstionem. Hoc quid et quantum sit, cum dicunt, intelligere mihi non videntur. 66. Si enim est oratoris,[k] quæcumque res infinite posita sit, de ea[9] posse dicere; dicendum erit ei, quanta sit solis magnitudo,[l] quæ forma terræ: de mathematicis,

[e] *In libris rhetorum qui artem oratoriam tradunt.*

[f] *In iis rebus de quibus nulla præcepta tradita sunt, numerantur quæstiones duæ: altera definita et personis rebusque circumscripta; altera infinita: quæ duæ quæstiones infinitam rerum sylvam et copiam complectuntur.*

Erl. 1. et Guelf. 1. *forensibus*, prob. Schutz. Dein, *prosequendum* edd. vett. Junt. Crat. Victor.—6 Edd. vett. Junt. Crat. Victor. Lamb. Grut. *nulla;* Ernestius ex edd. antiquiss. et Manut. *ulla.*—7 Erl. 1. *præcepta, consolationes.* Actutum, *monita* Lamb. *aut monita* conj. Gulielm. recepit Lallem. Mox, *dissertussume . . . in his artibus* Erl. 1. *in illis partibus* Manut. probante Mull. —8 Ita duo codd. ap. Lamb. item Norf. Wag. Cant. Nov. Bod. et Mag. *laudationis* Erl. 1. edd. vett. Junt. Crat. Manut. Grut.—9 Erl. 1. *posita: sed de ea.* Mox *dicere* deest in eodem cod. Deinde idem codex habet *et quanta*

NOTÆ

subsellii rectitudinem, et crepidæ concinnitatem admiretur et studiosus exponat.

[k] *Si enim est oratoris, &c.*] In infinita causa versari non posse oratorem probat inductione plurimarum artium, quæ infinitas continent quæstiones ab usu oratorio remotissimas. Astrologia solis magnitudinem, geometria terræ figuram investigat; aliud aliæ artes inquirunt: quorum pleraque oratorie, hoc est, fuse et ornate, tractari non possunt.

[l] *Solis magnitudo*] Quanta sit solis magnitudo, quæ figura terræ, diximus in notis ad lib. I. de Invent. § 8.

de musicis rebus non poterit, quin dicat, hoc onere suscepto, recusare. Denique ei, qui profitetur[10] esse suum, non solum de iis controversiis, quæ temporibus et personis notatæ sunt, hoc est, de omnibus forensibus, sed etiam de generum infinitis quæstionibus dicere, nullum potest esse genus orationis, quod sit exceptum. XVI. 67. Sed si illam quoque partem quæstionum oratori volumus adjungere vagam, et liberam, et late patentem, ut de rebus bonis aut malis, expetendis aut fugiendis, honestis aut turpibus, utilibus aut inutilibus,[1] de virtute, de justitia, de continentia, de prudentia, de magnitudine animi, de liberalitate, de pietate, de amicitia, de fide, de officio, de ceteris virtutibus, contrariisque vitiis, dicendum oratori putemus: itemque de republica, de imperio, de re militari, de disciplina civitatis,[g] de hominum moribus: assumamus eam quoque partem, sed ita, ut sit circumscripta modicis regionibus.[h] 68. Equidem omnia, quæ pertinent ad usum civium, morem hominum, quæ versantur in consuetudine vitæ, in ratione reipublicæ, in hac societate civili, in sensu hominum communi, in natura, in moribus, comprehendenda esse oratori puto: si minus, ut separatim de his rebus philosophorum more respondeat; at certe,[2] ut in causa prudenter possit intexere: hisce autem ipsis de rebus ut ita loquatur, ut ii, qui jura, qui leges, qui civitates constituerunt, locuti sunt, simpliciter et splendide, sine ulla serie disputationum, et[3] sine jejuna concertatione verborum. 69. Hoc loco, ne qua sit admiratio, si tot tantarumque rerum nulla a me præcepta ponentur,[4] sic statuo: Ut in ceteris artibus, cum

[g] *De arte politica.*

[h] *Demus oratorem disserere de hominum moribus, non fuse et implicate ut philosophos, sed obiter et quadamtenus pro sua facultate.*

s. s. plenitudo . . . . quid dicat hoc genere suscepto.—10 Ed. s. l. et a. et Lips. *his, qui profitentur.* Mox, pro *notatæ*, quod e conj. Manut. et Lamb. receperunt Ernest. Harl. Mull. Orell. *notæ* legitur in ceteris fere edd.

CAP. XVI. 1 Erl. 1. *an inutilibus.* Mox, idem codex, *de officio, de fide . . . oratori putamus.*—2 Erl. *respondeat, certe.* Idem paulo post, *uti ei, qui, &c.* —3 Hæc verba, *sine ulla serie disputationum, et,* desunt in Erl. 1.—4 Idem

tradita sint[5] cujusque artis difficillima, reliqua, quia aut faciliora, aut similia sint, tradi non necesse esse: ut in pictura, qui hominis speciem pingere perdidicerit, posse eum cujusvis vel formæ, vel ætatis, etiamsi non didicerit, pingere; neque esse periculum,[i] qui leonem, aut taurum pingat egregie, ne idem in multis aliis quadrupedibus facere non possit: (neque est[6] omnino ars ulla, in qua omnia, quæ illa arte effici possunt, a doctore tradantur: sed qui primarum et certarum rerum genera ipsa didicerunt, reliqua non incommode persequuntur;[7]) 70. [*p.* 115.] similiter arbitror, in hac sive ratione, sive exercitatione dicendi, qui illam vim adeptus sit, ut eorum mentes, qui aut de republica, aut de ipsius rebus, aut de iis, contra quos, aut pro quibus dicat, cum aliqua statuendi potestate audiant,[k] ad suum arbitrium movere possit, hunc de toto[8] illo genere reliquarum orationum non plus quæsiturum esse, quid dicat, quam Polycletum[m] illum, cum Herculem[n] fingebat,

[i] *Neque timendum est.* [j] *Percipiunt.*
[k] *Qui judices sunt, quorum est aliquid statuere de iis rebus de quibus audiunt.*

codex *putentur.*—5 ' Longior periodus fecit et corruptelis locum et obscuritati. Itaque primum corrigenda fuit, dedimusque in principio *sint*, pro *sunt*, ex edd. vett. nostris et Pearc. et Ms. E. item ex iisdem *necesse esse*, pro *est*: atque ita hæc pars similitudinis conformatur alteri, ubi sint conjunctivi et infinitivi. Deinde hæc, *neque est omnino ars . . persequuntur*, debent in parenthesi dicta accipi, cujus signa addidimus. Ita obscuritas tolletur. Atque ita etiam non necessarium erit cum Pearcio legere *neque enim est o.* etsi est mollius.' *Ernesti.* ' Schutz. ita dedit locum, *ut in ceteris art. quum tradita sunt . . . aut similia sunt, tradi non necesse est; . . . perdidicit, potest . . . neque est periculum . . . reliqua per se non incommode.* Paulo ante in Erl. 1. a prima manu omissa fuerant *difficillima reliqua*, et scriptum, *tradi non necesse esse:* secunda tamen manus in margine scripsit correctionem. Tum legitur, *cujusque artis tradi perdidicerit.*' Harl. ' Lambinus pro *posse* et *esse* edidit *potest* et *est;* sed omnibus libris Mss. et impressis invitis. Si vero cum edd. Mediol. Venet. Ascens. Steph. Manut. et Streb. necnon codd. Cant. Mead. Wag. Harl. 1. 2. Gonv. Norf. Nov. Bal. Bod. et Joan. legas *esse*, non *est*, feliciter locum restitues.' *Pearc. neque esse periculum* Erl. 1.—6 Edd. Steph. Lamb. Pearc. et Orell. *neque enim est;* cui lectioni favent codd. Mead. et duo Guelf. Mox, *in illa arte* Lamb.—7 Man. Steph. Lamb. Schutz. *reliqua per se non incommode persequuntur;* duo Guelf. *reliqua per se persecuntur*, omissis vocc. *non incommode.* ' Plerique codd. Junt. Crat. Victor. *reliqua persequuntur*, cum lacuna.' *Orell.* Hic desinit lacuna in Erl. 2. vide supra ad cap. XII. § 50. Mox, *in hac orutione sive* Guelf. 1.—8 Schutz. conj. *hunc in toto.*

NOTÆ

[m] *Polycletum*] Sicyonium statuarium insignem, celebrem Olympiad. LXXXVII. annis ante Chr. plus minus 430.

quemadmodum pellem, aut hydram fingeret, etiamsi hæc nunquam separatim facere didicisset.

XVII. 71. Tum Catulus: Præclare mihi videris, Antoni, posuisse ante oculos, quid discere oporteret eum, qui orator esset futurus, quid etiam, si non didicisset, ex eo, quod didicisset, assumere:[1] deduxisti enim totum hominem in duo solum genera causarum, cetera innumerabilia exercitationi, et similitudini reliquisti.[l] Sed videto,[2] ne in istis duobus generibus hydra tibi sit, et pellis: Hercules autem, et alia opera majora, ne in illis rebus, quas prætermittis, relinquantur.[m] Non enim mihi minus operis[3] videtur de universis generibus rerum, quam de singulorum causis, ac multo etiam majus de natura Deorum, quam de hominum litibus dicere. 72. Non est ita, inquit Antonius: dicam enim tibi, Catule, non tam doctus, quam, id quod est majus, expertus.[n] Omnium ceterarum rerum oratio,[4] mihi crede, ludus est homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium literarum et

[l] *Reliquisti cognoscenda ex aliorum quæ didicerit similitudine.*

[m] *Cave ne ista duo genera, judiciale scilicet, et deliberativum, quæ tantum assignas oratori, sint velut hydra in Herculea statua, et pellis leonis qua Hercules tegitur, hoc est, sint opera leviora et facitiora: illa autem quæ præceptis non indigere dicis, sint Hercules, hoc est, opera majora et difficiliora.*

[n] *Dicam id quod non tam studio quam experientia didici.*

Cap. XVII. 1 Edd. ante Ernest. *etiamsi non.... assumeret.* Mox, *diduxisti* legendum censet Matthiæ Misc. Crit. I. 4. p. 681. Deinde *totum* omisit Schutz.—2 Codd. aliquot Steph. Lamb. Schutz. *vide;* unus codex ap. Orell. *video;* plerique codd. cum edd. vett. Junt. Crat. Man. Grut. *videto.* Paulo post *autem* et *ne* omittunt Steph. et Lamb. *Herculis aut alia* Guelf. 1. 2. *Herculis et alia* Guelf. 3. *majora in illis* Guelf. 1.—3 Lamb. *opus.*—4 '*Omnium ceter. r. oratio, &c.*] Tota hæc ῥῆσις est longius tracta, et obscuriuscula, per frequentiam implicatarum sententiarum: nec videntur integra esse omnia: saltem illa extrema, *Omnium sent. grav. &c.* sunt abrupta, nec satis coëunt cum præcedentibus. Vix Ciceronem hic agnoscas.' *Ernesti.* 'In cod. Erl. plures, quanquam vitiosæ, occurrunt variæ lectiones, e. g. *neque inexcita-*

NOTÆ

[n] *Herculem*] Jovis ex Alcmena filium, qui post purgatum monstris orbem, Deorum in numerum, ut fingunt poëtæ, a Jove relatus est. Inter alia fortitudinis portenta non postrema sunt illa duo quæ hic obiter indicantur: horrendum leonem in Nemea sylva occidit, detractamque pellem gestavit pro insigni: hydram colubris et capitibus pullulantem ferro et face in Lerna palude oppressit. Cum anno ætatis 52. ut scribit Eusebius, morbo pestilenti afflatus sese in rogum ardentem doloris impatiens immisisset, magnum dedit poëtarum fabulis argumentum. Ejus mortem referunt ad an. ante Chr. 1237.

politioris humanitatis experti: in causarum contentionibus magnum est quoddam opus, atque haud sciam, an de humanis operibus longe maximum: in quibus vis oratoris plerumque ab imperitis exitu et victoria judicatur; ubi adest armatus adversarius, qui sit et feriendus, et repellendus: ubi sæpe is, qui rei dominus futurus est, alienus atque iratus,[o] aut etiam amicus adversario et inimicus tibi est;[5] cum aut docendus is est, aut dedocendus, aut reprimendus, aut incitandus, aut omni ratione ad tempus, ad causam, oratione moderandus: (in quo sæpe benivolentia ad odium, odium autem ad benivolentiam deducendum est:[6]) qui tanquam machinatione[o] aliqua tum ad severitatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus. 73. Omnium sententiarum gravitate, omnium verborum ponderibus est utendum. Accedat oportet actio varia, vehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena veritatis. In his operibus si quis[p] illam artem comprehenderit, ut, tanquam Phidias,[q] Minervæ[r] sig-

[o] *Is qui de tota controversia pro arbitrio statuet, est animo infenso.*

tionem communium .... qui fit efferendus et repellend. machin. aliquantum ad seu .... et (supra scripto *est*) *contorquendus omnium sentent. grav.* Schutz. judicat, verba illa, *in quo sæpe ... deducendum est*, post *inimicus tibi est* collocanda esse, idque vel initia membrorum *ubi sæpe .. in quo sæpe* prodere. Guelf. 2. *ceterarum rerum ratio;* Guelf. 3. *ceterarum ratio.* Paulo ante, *prætermittimus* Guelf. 1. *præterimus* Guelf. 3. Denique *relinquamus* Guelf. 1.' *Harl.*—5 'Schutz. in longa nota malit locum sic constituere, *inimicus tibi est; in quo sæpe benevolentia ad odium; odium autem ad benevolentiam deducendum est; qui cum docendus aut dedocendus .... incitandus omni ratione ... ad causam est oratio moderanda; cum autem tanquam machin. ... contorquendus omni sent. grav. omnibus verborum,' &c.* Idem.—6 '*In quo sæpe beniv... deducendum est*] Hæc sunt in parenthesi capienda: nam, *qui tanquum mach.* cum superioribus nectuntur, et ad judicem pertinent. Ac nescio an sint transposita, et post *contorquendus* ponenda, ubi cum ceteris, *omnium senten-*

NOTÆ

[o] *Machinatione*] Ut tormentis machinisque bellicis quatiuntur muri, capiuntur arces, sic affectibus commotis animi expugnantur.

[p] *Si quis, &c.*] Hujus loci sententia est: Quemadmodum artifex, si quod est præcipuum ac difficillimum possit efficere, et statuam veluti ponere, de statuæ ornamentis ac levioribus operibus non laborabit; ita orator, si quod in arte sua maximum est, assecutus fuerit, reliqua facile comprehendet.

[q] *Phidias*] Celebris ebore sculpendo statuarius, præter Jovem Olympium, quem nemo æmulatur, inquit

num efficere possit; non sane, quemadmodum in clypeo idem ille artifex, minora illa opera facere discat, laborabit.

XVIII. 74. Tum Catulus: Quo ista majora ac mirabiliora fecisti, eo me major expectatio tenet, quibusnam rationibus, quibusve præceptis ea tanta vis comparetur: non quo mea quidem jam intersit, (neque enim ætas id mea desiderat, et aliud quoddam genus dicendi nos secuti sumus, qui nunquam sententias de manibus judicum vi quadam orationis extorsimus, ac potius placatis eorum animis, tantum, quantum ipsi patiebantur, accepimus,) sed tamen ista tua, nullum ad usum meum, tantum cognoscendi studio adductus requiro. 75. Nec mihi opus est Græco aliquo doctore, qui mihi pervulgata præcepta decantet, cum ipse nunquam forum, nunquam ullum judicium aspexerit: ut peripateticus ille dicitur[1] Phormio;[s] cum Hannibal[t] Carthagine expulsus Ephesum[u] ad Antiochum[v] venisset exul, proque eo, quod ejus nomen erat magna apud omnes gloria, invitatus esset[p] ab hospitibus suis, ut eum, quem dixi, si vellet, audiret; cumque se[2] non nolle dixisset;[q]

[p] *Et quia ille Phormio magna erat eruditionis gloria, invitatus esset Hannibal.*
[q] *Dixisset se libenter auditurum.*

tiarum, &c. bene coirent.' *Ernesti.* '*Non sane, &c.*] In his aliquid vitii esse, alii viderunt, tentavitque tollere Pearcius, qui mihi non satisfecit. Puto, sic esse locum constituendum, *non sane, quemadmodum, ut in clypeo idem ille artifex, minora i. o. d. laborabit.* Possis etiam *ut* ante *minora* ponere.' *Idem.* Emendationem illam, *ut in clypeo idem ille art. minora . . . laborabit*, probavit Censor in Bibl. Crit. Amstel. vol. III. part. 4. p. 3. 'Ego cum Schutzio recepi emendationem Ernesti, *quemadmodum, ut in clypeo,' &c.* Harl.

CAP. XVIII. 1 Suspectum *dicitur* Ernestio.—2 Edd. vett. Junt. Crat.

NOTÆ

Plinius XXXIV. 8. fecit et ex ebore Minervam. Floruit Olymp. LXXXIII. ante Chr. annis 448.

[r] *Minervæ*] Sive Palladis, quæ artium Dea Græce dicitur Ἀθηνᾶ.

[s] *Phormio*] Peripateticus ille philosophus qui se deridendum obtulit Hannibali, vixit Olymp. CXLV. annis ante Chr. 200.

[t] *Hannibal*] Consule notas in l. III. ad Heren. § 2.

[u] *Ephesum*] Quæ urbs est Ioniæ in Asia Minore; etiamnum appellatur *Ephèse.*

[v] *Antiochum*] Syriæ regem, qui motus ab Hannibale Romanis bellum intulit A. U. C. 562. ante Chr. 192. ac triennio post a L. Cornelio Scipione consule, ejusque fratre legato P. Cornelio Scipione Africano ingenti strage profligatus, pacem iniquis conditionibus redemit. Livius, &c.

locutus esse dicitur,[3] homo copiosus, aliquot horas de imperatoris officio, et de omni re militari. Tum, cum ceteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quærebant ab Hannibale, quidnam ipse[4] de illo philosopho judicaret. Pœnus[r][5] non optime Græce, sed tamen libere respondisse fertur, multos se deliros senes sæpe vidisse; sed qui magis, quam Phormio, deliraret, vidisse neminem. 76. Neque mehercule injuria. Quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quam Hannibali, qui tot annos de imperio cum populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, nunquam denique minimam partem ullius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? Hoc mihi facere omnes isti, qui de arte dicendi præcipiunt, videntur: quod enim ipsi experti non sunt, id docent ceteros. Sed hoc minus fortasse errant, quod non te, ut Hannibalem,[6] sed pueros, aut adolescentulos docere conantur.

XIX. 77. Erras, Catule, inquit Antonius: nam egomet in multos jam Phormiones[s] incidi. Quis enim est[1] istorum Græcorum, qui quenquam nostrum quicquam intelligere arbitretur? Ac mihi quidem non ita molesti sunt; facile omnes perpetior et perfero:[2] nam aut aliquid afferunt, quod mihi non displiceat; aut efficiunt, ut me non didicisse minus pœniteat: dimitto autem eos non tam contumeliose, quam philosophum illum Hannibal, et eo fortasse plus habeo etiam negotii:[t] sed tamen[3] est eorum doctrina, quantum ego judicare possum, perridicula. 78. Dividunt

[r] *Hannibal Carthaginiensis.* [s] *In multos similes isti Phormioni.*
[t] *Ob hanc meam humanitatem mihi sunt molestiores.*

Man. Mull. et Orell. *cumque is se.*—3 ' In Guelf. 2. abest *dicitur* post *locutus esse.* Consulto autem mihi videtur Cicero *dicitur* propter parenthesin longiorem interpositam bis posuisse.' *Harl.* Mox, pro *imperatoris,* codd. pauci ap. Steph. et Gronov. habent *imperii.*—4 Junt. Crat. Man. *ille ipse.*—5 *Hic Pœnus* edd. vett. Junt. Lamb. Grut. Mull. Orell.—6 Nov. Joan. Pearc. Schutz. et Heinze, *ut ille Hannibalem;* Mull. *aut Hannibalem.*

CAP. XIX. 1 *Quis est enim* Lamb. Actutum, *istorum rhetorum* margo Crat.

enim totam rem[u] in duas partes, in causæ controversiam, et in quæstionis.[4] Causam appellant, rem positam in disceptatione rerum et controversia:[v] [5] quæstionem autem, rem positam in infinita dubitatione.[w] De causa præcepta dant: de altera parte dicendi[6] mirum silentium est. 79. [*p.* 116.] Denique quinque[7] faciunt quasi membra eloquentiæ, invenire quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, post memoriæ mandare, tum ad extremum agere ac pronuntiare: rem sane non reconditam.[x] Quis enim hoc non sua sponte viderit,[8] neminem posse dicere, nisi et quid diceret, et quibus verbis, et quo ordine diceret, haberet, et ea meminisset? Atque hæc ego non reprehendo: sed ante oculos[y] posita esse dico, ut eas item quatuor,[9][w] quinque, sexve partes, vel etiam septem (quoniam

[u] *Materiam omnem rhetoricæ subjectam.*
[v] *Rem alligatam certis rebus et circumstantiis de quibus disceptatur.*
[w] *Rem quæ nullis personarum, temporum, aut locorum circumstantiis definita est.*
[x] *Quæ partitio minime recondita est et subtilis.* [y] *Trita et vulgaria.*

—2 Lamb. *ac perfero.*—3 Steph. *sed ita tamen.*—4 Codd. Harl. 2. Mead. et ed. Lips. *in quæstionem;* Pearc. conj. *in causam et in quæstionem;* codd. aliquot, *in quæstiones.*—5 'Lambinus legendum esse censuit, *in disc. finita rerum controversarum;* sed emendatione non opus est.' *Pearc.* Schutz. et Orell. *reorum* pro *rerum;* et sic Erl. 1. Heusingero videbatur emendandum, *rem positam in disc. personarum et temporum controversia.* Mox, *in infinita divisionis dubitatione* Guelf. 1. 2. et unus Palat. *rem p. infinitam divisionis dubitatione* alter Palat.—6 Lamb. hic secutus suos codd. delevit *dicendi;* pro quo Pearc. conj. *divisionis.* Ernesti etiam *dicendi* vitiosum esse, et aut simpliciter delendum, aut ad *præcepta dant* transponendum putat. Sed Harlesio id glossam potius redolere videbatur, quanquam Erl. 1. utramque conjungit lectionem, quæ præterea discedit a vulgari, *aut rem positam infinitam divisionis dubitatione . . . de altera parte dicendi m. s. est.* Wetzelio *dicendi* vitiosum, aut *divisionis* melius esse videtur.—7 *Deinde quinque* Guelf. 1. 2. Junt. Crat. Victor. probante Schutz.—8 Ita Erl. 1. Streb. Mannt. Pearc. *videret* ed. s. l. et a. Mox, *posse apte dicere* Guelf. 3. et quædam edd. ante Pearc. *apte* deest in Erl. 1. Cant. Bal. Wag. Harl. 1. 2. Nov. Bod. Joan. item in edd. Venet. Mediol. *posse aperte dicere* Guelf. 2. Dein, Schutz. admisit transpositionem, quam Purgold. suasit, *diceret, et quo ordine et quibus verbis diceret.*—9 Voc. *quatuor* videtur Ernestio alienum esse. Actutum Guelf. 1. *sex vel etiam septem,* omisso *partes;* Guelf. 2. *sex partes vel etiam*

NOTÆ

[w] *Eas item quatuor*] Orationem distribuunt nonnulli quatuor in partes, exordium, narrationem, confirmationem, et perorationem; confirmationi subjungunt alii refutationem. Sunt et qui partitionem, et qui digressionem adjungant.

aliter ab aliis digeruntur) in quas est ab his omnis oratio distributa. 80. Jubent enim exordiri ita, ut eum, qui audiat, benivolum nobis faciamus, et docilem, et attentum: deinde rem [10] narrare, ita ut verisimilis narratio sit, ut aperta, ut brevis: post autem dividere causam, aut proponere: nostra confirmare argumentis, ac rationibus: deinde contraria refutare: tum autem alii conclusionem orationis, et quasi perorationem collocant; alii jubent, antequam peroretur, ornandi aut augendi causa, digredi: [11] deinde concludere, ac perorare. 81. Ne hæc quidem reprehendo: sunt enim concinne distributa: sed tamen, id quod necesse fuit hominibus expertibus veritatis, non perite. Quæ enim præcepta principiorum et narrationum esse voluerunt, ea in totis orationibus sunt conservanda. 82. Nam ego [12] mihi[x] benivolum judicem facilius facere possum in cursu orationis, quam cum omnia sunt inaudita:[z] docilem autem, non cum polliceor me demonstraturum, sed tum, cum doceo et explano: attentum vero, crebro tota actione[y] excitandis mentibus judicum, non prima denuntiatione[a] efficere possumus. 83. Jam vero narrationem quod jubent verisimilem esse, et apertam, et brevem, recte nos admonent: quod hæc narrationis magis putant esse propria, quam totius orationis, valde mihi videntur errare:[z] omninoque in hoc

[z] *Nondum a judicibus audita.* [a] *Prima postulatione attentionis.*

septem.—10 Lamb. *denique rem.* Mox, *post aut dividere* Guelf. 1.—11 Ita Junt. Manut. Grut. et vulgg. *degredi* Lamb. Schutz. et Orell.—12 *Nam et ego* Junt. Crat. Manut. Mox, eædem edd. et Victor. *possum, cum sum in*

NOTÆ

[x] *Nam ego mihi, &c.*] Aberrat hic Antonius: etsi enim judicis benevolentiam tota oratione debet orator aucupari, præcipue eam sibi conciliet in exordiis necesse est, cum vel auditor præjudicatis in gratiam adversariorum opinionibus laborat, vel nondum bene erga nos videtur animatus.

[y] *Attentum vero, crebro tota actione*] Immo tradunt nonnulli malæ causæ multum prodesse, si parum intelligatur; adeoque satius tum esse auditorem reddere non attentum quam attentum. Falluntur: ineptit enim orator, qui ab oratione sua auditorem avertit: sapit autem, qui ab accurata rationum infirmarum consideratione avocat.

[z] *Mihi videntur errare*] Tota hæc Antonii ratiocinatio egregie refellitur a Cæsare hujus libri § 326. &c.

omnis est error, quod existimant, artificium esse hoc quoddam non dissimile ceterorum, cujusmodi de ipso jure civili hesterno die Crassus componi posse dicebat:[b] ut genera rerum primum exponerentur, in quo vitium est, si genus ullum prætermittatur: deinde singulorum generum partes,[13] in quo et deesse aliquam partem, et superare,[c] mendosum est: tum verborum omnium definitiones, in quibus neque abesse quicquam decet, neque redundare. XX. 84. Sed hoc si in jure civili, si etiam in parvis aut mediocribus rebus doctiores[1] assequi possunt; non idem sentio tanta hac in re,[d] tamque immensa, posse fieri. Sin autem qui arbitrantur; deducendi sunt ad eos, qui hæc docent: omnia jam explicata et perpolita assequentur:[e 2] sunt enim innumerabiles de his rebus libri, neque abditi, neque obscuri. Sed videant, quid velint:[f 3] ad ludendumne, an ad pugnandum arma sint sumturi. Aliud enim pugna et acies, aliud ludus campusque noster[a] desiderat.[g] Attamen ars ipsa ludicra armorum et gladiatori et militi prodest aliquid: sed animus acer,[4] et præsens, et acutus idem atque versutus, invictos viros efficit,[h] non difficilius arte conjuncta.

85. Quare ego tibi oratorem sic jam instituam, si pote-

[b] *Putant artem eloquentiæ similem esse artibus aliis, v. g. juris civilis, in quo tradendo, et componenda quasi arte, primo sunt exponenda rerum genera, puta quotuplex sit jus, &c.*

[c] *Supervacaneam esse.* [d] *In arte eloquentiæ quæ tam late patet.*

[e] *Si qui tamen sunt, qui putant eloquentiam, ut jus civile, in minutas partes ac præcepta posse dividi; adeant illi sane rhetoricæ magistros, a quibus hæc omnia divisa et explicata discent.*

[f] *Quo consilio rhetoricam doceri velint.*

[g] *Aliud requirit forum et concio, aliud umbratilis dicendi exercitatio.*

[h] *Quemadmodum militem et gladiatorem adjuvat ars ipsa lanistarum, et umbratilis armorum meditatio; sic ars conjuncta cum animo acri, præsenti, acuto atque versuto, facilius oratorem faciet invictum.*

cursu.—13 Guelf. 1. *singulorum partis generum.* Paulo post, pro *decet,* Lamb. et Manut. habent *debet.* Actutum *nec redundare* Lamb.

CAP. XX. 1 Steph. *doctores.*—2 Schef. conj. *apiscentur;* Schutz. conj. *nanciscentur.*—3 Si quis malit legere, *qui velint,* ut est in ed. W. non repugnat Ernestius.—4 *Ut tamen . . . et gladiatoria militi . . . sic animus acer* Lamb. *Ac tamen* al. ap. Orell. Paulo post, nescio quis ap. eund. Orell. conj. *non*

NOTÆ

[a] *Campusque noster*] Ad Campum simulacra in armis exercebant. Martium spectat, in quo ludicra belli

ro,[5] ut quid efficere possit,[i] ante perspiciam. Sit enim mihi tinctus literis;[j] audierit aliquid, legerit, ista ipsa præcepta acceperit: tentabo quid deceat,[k] [6] quid voce,[b] quid viribus, quid spiritu, quid lingua efficere possit. Si intelligam posse ad summos pervenire;[7] non solum hortabor, ut elaboret, sed etiam, si vir quoque mihi bonus videbitur, obsecrabo: tantum ego in excellente oratore, et eodem viro bono,[8] pono esse ornamenti universæ civitati. Sin videbitur, cum omnia summa fecerit,[l] tamen ad mediocres oratores [9] esse venturus; permittam ipsi,[c] quid velit; molestus magnopere non ero. Sin plane abhorrebit, et erit absurdus;[m] ut se contineat,[d] aut ad aliud studium transferat, admonebo. 86. Nam neque is, qui optime potest, deserendus ullo modo est a cohortatione nostra,[n] neque is, qui aliquid potest, deterrendus: quod alterum, divinitatis mihi cujusdam videtur; alterum, vel non facere quod non optime possis, vel facere quod non pessime facias, huma-

[i] *Quemadmodum sit ad eloquentiam comparatus a natura et ab eruditione.*
[j] *Sit instructus aliqua cognitione artium.*
[k] *Experiar quam decens sit et aptus totæ corporis conformatione.*
[l] *Cum vim omnem et contentionem adhibuerit.*
[m] *Minime factus ad eloquentiam.*
[n] *Qui naturam et indolem affert præclaram ad dicendum, semper cohortandus est.*

difficultas arte conjuncta.—5 Ita edd. vett. Steph. Lamb. *potuero* Junt. Crat. Grut. Mull. Orell.—6 Lamb. *quid eum deceat.*—7 Idem, *ad summos posse pervenire.* Mox, *hortabor non solum, ut jam elaboret* Guelf. 1. Dein, *videbitur esse* Steph. et Lamb.—8 ' Guelf. 1. *et eodem bono viro*, judice jam Schutz. ad aurium sensum suavius, ne *bono, pono* deinceps collocentur. Ed. Omnib. autem habet *puto esse ornamenti*, quod fortasse melius, eodem judice.' *Harl.* —9 ' *Sin videbitur impar, et cum . . . fecerit, tamen mediocris orator* Mediol. 1498. Ascens. 1511. ' *impar et* e glossa fluxit.' *Idem. summe fecerit* codd. aliquot, Pearc. et Lallem. probante Gronov. ' Vel lege *tantum ad mediocres*, vel post *mediocres* subintellige ' solum.'' *Pearc.* Mox, *molestusque* Steph. *molestus ei* Lamb. Paulo post *ut ad* Ernesti errore typogr. Deinde, pro

NOTÆ

[b] *Quid voce*] Oratori enim ad agendum opus est canora voce, firmis lateribus, spiritu libero, et expedita lingua.

[c] *Permittam ipsi*] Scilicet tolerabilis est in arte oratoria mediocritas; ut ait Horatius in Arte, ' consultus juris et actor Causarum mediocris, abest virtute diserti Messalæ, nec scit quantum Casselius Aulus: Sed tamen in pretio est.'

[d] *Ut se contineat*] Quippe, ut idem canit, 'Tu nihil invita dices, faciesve, Minerva.'

nitatis: tertium vero illud, clamare contra quam deceat, et quam possis,[10] hominis est, ut tu, Catule, de quodam declamatore dixisti, stultitiæ suæ[e] quamplurimos testes domestico præconio colligentis.[o] 87. De hoc igitur, qui erit talis, ut cohortandus adjuvandusque sit, ita loquamur, ut ei tradamus ea duntaxat, quæ nos usus docuit, ut nobis ducibus veniat eo, quo sine duce ipsi pervenimus, quoniam meliora docere non possumus. XXI. 88. Atque, ut a familiari nostro exordiar; hunc ego, Catule, Sulpicium,[p] (primum[1] in causa parvula adolescentulum audivi,) voce, et forma, et motu corporis, et reliquis rebus aptum ad hoc munus, de quo quærimus, oratione autem celeri et concitata, (quod erat ingenii) et verbis effervescentibus,[q] et paulo nimium redundantibus, (quod erat ætatis) non sum aspernatus. Volo enim[f] se efferat in adolescente fœcunditas:[r] nam facilius sicut[2] in vitibus revocantur ea, quæ

[o] *Posse optime dicere, divinum quiddam est: omittere vero eloquentiam, quia non possis ad summos oratores pervenire, vel in eam incumbere, quia speres te venturum ad mediocres, neque futurus sis inter pessimos, humanum: at clamare incondite et præter vires, invita Minerva dicere, stultum est.*

[p] *Qui jam hic adest.* [q] *Elatis et acribus.*

[r] *Non mihi displicent adolescentes plus justo fœcundi et uberes in dicendo.*

admonebo, Lamb. habet *monebo*.—10 Ita ed. Lips. *et quam possit* Guelf. 1. 2. 3. Schutz. et al. ante Ernesti. Mox, pro *declamatore*, Guelf. 1. et margo Crat. *clamatore;* Guelf. 2. 3. *clamore*. Deinde, *præconio domestico* Guelf. 2. 3.

CAP. XXI. 1 *Sulpicium cum primum* conj. Lamb. Mox, *aptis* Crat. Junt. Victor. Lamb. *aptum* conj. Manut. in ed. 1584. et Grut.—2 'Schutz. bene dedit ex cod. Guelf. 1. *nam sicut facilius*.' Harl. Pro *revocantur*, Lamb.

NOTÆ

[e] *Stultitiæ suæ*] Sensus est: Orator absurdus et ab eloquentia penitus abhorrens, quasi privatus præco, sua voce tanquam tuba multos testes suæ stultitiæ convocat.

[f] *Volo enim*] Quam in sententiam egregie Fabius II. 4. 'Audeat,' inquit, 'hæc ætas plura, et inveniat, et inventis gaudeat; sint licet ista non satis interim sicca et severa. Facile remedium est ubertatis; sterilia nullo labore vincuntur. Illa mihi in puteris natura nimium spei dabit, in qua ingenium judicio præsumitur. Materiam esse primum volo vel abundantiorem, atque ultra quam oporteat fusam. Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit, aliquid velut usu ipso deteretur, sit modo unde excidi possit et quod exsculpi: erit autem, si non ab initio tenuem nimium laminam duxerimus, et quam cælatura altior rumpat.'

sese nimium profuderunt,[s] quam, si nihil valet materies,[t] nova sarmenta cultura excitantur;[u] ita volo esse in adolescente, unde aliquid amputem. Non enim potest in eo succus esse diuturnus,[3] quod nimis celeriter est maturitatem assecutum.[v] 89. Vidi statim indolem, neque dimisi tempus,[w] et eum sum cohortatus, ut forum sibi ludum[x] putaret esse ad dicendum:[4] magistrum autem, quem vellet, eligeret; me quidem si audiret, L. Crassum: quod iste arripuit,[y] et ita sese facturum confirmavit, atque etiam addidit, gratiæ scilicet causa, me quoque sibi magistrum futurum. [*p.* 117.] Vix annus intercesserat ab hoc sermone cohortationis meæ, cum iste accusavit C. Norbanum,[g] defendente me: non est credibile, quid interesse mihi sit visum inter eum, qui tum erat, et qui anno ante fuerat. Omnino in illud genus eum Crassi magnificum atque præclarum natura ipsa ducebat: sed ea non satis proficere[5] potuisset,

[s] *Resecantur sarmenta quæ luxuriant, et plus nimio se profundunt.*
[t] *Si vitis ipsa et radix vitiosa sit.* [u] *Novi surculi educuntur.*
[v] *Quemadmodum non potest is fructus habere succum diuturnum, qui præcox fuerit, et nimium cito maturus: ita non potest adolescens diu esse eloquens, cujus oratio jam sit quasi decocta et matura.*
[w] *Occasionem ejus cohortandi non sum passus elabi mihi.*
[x] *Scholam.* [y] *Perlibenter me admonentem audivit.*

malit *resecantur*, sed invito Grutero. Mox, *quæ se n. profuderunt* Guelf. 2. 3. *quæ sese n. prodiderunt* Erl. 1. Guelf. 1. Paulo post, *idem volo esse* Guelf. 1. —3 'Elegantior erit verborum ordo, si cum Lambino et codd. Cant. Mead. Wag. Harl. 1. Norf. Bod. et Joan. legas *succus esse diuturnus*, quam si cum vulgatis legas *esse succus diuturnus*.' Pearc. *esse succus d.* Junt. Grut.—4 Junt. Lamb. Grut. Pearc. Schutz. Orell. *discendum;* Erl. 1. edd. W. s. l. et a. et Lips. *dicendum*.—5 Ursinus e vett. libris protulit *perficere*, quod extat etiam in codd. Cant. Mead. Wag. et Bal. item in ed. Venet. Mox, pro *intendisset*, quod habent Mediol. Ascens. Crat. in marg. Lamb. Manut. al. vett. *incidisset* legitur in Ald. Victor. Streb. Pearc. Verburg. et al. ante Ernest. *incepisset* al. unde Lamb. conj. *incubuisset*, quod aliquis etiam ascripsit in ed. Ascens. ap. Harl. et editum est in Lips. Paulo post, unus codex ap. Orell. omittit *omni*.

NOTÆ

[g] *C. Norbanum*] A. U. C. 660. ante Chr. 94. C. Norbanus, quod tribunus plebis Q. Servilium Cæpionem a Cimbris victum seditiosis concionibus ultra modum vexasset, reus majestatis a P. Sulpicio Rufo juvene peractus est. Hominis nocentissimi causam suscepit M. Antonius ejus olim quæstor, et tum eloquentia sua, tum etiam equitum favore obtinuit. De hoc judicio pluribus infra § 197. disserit Antonius Sulpicium alloquens.

nisi eodem studio atque imitatione intendisset, atque ita dicere consuesset, ut tota mente Crassum, atque omni animo intueretur.[a] XXII. 90. Ergo hoc sit primum in præceptis meis, ut demonstremus,[1] quem imitetur,[b] [h] atque ita, ut, quæ maxime excellant in eo, quem imitabitur, ea diligentissime persequatur:[c] tum accedat exercitatio, qua illum, quem ante delegerit,[2] imitando effingat, atque ita exprimat; non ut multos[3] imitatores sæpe cognovi, qui aut ea, quæ facilia sunt, aut etiam illa, quæ insignia[d] ac pæne vitiosa, consectantur[4] imitando. 91. Nihil est facilius, quam amictum[i] imitari[e] alicujus, aut statum,[f] aut motum. Si vero etiam vitiose[5] aliquid est, id sumere, et in eo vitiosum esse, non magnum est,[g] ut ille, qui nunc

[a] *Sua Sulpicium indoles ducebat in eam dicendi rutionem magnificam, qua Crassus utebatur: ea tamen indoles non satis profecisset, nisi in hoc dicendi genus studio et imitatione incubuisset, assuevissetque itu orationem suam conformare, ut Crassum omnino, quem imitaretur, aspiceret.*

[b] *Ostendatur oratori ad eloquentiam aspiranti aliquis quem imitetur.*

[c] *Curet imitari diligentissime illu quæ in eo erunt præstantissima.*

[d] *Quæ oculos feriunt.* [e] *Certam rationem componendæ togæ.*

[f] *Positionem corporis rectam.* [g] *Non magnæ operæ ac laudis est.*

CAP. XXII. 1 Guelf. 1. cum edd. W. et s. l. et a. *quem imitemur.* 'Mox, Schutz. e cod. Guelf. 1. dedit *excellent.* Sed valde veretur, ne tota hæc clausula, *atque ita, ut, quæ . . . diligent, persequatur*, hic interpolata sit; et, si legas, *Ergo, hoc sit primum in præceptis meis, ut diligenter videat, quem imitetur. Tum accedat exercitatio, &c.* nihil plane ad absolutionem totius sententiæ desiderari censet.' *Harl.*—2 Codd. aliquot, et Lamb. *quem delegerit.*—3 Totus hic locus, *non ut multos, &c.* usque ad *ea diligentissime persequatur*, § 92. abest a cod. Erl. 1.—4 Edd. s. l. et a. et Waldarf. ac Melanthon. *consectentur;* unde Ernesti conj. *consectarentur.*—5 Lamb. Streb. Manut. Wetzel. Harl. et Orell. *vitiosi,* et sic excusum volebat Mull. ubi in ipso textu est *vitiosum;* Junt. Crat. Victor. Grut. *vitiose.* Contra Schutz. edidit, *si vero etium insigne aliquid est, id sumere, &c.* Mox, *vitiosum esse* corruptum putat Orell. *vitio*

NOTÆ

[h] *Quem imitetur*] 'Necesse est,' inquit Fabius x. 11. 'aut similes, aut dissimiles bonis simus: similem raro natura præstat, frequenter imitatio.' Prudenter idem paulo post monet in hoc imitationis onere suscipiendo suas cuique vires esse consulendas. 'Nam quædam sunt inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ non sufficiat, aut diversitas repugnet. Nec cui tenue ingenium erit, sola velit fortia et abrupta: cui forte quidem, sed indomitum, amore subtilitatis et vim suam perdat, et elegantiam quam cupit non assequatur.'

[i] *Amictum*] Vide notas in Brutum § 224.

etiam, amissa voce, furit in republica,[h] Furius,[j 6] nervos[i] in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non assequitur, oris pravitatem et verborum latitudinem[j] imitatur: sed tamen ille nec deligere scivit, cujus potissimum similis esset, et in eo ipso, quem delegerat, imitari etiam vitia voluit. 92. Qui autem ita faciet, ut oportet, primum vigilet necesse est in deligendo: deinde, quem probavit, in eo, quæ maxime excellent, ea diligentissime persequatur.[7]

Quid enim causæ censetis esse, cur ætates extulerint singulæ singula prope genera dicendi?[k] quod non tam facile in nostris oratoribus possumus judicare (quia scripta, ex quibus judicium fieri posset, non multa sane reliquerunt) quam in Græcis; ex quorum scriptis, cujusque ætatis quæ dicendi ratio voluntasque fuerit, intelligi potest. 93. Antiquissimi fere sunt, quorum quidem scripta constent,[l 8] Pericles, atque Alcibiades,[k] et eadem ætate Thucydides, subtiles, acuti, breves, sententiis magis quam verbis abundantes. Non potuisset[9] accidere, ut unum esset omnium genus, nisi aliquem sibi proponerent ad imitandum. Consecuti sunt hos Critias, Theramenes, Lysias: multa Lysiæ scripta sunt; nonnulla Critiæ: de Theramene audivimus:[10]

[h] *Turbulentis concionibus remp. vexat.* [i] *Vim et impetum.*
[j] *Oris contorti deformitatem et vastam hiantemque pronuntiutionem.*
[k] *Quot ætates fuerunt, totidem diversa extiterint dicendi genera.*
[l] *Supersint.*

summum conj. nescio quis ap. eund. *vitio totum* suspiciebat Mull.—6 *Fufius* multi codd. Pearc. Lallem. Heusing. et Schutz. *Fusius* Junt. Crat. Grut. *Furius* Lamb. Mox, *tamen* omittit Lamb.—7 Victor. *prosequatur.*—8 Steph. *constant;* Lamb. *extent.* Mox, *sententiisque* Steph. et Lamb.—9 *Et non potuisset* ed. s. l. et a. probante Gœrenzio de Fin. p. 33. *genus esset omnium* idem liber et Mull. Deinde, *nisi unum aliquem* Censor Jenensis.—10 Guelf.

NOTÆ

j *Furius* [*Fusius*] De Fusio et Fimbria agitur in Bruto. Fusium autem hic furere dicit Antonius ad nomen ejus respiciens; Furius enim et Fusius, quemadmodum Valerius et Valesius, commutantur, ut observat Quintilian. I. 4.

k *Pericles, Alcibiades, &c.*] Non semel jam monuimus de oratoribus tum Græcis tum Latinis, qui passim hic laudantur, dicturos esse nos in notis ad Brutum, quo in libro Tullius oratores omnes, quorum extat memoria, recenset.

omnes etiam tum retinebant illum Pericli succum; sed erant paulo uberiore filo.[m] 94. Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium,[11] cujus e ludo, tanquam ex equo Trojano,[1] meri principes[m] exierunt:[n] sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt.[o] XXIII. Itaque et illi, Theopompi, Ephori, Philisti, Naucratæ,[1 n] multique alii naturis differunt; voluntate autem similes sunt,[p] et inter sese et magistri: et ii, qui se ad causas contulerunt, ut Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Æschines, Dinarchus, aliique complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen sunt omnes in eodem veritatis imitandæ[2] genere versati, quorum quamdiu mansit imitatio, tamdiu genus illud dicendi studiumque vixit:[q] 95. posteaquam, extinctis his, omnis eorum memoria sensim obscurata est et evanuit; alia quædam dicendi molliora

[m] *Orationem plenam suavitatis et roboris, qua usus est Pericles, retinebant; sed tamen erant paulo copiosiores.*

[n] *Cujus e schola viri in dicendo præstantissimi, ut heroës ac duces ex alvo equi Trojani, prodierunt.*

[o] *Alii eorum orationibus ad pompam et ludicram exercitationem scriptis, alii causis in foro dicendis celebres esse voluerunt.*

[p] *Indole et ingenio sunt discrepantes: sed idem omnes efficere conati sunt, nempe unum aliquem præstantem oratorem imitari.*

[q] *Quamdiu fuerunt qui eos imitarentur, tamdiu mansit ac floruit dicendi genus illud quod fuerant consectati.*

1. Schutz. Harl. *audimus*, probante Heusinger. Mox, *omnes etiamdum* Schutz. Dein, *Periclis* Junt. Crat. Man. *Pericli* Erl. 1. alii codd. ap. Grut.—11 Lamb. censuit delenda esse verba *magister istorum omnium;* eumque secutus est Schutz. 'Ego leviori mutatione sic sententiam refingo, *magister istorum omnium, qui ejus e ludo.*' Pearc. Mox *innumeri principes* Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3. aliique codd. ap. Pearc. cum edd. antiq.

Cap. XXIII. 1 *Itaque et illi, Theopompus, Ephorus, Philistus, Naucrates* Junt. Crat. Victor. Manut. *Atqui et illi, Theopompus, P. Naucrates* Lamb. *Atque et illi Theopompi, Ephori, Philisti, Naucratæ* Steph. Mox, *et ipsi inter se et magistri* Lamb. *et inter sese magistri* vett. ap. Steph. et Grut. Paulo post, *ut* omittit Lamb.—2 Pearc. ex uno cod. *virtutis imitandæ;* Mull. conj. *severitatis imitandæ;* Ruhnken. suspiciebat *veritatis tutandæ;* Stercke

NOTÆ

[1] *Ex equo Trojano*] Poëtarum fabulis notum est, a principibus Græcis in ingentem equum ligneum inclusis Trojam post decennium fuisse captam et incensam. Virgil. Æn. II.

[m] *Meri principes*] Ita legitur apud Nonium in 'Merum,' idque interpretatur hoc loco sincerum. In multis edd. habetur *innumeri principes.*

[n] *Naucratæ*] Naucraten Isocratis discipulum fuisse tradit Quintilian. III. 6.

ac remissiora genera viguerunt. Inde Demochares, quem aiunt sororis filium fuisse Demostheni:[3] tum Phalereus ille Demetrius, omnium istorum, mea sententia, politissimus, aliique eorum similes extiterunt. Quæ si volemus usque ad hoc tempus persequi; intelligemus, ut hodie Alabandensem[o] illum Meneclem, et ejus fratrem Hieroclem,[p] quos ego audivi, tota imitetur[4] Asia; sic semper fuisse aliquem, cujus se similes plerique esse vellent.

96. Hanc igitur similitudinem qui imitatione assequi volet, tum exercitationibus crebris atque magnis, tum scribendo maxime persequatur: quod si hic noster Sulpicius faceret, multo ejus oratio esset pressior: in qua nunc interdum, ut in herbis rustici solent dicere, in summa[5] ubertate inest luxuries[q] quædam, quæ stylo depascenda est.[r] 97. Hic Sulpicius: Me quidem, inquit, recte mones, idque mihi gratum est: sed ne te quidem, Antoni, multum scriptitasse arbitror. Tum ille: Quasi vero, inquit, non ea præcipiam aliis, quæ mihi ipsi desint:[6] sed tamen ne[r]

[r] *Rerum et verborum inutilis copia, quam scriptione crebra quasi resecare oporteat.*

conj. *veritatis limandæ;* Schutz. delevit *imitandæ.*—3 *Demosthenis* Junt. Lamb. Streb. Mox, loco *politissimus,* Erl. 1. a m. pr. habet *potissimus,* et a m. sec. *potentissimus.*—4 Lamb. *ut ejus . . . imitatur.*—5 Mull. junxit *dicere in summa;* Schutz. conj. *dicere de summa; τὸ dicere* suspectum Heusingero. Vid. Beier. ad Offic. tom. II. p. 307. et 356.—6 Ita Erl. 1. Guelf. 1. Pearc. in ed. 5.

NOTÆ

[o] *Alabandensem*] Oriundum ex Alabanda, quæ urbs est Asiæ Minoris in Caria.

[p] *Meneclem, et e. f. Hieroclem*] Illustrissimos Asiæ oratores, quos cum audierit Antonius, ipseque Tullius puer, ut tradit in Bruto § 325. floruisse oportet circa A. U. C. 660. ante Chr. 104.

[q] *Inest luxuries*] At Cicero lib. de Claris Oratoribus ait hujus Sulpicii stylum esse pressum ac concisum. Nempe orationem adolescentis redundantem ac dissipatam subinde coërcuerat ætas maturior.

[r] *Sed tamen ne, &c.*] Hæc est Antonii sententia. Non tamen sum in scribendo tam negligens quam dicis. Quemadmodum enim existimor non conficere tabulas, quas tamen a me confici satis probat res mea familiaris recte administrata; sic scribendi exercitationem penitus a me non omitti satis declarat hæc mea, quantulacumque est, dicendi facultas et copia, quam videlicet nunquam nisi crebro multumque scribendo assecutus essem.

tabulas quidem conficere[s] existimor. Verum et in hoc, ex re familiari mea, et in illo, ex eo, quod dico, quantulum id cumque est, quid faciam, judicari potest. 98. Atque esse tamen multos videmus, qui neminem imitentur, et suapte natura, quod velint, sine cujusquam similitudine consequantur: quod et in vobis animadverti[7] recte potest, Cæsar, et Cotta; quorum alter[s] inusitatum quidem nostris oratoribus leporem quendam et salem, alter[t] acutissimum et subtilissimum dicendi genus est consecutus. Neque vero vester[8] æqualis Curio, patre, mea sententia, vel eloquentissimo[u] temporibus illis, quenquam mihi magnopere videtur imitari: qui tamen verborum gravitate, et elegantia, et copia, suam quandam expressit quasi formam, figuramque dicendi:[v] quod ego maxime potui judicare in ea causa, quam ille contra me apud centumviros[t] pro fratribus Cossis[u] dixit; in qua nihil illi defuit, quod non modo copiosus, sed etiam sapiens orator habere deberet.

XXIV. 99. Verum, ut aliquando ad causas deducamus illum, quem instituimus,[w 1] et eas quidem, in quibus plusculum negotii est, judiciorum, atque litium, (riserit aliquis fortasse hoc præceptum: est enim non tam acutum, quam necessarium, magisque monitoris non fatui, quam eruditi magistri) hoc ei primum præcipiemus, quascumque causas erit acturus, ut eas diligenter, penitusque cognoscat. 100.

[s] *Cæsar.* [t] *Cotta.* [u] *Qui patrem habuit in dicendo facile principem.*

[v] *Proprium quoddam ac suum sibi fecerat dicendi genus, non aliunde imitando expressum.*

[w] *Ut oratorem quem instituimus, doceamus, quemadmodum agendæ sint in foro graviores causæ.*

et Schutz. *desunt* Guelf. 2. 3. edd. vett. Junt. Lamb. Grut.—7 Gronov. ex uno cod. malit *animum adverti.* Mox, pro *Cotta,* Mull. conj. *Catute.* —8 Margo Crat. et Lamb. *noster;* Erl. a m. pr. habet *alter æqualis.*

CAP. XXIV. 1 Guelf. 1. 2. 3. et vulgg. *constituimus;* Lamb. 1566. *insti-*

NOTÆ

[s] *Tabulas quidem conficere*] Est scribere commentarios domesticos, in quos referantur rationes acceptæ et expensæ pecuniæ.

[t] *Centumviros*] Vide notas in librum superiorem § 173.

[u] *Pro fratribus Cossis*] An qui genus ducebant ab illustribus illis Corneliis Maluginensibus Cossis, qui magistratus amplissimos gessere?

Hoc in ludo[x] non præcipitur: faciles enim causæ ad pueros deferuntur.[y] Lex peregrinum vetat in murum ascendere: ascendit:[z] hostes repulit: accusatur. Nihil est negotii hujusmodi causam cognoscere. [*p.* 118.] Recte igitur nihil de causa discenda præcipiunt:[a] hæc est enim[2] in ludo causarum fere formula. At vero in foro, tabulæ,[b] testimonia, pacta, conventa,[3] stipulationes, cognationes, affinitates, decreta, responsa,[c] vita denique eorum, qui in causa versantur, tota cognoscenda est: quarum rerum negligentia plerasque causas, et maxime privatas (sunt enim multo sæpe obscuriores) videmus amitti. 101. Ita nonnulli, dum operam suam multam existimari[4] volunt,[d] ut toto foro volitare,[e] et a causa ad causam ire videantur, causas dicunt incognitas. In quo est illa quidem magna offensio, vel negligentiæ, susceptis rebus; vel perfidiæ, receptis:[f] sed etiam[5] illa major opinione, quod nemo potest de ea re, quam non novit, non turpissime dicere: ita dum inertiæ vituperationem, quæ major est,[6] contemnunt, assequuntur etiam illam, quam magis ipsi fugiunt, tarditatis.[g] 102. Equidem soleo dare operam, ut de sua quisque re me ipse doceat, et, ut ne quis alius adsit, quo liberius loquatur,[h] et agere adversarii causam, ut ille agat suam,[i] et, quicquid de sua re cogitarit, in medium proferat. Itaque cum ille discessit, tres personas unus sustineo summa animi æquitate, meam, adversarii, judicis.[j] Qui locus est talis,[k] 7 ut

[x] *In exercitatione puerili et schola.*
[y] *Qualis est ista.* [z] *Peregrinus.* [a] *Magistri puerorum.*
[b] *Libri in quos acta publica referuntur.* [c] *Jurisconsultorum.*
[d] *Dum in pretio esse volunt, propter multitudinem causarum quas suscipiunt.*
[e] *Sese ostentare.*
[f] *In quo peccant illi graviter, et negligentia, qui res susceptas causasque non curent; et perfidia, quia id non præstant quod in se receperunt, hoc est, se facturos promiserunt.* [g] *Ignorantiæ.*
[h] *Ut removeantur arbitri et testes, ne quis audiat quod mecum ille loquitur.*
[i] *Objicio ipsi quæ ab adversario dici possunt, ut ea refellat ipse.*
[j] *Trium hominum, meas, adversarii, et judicis partes sustineo, nulli plus favendo quam alteri ex illis tribus, non mihi plus quam adversario et judici.*
[k] *Cum aliqua pars causæ est ejusmodi.*

tuimus.—2 Lamb. *hæc enim est.*—3 Lamb. *pacta conventa*, commate deleto. —4 Steph. et Lamb. *multi æstimari.*—5 Voc. *etiam* omittit Lamb. Mox, *major opinione mea* Steph. Streb. et Heinze.—6 Lamb. conj. *quæ minor est.*

plus habeat adjumenti, quam incommodi, hunc judico esse dicendum: ubi plus mali, quam boni reperio, id totum abjudico[l] atque ejicio.[8] 103. Ita assequor, ut alio tempore cogitem, quid dicam, et alio dicam: quæ duo plerique ingenio freti, simul faciunt:[m] sed certe iidem illi melius aliquanto dicerent, si aliud sumendum sibi tempus ad cogitandum, aliud ad dicendum putarent.

Cum rem penitus causamque cognovi, statim occurrit animo, quæ sit causa ambigui.[n] 9 104. Nihil est enim, quod inter homines ambigatur, sive ex crimine causa constet,[o] ut facinoris, sive ex controversia,[p] ut hæreditatis, sive ex deliberatione, ut belli, sive ex persona, ut laudis,[10] sive ex disputatione,[q] ut de ratione vivendi; in quo non, aut quid factum sit,[v] aut fiat, futurumve sit, quæratur, aut quale sit, aut quid vocetur.[r] XXV. 105. Ac nostræ fere causæ, quæ quidem sunt criminum, plerumque inficiatione[s] defenduntur. Nam et de pecuniis repetundis,[t] quæ maximæ sunt, neganda fere sunt omnia: et de ambitu[w] raro illud datur, ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu

[l] *Adhibito judicio rejicio.*
[m] *Eodem tempore et cogitant quid sibi dicendum sit, et illud ipsum dicunt.*
[n] *Quid in dubium et in quæstionem veniat.*
[o] *Ex accusatione ob crimen illata.* [p] *Ex jure ambiguo et dubio.*
[q] *Ex aliqua re quæ in disputationem apud eruditos vocetur.*
[r] *In quo non quæstio sit, an aliquid factum sit, quod pertinet ad statum conjecturalem; an tale sit factum, quale criminatur adversarius, quod refertur ad statum finitivum: denique an jure id factum sit quod objicitur, tumque est status qualitatis.*
[s] *Negando crimen.* [t] *Quæ contra leges ereptæ sunt.*

—7 Idem Lamb. *talis est.*—8 Ita codd. Gallicani et Palat. *abdico* vet. ap. Steph. ed. 1495. et Schutz. *abjudico atque rejicio* Junt. et Lamb.—9 Schutz. Harl. Mull. et Orell. *causa ambigendi.*—10 Hæc, *sive ex p. ut laudis,* cum absint a Guelf. 1. in ed. maj. delevit Schutz. in minore suspecta habet *sive ex p. ut l. s. ex d. ut de r. vivendi.*

NOTÆ

[v] *Aut quid factum sit*] De constitutionibus causarum egimus l. I. ad Herenn. § 18.

[w] *De ambitu*] Difficile est, inquit Antonius, in causa de ambitu, quo quis ad magistratus obtinendos suffragia civium malis artibus quærit, ita reum defendere, ut fatearis largitionem quidem ab illo factam esse, verum non ad emenda suffragia populi, sed liberalitatis tantum ac benignitatis ergo. Quare præstat inficiatione uti, ac negare penitus ullam largitionem esse factam.

atque largitione[1] sejungere: de sicariis, de veneficiis, de peculatu, inficiari necesse est. Id est igitur genus primum causarum in judiciis, ex controversia facti.[u] 106. In deliberationibus[2][x] plerumque ex futuri, raro etiam ex instantis, aut facti.[v] Sæpe autem res non, sit, necne, sed qualis sit, quæritur: ut cum L. Opimii causam[y] defendebat apud populum, audiente me, C. Carbo consul, nihil de C. Gracchi nece negabat, sed id jure, pro salute patriæ, factum esse dicebat: ut eidem Carboni tribuno plebis,[w] alia tum mente rempublicam capessenti,[x] P. Africanus de Ti. Graccho[z] interroganti, responderat,[3] jure cæsum videri. Jure autem omnia defenduntur,[y] quæ sunt ejus generis, ut aut oportuerit, aut licuerit, aut necesse fuerit,[z] aut imprudentia, aut casu facta esse videantur. 107. Jam quid vocetur, quæritur,[a] cum, quo verbo quid appellandum sit, contenditur: ut mihi ipsi cum hoc Sulpicio fuit[4] in Norbani[a] causa summa contentio, pleraque enim de iis, quæ

[u] *In quo genere causæ ambigitur an res aliqua facta sit, et vulgo negatur esse facta.*
[v] *Raro controversia est de re quæ mox facienda est, aut jam facta est.*
[w] *Quia tum addictus Gracchorum partibus erat.*
[x] *Magistratum in republica gerenti.*
[y] *Ita defenduntur, ut ea jure facta esse orator dicat.*
[z] *Rationi et officio consentaneum fuerit ea facere.*
[a] *Aliquando quæritur quo nomine res appellanda sit.*

Cap. xxv. 1 Guelf. 2. 3. *atque a largitione.*—2 *Ex deliberationibus* Guelf. 1. *In deliberatione* Guelf. 2. Mox, *etiam* delevit Schutz. auctoritate cod. Guelf. 1.—3 Guelf. 3. et Lamb. *respondebat.*—4 *Sulpicio fuerit* Guelf. 3.—

NOTÆ

[x] *In deliberationibus*] Oriuntur etiam causæ ex controversia futuri, hoc est, in deliberationibus venit in controversiam id quod futurum est, raro id quod instat, et quam mox faciendum est, nunquam id quod est jam factum.

[y] *L. Opimii causam*] A. U. C. 633. ante Chr. 121. L. Opimius consul C. Gracchum in tertii tribunatus plebis petitione repulsum ac vim parantem oppressit. Consulatu perfunctus a P. Decio tribuno plebis accusatus est majestatis, quod cives indemnatos occidisset: verum a C. Carbone defensus frequentibus suffragiis est absolutus. Livii epit. &c.

[z] *Ti. Graccho*] De quo consulendus Ciceronis Brutus.

[a] *Norbani*] Vide quæ annotavimus paulo superius § 89. Erat porro crimen majestatis seditiones concitare.

ab isto objiciebantur, cum confiterer, tamen ab illo majestatem minutam[5] negabam:[b] ex quo verbo, lege Apuleia,[b] tota illa causa pendebat. 108. Atque in hoc genere causarum nonnulli præcipiunt, ut verbum illud, quod causam facit,[c] lucide breviterque definiat.[6] Quod mihi quidem perquam puerile videri solet: alia est enim,[c] cum inter doctos homines de iis ipsis rebus, quæ versantur in artibus, disputatur, verborum definitio: ut, cum quæritur, quid sit ars, quid sit lex, quid sit civitas. In quibus hoc præcipit ratio atque doctrina, ut vis ejus rei, quam definias, sic exprimatur, ut neque absit quidquam, neque supersit. 109.

[b] *Negabam a Norbano læsam esse pop. Rom. majestatem, quo verbo lex Apuleia utebatur, et ex quo Norbani causa pendebat.*

[c] *In quo explicando tota controversia vertitur.*

5 'Sic quatuor codd. Oxon. itemque Mead. et Harl. duo.' *Pearc. imminutam* Junt. Lamb. Grut.—6 '*Lucide breviterque definiat*] Pearcius edidit *breviterque uterque;* quod ego Ciceronianum non agnosco. Cur non potius cum edd. pr. sine *lucide, breviter uterque?* si tamen *uterque* necesse sit. *Lucide* abest et a Ms. E. sed etiam *uterque:* et quare *uterque* addatur, non video, cum id nuspiam in hoc præcepto fiat. In *definiat* int. actor, orator, qui dicit. Si quem tamen hoc offendat, quod *definiat* ita nude ponitur, legat *definiatur.*' Ernest. *lucide breviterque definiatur* unus codex ap. Grut. Lallem. et Schutz. *lucide; absolute, breviter uterque definiat* Guelf. 2. ut ait Schutz. in ed. 2. sed is habet, teste Orell. *quod causam facit absolute breviter uterque definiat,* ubi

NOTÆ

[b] *Lege Apuleia*] A. U. C. 652. ante Chr. 102. L. Apuleius Saturninus tribunus plebis legem de majestate tulit, ut conjicit Pighius, occasione motuum qui Romæ concitati sunt, cum Cimbri superatis Alpibus ad Athesim fluvium Q. Catuli proconsulis exercitum invaderent, et equites Romani præsidiis suis pulsi Urbem pavidi repeterent. Et tam turpi fuga et ipsa civium trepidatione maxime videbatur imminuta pop. Rom. majestas.

[c] *Alia est enim, &c.*] Cum de aliqua re inter se disceptant eruditi, adeo accuratam adhibent definitionem, ut neque desit quicquam, neque supersit. V. g. artem definient ut Cic. de Orat. lib. I. § 92. 'Quæ cognitis penitusque perspectis, et in unum exitum spectantibus, et nunquam fallentibus rebus continetur.' Legem dicent esse regulam morum, stabilem, ex superioris auctoritate consociationi hominum atque communitati ad ipsius bonum impositam: civitates appellabunt cœtus hominum jure sociatos. Verum in foro ad multitudinis captum fusius explicantur definitiones. Ejusmodi est Tullii de Leg. l. II. § 13. legis definitio: 'Lex est justorum injustorumque distinctio ad illam antiquissimam et rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ supplicio improbos afficiunt, defendunt et tuentur bonos.'

Quod quidem in illa causa neque Sulpicius fecit, neque ego facere conatus sum. Nam, quantum uterque nostrum potuit, omni copia dicendi dilatavit, quid esset majestatem minuere. Etenim definitio primum reprehenso verbo uno, aut addito, aut demto, sæpe extorquetur e manibus:[d] deinde genere ipso doctrinam redolet exercitationemque pæne puerilem: tum et[7] in sensum et in mentem judicis intrare non potest: ante enim præterlabitur, quam percepta est.

XXVI. 110. Sed in eo genere, in quo, quale sit quid, ambigitur,[e] existit etiam ex scripti[1] interpretatione sæpe contentio, in quo nulla potest esse, nisi ex ambiguo, controversia.[f] Nam illud ipsum, cum scriptum[2] a sententia[d] discrepat,[g] genus quoddam habet ambigui: quod tum explicatur, cum ea verba, quæ desunt, suggesta sunt:[h] quibus additis defenditur, sententiam scripti perspicuam fuisse, et ex contrariis[3] scriptis si quid ambigitur, non novum genus nascitur, sed superioris generis causa duplicatur:[i] idque[4] aut nunquam dijudicari[j] poterit, aut ita dijudicabitur, ut referendis præteritis verbis,[k] id scriptum, quodcumque de-

[d] *Sic infirmatur ab adversario, ut ea uti deinde non possis.*
[e] *An aliqua res jure sit facta, necne.*
[f] *Nisi quia scriptum in utramque partem accipi potest.*
[g] *Dissentit a voluntate illius qui scripsit.* [h] *Addita sunt.*
[i] *Cum nascitur controversia ex duobus scriptis, quæ sibi videantur esse contraria, non est novum causæ genus, sed idem ac superius, quod nascitur ex ambiguo scripto.*
[j] *Definiri.*
[k] *Supplendo verba quæ omissa sunt in ambiguo scripto.*

absolute non est nisi gloss.—7 Ita Erl. 1. Guelf. 1. edd. vett. et Pearc. *et* omittunt Grut. Lamb. et Schutz. superfluum videtur Orellio. Mox, *prælabitur* unus codex ap. eund. Orell.

CAP. XXVI. 1 Guelf. 2. *existit ex scripti*, omisso *etiam*.—2 Guelf. 1. *quod scriptum*.—3 Idem codex *et contrariis*, omissa præpositione.—4 Ita codd. Oxon.Cant. Wag. Mead. Norf. Harl. 1. 2. Erl. 1. Streb. Junt. *itaque* Lamb. Grut. Verburg. Mox, Guelf. 1. 2. *ut de referendis præter;* Guelf. 3. *aut de referendis.* Postea, loco *quodc. defendimus*, Guelf. 1. habet *quodc. proferimus vel defendimus;* Guelf. 2. *quodc. proferamus vel defendamus;* sed *proferimus*, vel *proferamus*, debetur interpolatori, judice Schutz. cui tamen futurum

NOTÆ

[d] *Scriptum a sententia*] De statu ad l. II. Heren. § 13. &c. scripti et voluntatis egimus in notis

fendimus, suppleatur. Ita fit, ut unum genus in iis causis, quæ propter scriptum ambiguntur,[l] relinquatur, si est scriptum aliquid ambigue. 111. Ambiguorum autem complura[5] genera sunt: quæ mihi videntur ii melius nosse, qui dialectici appellantur, hi autem nostri[m] ignorare, qui non minus nosse debeant:[6] tum illud est frequentissimum in omni consuetudine vel sermonis, vel scripti, cum idcirco aliquid ambigitur, quod aut verbum, aut verba sint prætermissa. 112. Iterum autem peccant, cum genus hoc causarum, quod in scripti interpretatione versatur, ab illis causis, in quibus, qualis quæque res sit, disceptatur, sejungunt: [*p.* 119.] nusquam enim tam quæritur, quale sit genus ipsum rei, quam in scripto, quod totum a facti controversia separatum est. 113. Ita tria sunt omnino genera,[e] quæ in disceptationem et controversiam cadere possunt; quid fiat, factum, futurumve sit: aut quale sit, aut quomodo nominetur: nam et illud[7] quidem, quod quidam Græci adjungunt, rectene factum sit, totum in eo est, quod,[8] quale sit, quærimus. Sed jam ad institutum[f] revertar meum.

XXVII. 114. Cum igitur, accepto causæ genere et cognito,[n] [1] rem tractare cœpi, nihil prius constituo, quam, quid sit illud, quo mihi referenda sit omnis illa oratio, quæ sit

[l] *Itaque unum est genus earum causarum, in quibus de ambiguo scripto disputatur.* [m] *Oratores.*

[n] *Ubi primum cognovi genus causæ quæ ad me defertur.*

tempus in *defendemus* placet, quia præcessit *dijudicabitur.*—5 Guelf. 2. 3. et al. ap. Pearc. item Schutz. *autem cum plura;* Bal. *autem quam plura;* Erl. 1. Streb. Verb. *autem complura.* Mox, *ii* deest in Guelf. 3.—6 Ernesti conj. *debebant,* improbante Wetzelio. Vide Gernhard. ad Offic. p. 35. Beier. ad Offic. tom. II. p. 132.—7 Junt. Crat. Schutz. *nam illud; τὸ et* uncis inclusit Orell. *quidem* omittunt codd. aliquot; uncis inclusit Mull.—8 Pro *quod,* Mead. Lamb. Schutz. Orell. *quo.*

CAP. XXVII. 1 Ita Streb. in marg. Man. Lamb. Verb. Pearc. Schutz. et Orell. *genere, cognitam* codd. aliquot, Junt. Crat. Steph. prob. Heusinger.—

NOTÆ

[e] *Tria sunt omnino genera*] Explicat paucis causarum status, de quibus disseruimus l. I. Heren. § 18.

[f] *Ad institutum*] Redeo, inquit Antonius, ad id quod dicendum mihi proposui, nempe ut doceam vos quid maxime in agendis causis spectare soleam.

propria[2] quæstionis et judicii: deinde illa duo diligentissime considero, quorum alterum commendationem habet nostram, aut eorum, quos defendimus; alterum est accommodatum ad eorum animos, apud quos dicimus, ad id, quod volumus, commovendos. 115. Ita ratio omnis[3] dicendi tribus ad persuadendum rebus est nixa: ut probemus vera esse ea, quæ defendimus: ut conciliemus nobis eos, qui audiunt: ut animos eorum, ad quemcumque causa postulabit motum, vocemus. 116. Ad probandum autem duplex est oratori subjecta materies: una rerum earum, quæ non excogitantur ab oratore,[o] sed in re positæ,[4] ratione tractantur; ut tabulæ, testimonia,[g] pacta, conventa, quæstiones, leges, senatusconsulta, res judicatæ,[p] decreta, responsa, et reliqua,[5] si quæ sunt, quæ non pariuntur ab oratore, sed ad oratorem a causa, atque a re[6] deferuntur:[q] altera, quæ tota in disputatione, et argumentatione oratoris collocata est. 117. Ita in superiore genere de tractandis argumentis,[r] in hoc autem[7] etiam de inveniendis cogitandum est. Atque isti[s][8] quidem, qui docent, cum causas

[o] *Argumenta, quibus aliquid probatur, duplicis sunt generis: alia ab oratore non excogitantur, &c.*
[p] *Præjudicia vulgo appellant.* [q] *Iis quorum causa agitur.*
[r] *In eorum argumentorum genere, quæ non inveniuntur ab oratore.*
[s] *Rhetoricæ magistri.*

2 Ita codd. omnes Junt. Lamb. *quod sit proprium* Schutz. *quæ sint propria* conj. Mull. Mox, *illa* suspectum Ernestio. Paulo post, *aut nostri, aut eorum* Lamb.—3 Ita Junt. Lamb. Man. *Itaque r. omnis* Crat. *Ita omnis ratio* Schutz. Mox, pro *nixa,* codd. aliquot ap. Orell. habent *nisa.* Paulo post *ea* omittit Steph.—4 Mag. Junt. Crat. Ascens. Victor. R. Steph. Streb. Pearc. *in re proposita;* Guelf. 2. *in re posita;* Erl. 1. Man. Lamb. Verb. *in re positæ.* —5 Steph. *reliquæ.* Actutum *si qua sunt* Lamb. Deinde, *non ab oratore pariuntur* Junt. Crat. Lamb. *non reperiuntur ab oratore* Erl. 1. Guelf. 1. 2. codd. aliquot ap. Grut. et Schutz. *non pariuntur ab oratore* Guelf. 3. edd. vett. Waldaf. s. l. et a. ac Lips.—6 Ita codd. Oxon. Erl. 1. et Guelf. 1. *atque a rebus* Guelf. 2. *atque reis* Guelf. 3. *atque a reis* Junt. Crat. Lamb. Grut. Schutz. Mox, *altera est* codd. et edd. vett. Junt. Crat. Schutz. Mull. *altera est tota in disp. et arg. or. collocata* Steph. et Lamb.—7 Voc. *autem* omisit

NOTÆ

[g] *Ut tabulæ, testimonia, &c.*] Locos rhetorum extrinsecos quinque numerat Aristoteles; leges, testes, pacta, quæstiones, et juramenta. Frustra hic augentur ab Antonio, cum tabulæ, senatusconsulta, res judicatæ et decreta, ad leges, responsa autem ad testimonia referri possint. Verum de locis disserendi proprius erit in Topicis locus.

in plura genera secuerunt, singulis generibus argumentorum copiam suggerunt: quod etiamsi ad instituendos adolescentulos magis aptum est, ut, simulac posita sit causa, habeant, quo se referant, unde statim expedita possint argumenta depromere: tamen et tardi ingenii est, rivulos consectari, fontes rerum non videre; et jam ætatis est ususque nostri, a capite,[t] quod velimus, arcessere, et, unde omnia manent,[9] videre.

118. Et primum genus illud earum rerum, quæ ad oratorem deferuntur, meditatum nobis in perpetuum, ad omnem usum similium rerum, esse debebit:[u] nam pro tabulis et contra tabulas; pro testibus[h] et contra testes; pro quæstionibus et contra quæstiones; et item de ceteris rebus ejusdem generis, vel separatim dicere solemus de genere universo, vel definite de singulis temporibus, hominibus, causis: quos quidem locos (vobis hoc, Cotta, et Sulpici, dico) multa commentatione, atque meditatione paratos, atque expeditos habere debetis.[10] 119. Longum est enim nunc me explicare, qua ratione[11] aut confirmare, aut infirmare testes, tabulas, quæstiones oporteat.[12] Hæc sunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem maximæ: artem quidem, et præcepta duntaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur. 120. Itemque illa, quæ sunt alterius generis, quæ tota ab oratore pariuntur, excogitationem non habent difficilem, explicationem magis illustrem perpolitamque desiderant. Itaque

[t] *Res ab ipso principio repetere.*

[u] *Ii loci qui arte carent debent esse nobis meditati, ut ad eorum similitudinem ea quæ in causis dicendis occurrent, tractemus, modo generatim, modo definite.*

Lamb.—8 *Atque ista* de Ernesti conjectura Schutz.—9 Ita Erl. 1. Lips. Schutz. Wetzel. *manant* Junt. Lamb. Grut. al. ante Ernest.—10 Guelf. 2. *debebitis.*—11 Idem codex, *qua oratione.*—12 Ita codd. Bal. Joan. Nov. Wag. Mag. Bod. Norf. et Erl. 1. *oportet* Junt. Crat. Grut.

NOTÆ

[h] *Pro testibus*] Quis esset hujus loci tractandi modus veterum exemplis exposuimus in notis ad l. II. Heren. § 9. De quæstionibus ibidem diximus § 10. consulendus præterea Topicorum liber.

cum hæc duo nobis quærenda sint in causis, primum quid, deinde quomodo dicamus: alterum, quod totum arte tinctum[v] videtur, tametsi artem requirit, tamen prudentiæ est pæne mediocris, quid dicendum sit, videre; alterum est, in quo oratoris vis illa divina, virtusque cernitur, ea, quæ dicenda sunt, ornate, copiose, varieque dicere. XXVIII. 121. Quare illam partem superiorem,[w] quoniam semel ita vobis placuit, non recusabo, quo minus perpoliam atque conficiam: (quantum consequar, vos judicabitis) quibus ex locis ad eas tres res, quæ ad fidem faciendam solæ valent, ducatur oratio, ut et[1] concilientur animi, et doceantur, et moveantur: [hæc sunt enim tria numero] ea vero quemadmodum illustrentur, præsto est,[x] qui omnes docere possit, qui hoc primus in nostros mores induxit, qui maxime auxit, qui solus effecit. 122. Namque ego, Catule, (dicam enim non reverens assentandi suspicionem,) neminem esse oratorem paulo illustriorem arbitror, neque Græcum, neque Latinum, quem ætas nostra tulerit, quem non et sæpe, et diligenter audierim.[2] Itaque, si quid est in me,[y] (quod jam sperare videor, quoniam quidem[3] vos, his ingeniis homines, tantum operæ mihi ad audiendum datis,) ex eo est, quod nihil quisquam unquam me audiente egit orator, quod non in memoria mea penitus insederit. Atque ego is,[4] qui sum, quantuscumque sum ad judicandum, omnibus auditis oratoribus, sine ulla dubitatione sic statuo et judico, neminem omnium tot, et tanta, quanta sunt in Crasso, habuisse ornamenta dicendi. 123. Quamobrem si vos quoque hoc idem existimatis, non erit, ut opinor, iniqua partitio, si, cum ego hunc oratorem, quem nunc fingo, ut

[v] *Arte plenum.*
[w] *Quæ docet quid sit dicendum, et quænam res valeant ad faciendam fidem.*
[x] *Adest Crassus.* [y] *Si quid dicendo possum.*

Cap. XXVIII. 1 Lamb. *et ut.* Verba, *ut et .... moveantur* uncis inclusit Mull. Vocc. *hæc sunt enim tria numero,* quæ Ernestio spuria videntur, delevit Schutz. *numero* deest in Erl. 1. edd. vett. W. s. l. et a. Mediol.— 2 Guelf. 1. *quem non sæpe tulerim et diligenter audierim;* Guelf. 2. *quem non sæpe et diligenter audierim.*—3 Ed. s. l. et a. *quando quidem.* Mox, *ejus ingenii*

institui, crearo, aluero, confirmaro; tradam eum Crasso, et vestiendum, et ornandum.

124. Tum Crassus: Tu vero, inquit, Antoni, perge, ut instituisti. Neque enim est boni,[5] neque liberalis parentis, quem procrearit, et eduxerit, eum non et vestire, et ornare; præsertim cum te locupletem esse negare non possis. Quod enim ornamentum, quæ vis, qui animus, quæ dignitas illi oratori defuit, qui in causa peroranda non dubitavit excitare[z] reum consularem,[i] et ejus diloricare tunicam,[a] et judicibus cicatrices adversas[j] senis[6] imperatoris ostendere? qui idem, hoc accusante Sulpicio, cum hominem seditiosum, furiosumque defenderet, non dubitavit seditiones ipsas ornare, [*p.* 120.] ac demonstrare gravissimis verbis, multos sæpe impetus populi non injustos esse; quos præstare nemo possit?[b] multas etiam e republica[c] seditiones sæpe esse factas, ut cum reges essent exacti,[d] ut cum[7] tribunicia potestas esset constituta?[e] illam Norbani seditionem, ex luctu civium, et ex Cæpionis odio, qui exercitum amiserat, neque reprimi potuisse, et jure esse conflatam? 125. Potuit hic locus tam anceps,[f] tam inau-

[z] *Jubere ut e subselliis surgeret ubi rei sedebant.*
[a] *Abscindere vestem interiorem.*
[b] *Quos prospicere et impedire nemo possit.*
[c] *Conjunctas cum utilitate reipublicæ.*
[d] *Expulsi suffectis in eorum locum consulibus.*
[e] *Cum ille magistratus qui tribunus plebis dictus est, fuit institutus.*
[f] *Ea pars orationis tam lubrica.*

Steph. Lamb.—4 *Itaque ego is* Guelf. 1. margo Crat. et Lamb. Mox, pro *ad judicandum*, quod habent Victor. Man. Lamb. Grut. *adjudicandus* legitur in Junt. Crat. Steph. Deinde, *quanta sint* Guelf. 1. 2. et Lamb.—5 *Neque enim boni est* Junt. Man. Mox, *procrearis et eduxeris* Guelf. 1. prob. Schutz. et Harl.—6 Voc. *senis* deest in Guelf. 2. Mox, in eodem codice *qui quidem*

NOTÆ

[i] *Reum consularem*] M' Aquillium, qui post servile bellum in Sicilia confectum de repetundis pecuniis causam dixit. Cum judicum misericordiam implorare nollet, M. Antonius, qui pro eo perorabat, tunicam ab ejus pectore discidit, ut honestas cicatrices bello acceptas ostenderet. Quibus conspectis reus absolutus est. Livii epitome.

[j] *Cicatrices adversas*] Quæ in pectore vel alia parte anteriori accipiebantur vulnera, dicebantur adversa, erantque gloriosa; ut contra aversa inhonesta, utpote in fuga et tergo accepta.

ditus, tam lubricus, tam novus, sine quadam incredibili vi ac facultate dicendi[8] tractari? Quid ego de Cn. Manlii,[k] quid de Q. Regis[1] commiseratione dicam?[g] quid de aliis innumerabilibus? in quibus non hoc[9] maxime enituit, quod tibi omnes dant, acumen quoddam singulare, sed hæc ipsa, quæ nunc ad me delegare vis,[h] ea semper in te eximia et præstantia fuerunt. XXIX. 126. Tum Catulus: Ego vero, inquit, in vobis hoc maxime admirari soleo, quod, cum inter vos in dicendo dissimillimi sitis, ita tamen uterque vestrum dicat, ut ei nihil neque a natura denegatum, neque a doctrina non delatum esse videatur. Quare, Crasse, neque tu tua suavitate nos privabis, ut, si quid ab Antonio aut prætermissum, aut relictum sit, non explices: neque te, Antoni, si quid non dixeris, existimabimus non potuisse potius, quam a Crasso dici maluisse. 127. Hic Crassus: Quin tu, inquit, Antoni, omittis ista, quæ proposuisti,[1] quæ nemo horum desiderat: quibus ex locis ea, quæ dicenda sint in causis, reperiantur: quæ quanquam abs te novo quodam modo, præclareque dicuntur, sunt tamen et re faciliora, et præceptis pervagata:[i] illa, deprome[2] nobis, unde afferas quæ sæpissime tractas, semperque divinitus.

[g] *De commiseratione quam concitasti in causa Cn. Manlii et Q. Regis.*
[h] *Vis mihi tribuere.* [i] *Vulgo cognita.*

hoc accusante.—7 Guelf. 2. 3. *exacti, cum;* Guelf. 1. omittit *cum.*—8 Voc. *dicendi* abest in Guelf. 2. et ed. Schutz. probante Hensingero.—9 Ita edd. vett. *hoc non* Junt. Lamb. Grut. al. ante Ernesti; *non maxime hoc* Guelf. 2. 3. *hoc maxime non* Guelf. 1.

CAP. XXIX. 1 Lamb. *posuisti.* Mox, Lamb. censuit legendum vel *in locis,* vel *eruantur.* Guelf. 1. 2. 3. habent *ea quæ dicenda sunt.* Paulo post, Guelf. 1. *præclareque dicentur.*—2 Lamb. *depromis,* ut pendeat a v. *quin tu.*—

NOTÆ

[k] *Cn. Manlii*] A Cimbris Cn. Manlius et Q. Servilius Cæpio proconsules victi prælio castrisque binis exuti sunt: octoginta millia militum occisa, calonum ac lixarum quadraginta millia. Livii epit. LXVII. Ea clades incidit in A. U. C. 649. ante Chr. 105.

[1] *Q. Regis*] Q. Marcius Rex, celeberrimo in rep. Rom. genere, plurimis magistratibus cum dignitate gestis, consul fuit A. U. C. 636. ante Chr. 118. Verum quæ fuerit ejus causa, in qua commiserationem excitavit Antonius, non est, quod sciam, a veteribus traditum.

128. Depromam equidem, inquit Antonius; et quo facilius id a te exigam, quod peto,[3] nihil tibi a me postulanti recusabo. Meæ totius orationis, et istius ipsius in dicendo[4] facultatis, quam modo Crassus in cœlum verbis extulit, tres sunt rationes, ut ante dixi; una conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia concitandorum. 129. Harum trium[5] partium prima lenitatem orationis, secunda acumen, tertia vim desiderat: nam hoc necesse est, ut is, qui nobis causam adjudicaturus sit,[j] aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut defensionis argumentis adducatur, aut animi permotione cogatur. Sed quoniam illa pars, in qua rerum ipsarum explicatio ac defensio posita est,[k] videtur omnem hujus generis quasi doctrinam continere, de ea primum loquemur, et pauca dicemus. Pauca enim sunt, quæ usu jam tractata, et animo quasi habere notata[6] videamur.[l] XXX. 130. Ac tibi sapienter monenti, L. Crasse, libenter assentiemur, ut singularum causarum defensiones,[m] quas solent magistri pueris tradere, relinquamus: aperiamus autem ea capita, unde omnis ad omnem et causam et orationem disputatio ducitur. Neque enim, quoties verbum aliquod est scribendum nobis, toties ejus verbi literæ sunt cogitatione conquirendæ:[1] nec quoties causa dicenda est, toties ad ejus causæ seposita argumenta[n] revolvi nos oportet; sed habere certos locos,[o] qui, ut literæ ad verbum scribendum, sic illi ad causam explicandam, statim occurrant. 131. Sed hi loci ei demum

j Qui secandum nos judicaturus est.
k In qua continentur defensionis argumenta, et ratio probandi docetur.
l Quæ experientia didicerim, quæque animo pridem notata mihi jam occurrant.
m Locos quibus orator ad causæ defensionem uti debet.
n Propria et quasi seposita a communibus argumentis.
o Communes quosdam omnibus causis locos.

3 Guelf. 1. 2. *petam.*—4 Hæc, *in dicendo,* suspecta Schutzio. Guelf. 1. habet, *meæ totius in dicendo rationis, et istius ipsius facultatis;* Guelf. 2. 3. *meæ totius in dicendo orationis, et istius ipsius facultatis.*—5 *Harum autem trium* Steph. et Lamb.—6 Ita edd. vett. Junt. Crat. Man. Grut. *notata habere* codd. Cant. Wag. Norf. Mag. Joan. Harl. 1. Lamb. Pearc. Wetzel. Harl. Orell. Hæc verba desunt in Erl. 1.

Cap. XXX. 1 Unus codex ap. Orell. *acquirendæ;* unde Heusinger conj.

oratori prodesse possunt, qui est versatus in rebus, vel usu,[2] quem ætas denique affert; vel auditione et cogitatione, quæ studio et diligentia præcurrit ætatem.[p] Nam si tu mihi quamvis eruditum hominem adduxeris,[3] quamvis acrem et acutum in cogitando, quamvis ad pronuntiandum expeditum, si erit idem in consuetudine civitatis,[4] in exemplis, in institutis, in moribus ac voluntatibus civium suorum hospes,[q] non multum ei loci proderunt illi, ex quibus argumenta promuntur: subacto[m] mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed novato et iterato, quo meliores fœtus possit et grandiores edere. Subactio autem est usus, auditio, lectio, literæ.

132. Ac primum naturam[r] causæ videat, quæ nunquam latet;[5] factumne sit, quæratur, an, quale sit, an, quod nomen habeat: quo perspecto, statim occurrit naturali quadam prudentia, non his subductionibus,[s] [6] quas isti docent, quid faciat causam, id est, quo sublato controversia stare non possit: deinde, quid veniat in judicium, quod isti[t] sic jubent quærere: interfecit Opimius[n] Gracchum: quid facit causam?[u] quod[v] reipublicæ causa, cum ex[7] senatusconsulto ad arma vocasset:[w] hoc tolle, causa non

[p] *Conciliat prudentiam et cognitionem, quam ætas nondum afferre potest.*
[q] *Ignarus.* [r] *Genus ac statum.* [s] *Divisionibus.*
[t] *Rhetores Græculi.* [u] *Quodnam est causæ caput?*
[v] *Gracchum interfecit.*
[w] *Cives jussit arma sumere probante senatu et edicto facto.*

anquirendæ; al. *perquirendæ.*—2 Cod. Reg. 7703. *vel in rerum usu.*—3 Guelf. 1. *eduxeris.*—4 Voc. *civitatis* deest in Guelf. 3.—5 Lamb. *lateat.*—6 Guelf. 1.

NOTÆ

[m] *Subacto*] Translatio ducta ab agricultura. Ut ager non semel aratus, sed iterum ac tertio proscissus, potest meliores et grandiores fructus afferre; ita perdomitum et excultum ingenium et plura et meliora producit; modus autem colendi ingenii est usus, auditio, &c.

[n] *Opimius*] A. U. C. 633. ante Chr. 121. 'C. Gracchus, seditioso tribunatu acto, cum Aventinum armata quoque multitudine occupavisset, a L. Opimio consule, ex senatusconsulto vocato ad arma populo, pulsus, interemtus est.' Anno consequente 'L. Opimius, accusatus apud populum a Q. Decio tribuno plebis, quod indemnatos cives in carcerem conjecisset, liberatus est.' Epit. Livii l. LXI.

erit. At id ipsum negat contra leges licuisse Decius.[x] Veniet igitur in judicium, licueritne[y] ex senatusconsulto, servandæ reipublicæ causa. Perspicua sunt hæc quidem, et in vulgari prudentia sita; sed illa quærenda: quæ ab accusatore et defensore argumenta, ad id, quod in judicium venit, spectantia, debeant afferri.[8] XXXI. 133. Atque hic illud videndum est, in quo summus est error istorum magistrorum, ad quos liberos nostros mittimus, non quo[1] hoc quidem ad dicendum magnopere pertineat, sed tamen ut videatis, quam sit genus hoc eorum, qui sibi eruditi videntur, hebes atque impolitum. Constituunt enim in partiendis orationum modis duo genera causarum: unum appellant, in quo, sine personis atque temporibus, de universo genere quæratur; alterum, quod personis certis et temporibus definiatur: ignari,[2] omnes controversias ad universi generis vim et naturam referri. 134. Nam in ea ipsa causa, de qua ante dixi, nihil pertinet[3] ad oratoris locos Opimii persona, nihil Decii. De ipso enim universo genere infinita quæstio est, num pœna videatur esse afficiendus, qui civem ex senatusconsulto patriæ conservandæ causa interemerit,[4] cum id per leges non liceret. [*p.* 121.] Nulla denique est causa,[o] in qua id, quod in judicium venit, ex reorum per-

[x] *Decius contendit Gracchi cædem non fuisse licitam, quia contra leges facta fuit.* [y] *Gracchum occidere.*

subactionibus.—7 Steph. et Lamb. *eum ex.*—8 Erl. 1. Guelf. 1. Wetzel. Schutz. *quæ et ab accusatore et defensore;* Orell. *quæ ab accusatore et a defensore.* Mox Guelf. 1. et Erl. 1. *debent afferri.*

Cap. XXXI. 1 Lamb. *non quod.* Actutum *hoc quidem* desunt Guelf.—2 Lamb. e codice Memmiano, *alterum, quod propriis nominibus personarum, locorum, ac temporum distinctum est, in quo uno illi occupati sunt; superius vero illud, quod totum est in ratione generis positum, quasi non necessarium sit, nullis præceptis aperiunt, ignari.*—3 Guelf. 1. *ne pertineat.*—4 Lamb. *interfecerit.*—

NOTÆ

[o] *Nulla d. est causa*] Nulla est causa, inquit Antonius, in qua id quod in judicium et controversiam vocatur, quæri debeat ac peti ex ipsis reorum personis, sed omnia referri debent ad universum genus. Sic in hac ipsa, quæ modo proposita est causa, ad oratoris locos nec Opimii nec Decii persona pertinet; non ex ipsis deducenda sunt argumenta, sed ex ipso facto, quod generatim spectatur.

sonis, non[5] generum ipsorum universa disputatione quæratur. 135. Quinetiam in iis ipsis, ubi de facto ambigitur, ceperitne contra leges pecunias[6] P. Decius,[p] argumenta et criminum et defensionis revocentur oportet ad genus, et ad naturam universam: quod sumtuosus,[q] de luxuria:[7] quod alieni appetens, de avaritia: quod seditiosus, de turbulentis et malis civibus: quod a multis arguitur, de genere testium: contraque, quæ pro reo[8] dicentur, omnia necessario a tempore atque homine ad communes rerum et generum summas revolventur. 136. Atque hæc forsitan homini, non omnia, quæ sunt in natura rerum, celeriter animo comprehendenti, permulta videantur,[9] quæ veniant in judicium tum, cum de facto quæratur: sed tamen criminum est multitudo, non defensionum aut locorum, infinita.[z][10] XXXII. 137. Quæ vero, cum de facto non ambigitur, quæruntur, qualia sint; ea si ex reis numeres, et innumerabilia sunt, et obscura; si ex rebus, valde et modica, et illustria.[a] Nam si Mancini causam[r] in uno Mancino ponimus, quo-

[z] *Facta et crimina quæ in judicium veniunt et agitantur in foro permulta fortasse esse videantur homini non acutissimo; sed quamvis revera multa essent genera, ipsi tamen loci, unde factorum accusatio et defensio petitur, minime multi sunt.*

[a] *Si recensere velis eos, quorum privata causa in judicium venit, multa sunt: si res ipsas et causarum genera spectes, pauca, et cognitu facilia.*

5 Guelf. 1. 2. *venit, reorum personis, ac non;* Lamb. etiam *ac non.* Mox, pro *disputatione,* Schutz. e Guelf. 1. recepit *dubitatione,* probante Goerenz. ad Legg. 1. 21. 56.—6 'Guelf. 1. 2. 3. *ceperitne pecunias contra leges,* ordine concinniore, Schutzio jam bene monente.' *Harles.* Mox, *argumenta criminum* Steph. et Lamb.—7 Guelf. 1. Schutz. Harl. et Orell. *de luxurie.* Mox, *de turbulentis de malis* Guelf. 3.—8 Guelf. 1. *contraque etiam pro reo;* Steph. *contra, quæ pro reo.*—9 Guelf. 1. *videntur.*—10 Lamb. conj. *sed tamen hominum est multitudo, non criminum, aut defensionum, aut locorum, infinita;* unde Schutz. *sed tamen hominum est multitudo, non criminum aut defensionis locorum, infinita.* Pearc. malit, *sed tamen criminum est multitudo, non defensionum locorum infinita.* Erl. 1. habet *non defensorum aut locorum infinitæ;* Guelf. 1. *multitudo est,* ac deinde, *non defensorum aut.*

NOTÆ

[p] *P. Decius*] Non unus ex iis qui se pro patria devoverunt; fortasse is fuerit, qui quæstura functus est A. U. C. 628. ante Chr. 126.

[q] *Quod sumtuosus*] Accusatur v. g. Decius, quod sumtus nimios fecerit? argumenta defensionis et accusationis petenda erunt e communi genere et loco, de luxuria: quod alienas opes appetiverit? de avaritia, &c.

[r] *Mancini causam*] Quam explicuimus l. 1. de Orat. § 181. Eodem loco exponitur, quid sit pater-patratus.

tiescumque is,[b] [1] quem pater-patratus[c] dediderit, receptus non erit,[d] toties causa nova nascetur. Sin in illa [2] controversia causam facit, videaturne ei, quem pater-patratus dediderit, si is non sit receptus, postliminium esse;[e] nihil ad artem dicendi, nec ad argumenta defensionis, Mancini nomen pertinet. 138. Ac, si quid affert præterea hominis aut dignitas,[f] aut indignitas, extra quæstionem est,[g] et ea tamen ipsa oratio [3] ad universi generis disputationem referatur necesse est.[h] Hæc ego non eo consilio disputo, ut homines eruditos redarguam: quanquam reprehendendi sunt, qui [4] in genere definiendo istas causas describunt in personis et in temporibus positas esse.[i] 139. Nam etsi incurrunt tempora, et personæ,[j] tamen intelligendum est, non ex iis, sed ex genere quæstionis[k] pendere causas. Sed hoc nihil ad me.[l] Nullum enim nobis certamen cum istis esse [5] debet tantum: satis est intelligi, ne hoc quidem[s] eos consecutos, quod in tanto otio, etiam sine hac forensi exercitatione, efficere potuerunt, ut genera rerum discernerent,

[b] *Si persona Mancini et nomine includimus ejus causam, et novam litem statuimus, quoties novus reus erit, &c.*

[c] *Pacis et belli conficiendi auctoritatem habens.*

[d] *Ab hoste cui pater-putratus ipsum tradidit.*

[e] *Jus eorum, qui ad suam civitatem, unde ubfuerunt, domumque suam ac limen postea revertuntur.*

[f] *Si quod argumentum peti potest ab hominis dignitate, &c.*

[g] *Non pertinet ad causæ totius caput.*

[h] *Argumentu quæ petuntur ab ipsis reis, revocanda sunt ad locum illum communem, quo nititur controversia.*

[i] *Qui cum causarum genera duo faciant, alterum in personis ac temporibus positum esse volunt.*

[j] *Licet causæ sint astrictæ certis personis ac temporibus.*

[k] *Ex controversia universim spectata.*

[l] *Parum curo, quam recte isti rhetores causarum genera diviserint.*

Cap. xxxii. 1 Erl. 1. *quotiens is;* ab altera manu supra scriptum est *cunque.* Pronomen *is* omissum est in Guelf. 3. Mox, Erl. 1. *totiens.*—2 *Sin illa* Guelf. 1. 2. 3. et edd. ante Ernesti.—3 Erl. 1. Guelf. 1. Joan. et vet. Stephan. *oratione,* quod recepit Pearc. *ratione* codd. Mag. et Norf.—4 Steph. et Lamb. *ii, qui.*—5 Lamb. *cum istis certamen.* Vulgo interpungitur, *debet:*

NOTÆ

[s] *Ne hoc quidem*] Causas, ut par est, agere non potuerunt sine exercitatione forensi; at certe recte dividere ac definire illas ipsas causas in otio suo potuerunt et debuerunt; in quo tamen ipso peccarunt.

eaque paulo subtilius explicarent. Verum hoc (ut dixi) nihil ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos, Cotta noster et Sulpici: 140. quomodo nunc se istorum artes[m] habent, pertimescenda est multitudo causarum: est enim infinita, si in personis ponitur;[6] quot homines, tot causæ: sin ad generum universas quæstiones referuntur; ita modicæ et paucæ sunt, ut eas omnes,[7] diligentes, et memores, et sobrii oratores percursas animo, et, prope dicam, decantatas[8] habere debeant: nisi forte existimatis, a M' Curio[t] causam didicisse L. Crassum, et ea re multa attulisse, quamobrem, postumo non nato, Curium tamen hæredem Coponii esse oporteret.[n] 141. Nihil ad copiam argumentorum, neque ad causæ vim ac naturam nomen Coponii, aut Curii,[9] pertinuit. In genere erat universo rei negotiique, non in tempore ac nominibus, omnis quæstio; cum[10] scriptum ita sit, 'Si mihi[o] filius genitur,[11] isque prius moritur,' et cetera, 'tum ut mihi ille sit hæres:' si natus filius non sit, videaturne is, qui filio mortuo institutus hæres sit, hæres esse. XXXIII. Perpetui

[m] *Si sequamur istorum præcepta.*

[n] *Nisi forte creditis L. Crassum, cum M' Curii causam egit, ab ipso nomine et persona M' Curii argumenta sumsisse, quibus ad dicendum uteretur; et ea re, ejus nomine ac persona multum profecisse, ut probaret Curium hæredem Coponii esse oportere, quamvis Coponio postumus filius nullus natus esset.*

[o] *Tota quæstio versabatur in explicando illo Scripto, si mihi, &c.*

tantum satis, &c. 'Ernesti perperam distinxit.' *Orell.*—6 Ita Junt. Crat. Man. Grut. *ponuntur* conj. Lamb. recepit Schutz. Ante Ernesti distinguebant, *infinita. Si, &c.* In marg. ed. 1584. Lambino tribuitur, *quia quot homines;* sic habet Vet. ap. Steph. non vero Lamb. 1566.—7 Ita nonnulli codd. Pearc. *omnes eas* Junt. Crat. Man. Grut.—8 Ita codd. Gronov. et Erl. 1. *prope decuntatas* vulgo ante Ernesti. Mox, Lamb. conj. *a M' Curii nomine causam duxisse L. Crassum.* Pro *ea re,* unus codex habet *ex re;* unde Pearc. suspicabatur *ex reo.* Schutz. conj. *et ex ore ejus.* Pro *multa,* codd. aliquot, item edd. Junt. Crat. Man. *multum.*—9 Ita codd. aliquot Lambini, novem ap. Pearc. Erl. 1. item edd. Venet. et Mediol. *ac Curii* Streb. Verb. et vulgg. ante Ernesti.—10 Pearc. et al. ante Ernesti, *quæstio, cum, &c.* Ed. s. l. et a. *in certis personis ac nominibus, &c.*—11 Ita Erl. 1. Guelf. 2. 3. Lamb. Pearc. *genitus* Gronov. et Verb. *genitor* Guelf. 1. *gignitur* Junt. Crat. Man. Mox, Guelf. 2. omittit *moritur.* Deinde, *videaturne qui* Guelf. 1. *tum mihi ille hæres esto* Lamb.

NOTÆ

[t] *A M' Curio*] Totam hanc causam exposuimus l. I. de Orat. in notis ad § 180.

juris, et universi generis quæstio non hominum nomina, sed[1] rationem dicendi, et argumentorum fontes desiderat.[p] 142. In quo etiam isti nos jurisconsulti impediunt, a discendoque deterrent. Video enim in Catonis et Bruti[u] libris nominatim fere[2] referri, quid alicui de jure viro aut mulieri responderint: credo, ut putaremus, in hominibus, non in re, consultationis[3] aut dubitationis causam aliquam fuisse; ut, quod homines essent innumerabiles, debilitati a jure[4] cognoscendo, voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abjiceremus.

Sed hæc Crassus aliquando nobis expediet, et exponet descripta generatim:[q] est enim, ne forte nescias, heri nobis ille hoc, Catule, pollicitus, se jus civile, quod nunc diffusum et dissipatum est, in certa genera coacturum,[r] et ad artem facile redacturum.[5] 143. Et quidem, inquit Catulus, haudquaquam id est difficile Crasso, qui et, quod disci potuit de jure, didicit: et, quod iis, qui eum docuerunt, defuit, ipse afferet; ut, quæ sint in jure, vel apte[6] describere, vel

[p] *Controversia, quæ jure aliquo certo et perpetuo nititur, non pendet ab hominum nominibus, sed ad communes quosdam dicendi locos, qui sunt argumentorum fontes, revocanda est.*

[q] *Sed aliquando Crassus juris scientiam hominum nominibus ac factis impeditam explicabit, et ad certa rerum genera, quæ pauca sunt, revocabit.*

[r] *Collecturum.*

Cap. xxxiii. 1 Particula *sed* omittitur in tribus Guelf. Mox, pro *fontes*, margo Crat. et Steph. *formas.*—2 Mull. conj. *semper*, vel *fere semper*. Mox, *ac mulieri* Guelf. 1.—3 Cod. Oxon. Guelf. 1. et Erl. 1. *non in re consulta rationis*, idque placuit Gronovio. Actutum, Guelf. 3. *ac dubitationis.* Deinde, *ut, quod homines innumerabiles sint* Guelf. 1.—4 Cant. et Wag. *debilitati a me a jure;* unde Pearc. conj. *debilitati metu a jure;* Schutz. conj. *debilitati in jure.* —5 Hæc verba, *et ad artem facile redacturum*, desunt in Erl. 1. *facilem* Guelf. 3. Lamb. Schutz. Orell. *facile* Junt. Crat. Man. quod Ernestio spurium videtur.—6 Ita Steph. Lamb. Grut. *vel acute* codd. Cant. Norf. Mead. Harl. 2. Nov. Mag. Bod. Bal. cum edd. Junt. Crat. Victor. Man. Lallem. *vel accurate*

NOTÆ

[u] *Catonis et Bruti*] M. Catonem principem Porciæ familiæ celebrem fuisse jurisconsultum, ejusque libros ætate sua extitisse, tradit Pomponius ff. lib. I. tit. 2. de Origine Juris. Ibidem fit Bruti mentio: 'Post hos fuerunt P. Mucius et Brutus et Manilius, qui fundaverunt jus civile. Ex his P. Mucius etiam decem libellos reliquit, Brutus septem: et extant volumina scripta, Manilii monumenta: illi duo consulares fuerunt, Brutus prætorius, P. autem Mucius et pontifex maximus.'

ornate illustrare possit. Ergo ista, inquit Antonius, tum a Crasso discemus, cum se de turba et a subselliis[s] [7] in otium, (ut cogitat) soliumque contulerit. 144. Jam id quidem sæpe, inquit Catulus, ex eo audivi, cum diceret, sibi certum esse, a judiciis causisque discedere: sed, ut ipsi soleo dicere, non licebit: neque enim ipse auxilium suum sæpe a viris bonis[8] frustra implorari patietur, neque id æquo animo feret civitas; quæ si voce L. Crassi carebit, ornamento quodam sese spoliatam putabit. Nam hercle,[9] inquit Antonius, si hæc vere a Catulo dicta sunt, tibi mecum in eodem est pistrino,[v] Crasse, vivendum:[t] et istam oscitantem[u] et dormitantem sapientiam Scævolarum,[w] et ceterorum beatorum otio concedamus. 145. Arrisit hic Crassus leniter, et, Pertexe modo,[v] inquit, Antoni, quod exorsus es: me tamen ista oscitans sapientia, simulatque ad eam confugero, in libertatem vindicabit.

XXXIV. Hujus quidem loci, quem modo sum exorsus, hic est finis,[w] inquit Antonius: quoniam intelligitur,[1] non in hominum innumerabilibus personis, neque in infinita temporum varietate, sed in generum causis atque naturis omnia

[s] *A tumultu et forensibus causis.*

[t] *Eadem ars causarum in foro tractandarum nobis, dum vivemus, erit exercenda, quamvis sit plena defatigationis.*

[u] *Cessantem et otiosam.* [v] *Absolve quod incepisti.*

[w] *Eo spectat omnis disputatio, quam supra de locis communibus exorsus sum, ut, &c.*

conj. Mull.—7 Lamb. *et subselliis.* Mox, pro *soliumque*, quod e codd. Palat. reposuit Grut. *solitudinemque* habent multi codd. cum edd. Junt. Crat. Man. Lamb.—8 Guelf. 3. *a bonis viris; τὸ viris* deest in Guelf. 2. Mox, *neque æquo id animo* Guelf. 2. 3.—9 *Jam hercle* conj. Mull. Mox, *pistrino instituto* Cant. Norf. Bal. Nov. Wag. Joan. Mead. Harl. 1. 2. Guelf. 1. Erl. 1. Mediol. Venet. *instituto est pistrino* Guelf. 3. *pristino instituto* edd. vett. ap. Orell. *pristino* Crat. Pro *vivendum* Schutz. conj. *pervivendum*, vel *porro vivendum.* Deinde, *ut istam* Lamb. *ut illam* al. *et* deest in Guelf. 2. 3. *et statim* Guelf. 1. *et dormitantem* desunt in codd. aliquot ap. Grut.

CAP. XXXIV. 1 Steph. et Lamb. *intelligeretur.* Mox, *neque infinita* Steph.

NOTÆ

[v] *Pistrino*] Hic ingentis ac molesti laboris plenum opus significat; ducta translatione ab exercitatione durissima cui servi addicebantur.

[w] *Scævolarum*] Sic vocat jurisconsultos, inter quos celeberrimus erat Scævola.

sita esse, quæ in dubium vocarentur; genera autem esse definita, non solum numero, sed etiam paucitate: [*p.* 122.] ut eam materiem orationis, quæ cujusque esset generis, studiosi qui essent dicendi,[2] omnibus locis descriptam, instructam, ornatamque [x] comprehenderent, rebus dico et sententiis. 146. Eæ vi sua verba [3] parient,[y] quæ semper satis ornata mihi quidem videri solent, si ejusmodi sunt,[4] ut ea res ipsa peperisse videatur. Ac, si verum quæritis, quod mihi quidem videatur, (nihil enim aliud affirmare possum, nisi sententiam et opinionem meam) hoc instrumentum causarum et generum universorum in forum deferre debemus, neque, ut quæque res delata ad nos erit, tum denique scrutari locos,[z] ex quibus argumenta eruamus: quæ quidem omnibus, qui ea mediocriter modo considerarint, studio adhibito et usu, pertractata esse possunt; sed tamen animus referendus est ad ea capita, et ad illos,[5] quos sæpe jam appellavi, locos, ex quibus omnia ad omnem orationem inventa ducuntur. 147. Atque hoc totum est sive artis, sive animadversionis, sive consuetudinis, nosse regiones, intra quas venere [x] et pervestiges,[6] quod quæras: [a] ubi eum locum omnem cogitatione sepseris,[b] si modo usum [7] rerum

[x] *Distributam in omnes locos communes et universa genera.*
[y] *Si res ac sententiæ collectæ fuerint, ex iis nascentur sua sponte verba.*
[z] *Hanc supellectilem ac copiam præceptorum artis nobis debemus comparasse, antequam in forum veniamus; neque ad ea tum primum recurrere, cum causa nobis traditur peroranda.*
[a] *Argumentorum sedes, quarum ope quasi venando quæras et captes id quod vis.*
[b] *Postquam aliquem locum diligenter excusseris.*

—2 Lamb. conj. *discendi.* Actutum, *omnem* conj. Schutz.—3 *Ea vi sua verba* Erl. 1. Junt. Crat. Victor. Man. *Ea vi, ut sua verba* ed. s. l. et a. *Et vi sua verba* Steph. *Etenim vi sua verba* ed. 1566. In marg. ed. 1584. Lambino tribuitur, *Etenim eæ vi sua verba.* Mox, pro *parient*, duo codd. habent *rapiant;* unde Heusinger et Schutz. *rapient*, quod ipsum præbet Vet. ap. Steph.—4 Steph. et Lamb. *sint.*—5 Steph. et Lamb. *et ad eos.*—6 Ita e codd. Grut. Lallem. et recentt. *venere ut pervestiges* Man. *venire debens, ut pervestiges* Junt. Crat. Lamb.—7 Guelf. 2. 3. alii codd. ap. Lamb. Schutz. Harl. et Orell. *usu.*

NOTÆ

[x] *Venere*] Lectionem nostram cum probatissimi codices, tum ipsa quæ sequuntur verba confirmant; in quibus translatio a venatione ducta continuatur. Habent plerique minus recte, *intra quas venire debeas, ut pervestiges quod quæras.*

percallueris, nihil te effugiet, atque omne, quod erit in re, occurret atque incidet. XXXV. Et sic,[1] cum ad inveniendum in dicendo tria sint; acumen, deinde ratio, quam licet (si volumus) appellemus artem, tertium diligentia; non possum equidem non ingenio primas concedere: sed tamen ipsum ingenium diligentia etiam ex tarditate incitat:[c] 148. diligentia, inquam, quæ[2] cum omnibus in rebus, tum in causis defendendis plurimum valet: hæc præcipue colenda est nobis; hæc semper adhibenda; hæc nihil est, quod non assequatur. Causa ut penitus, quod initio dixi, nota sit, diligentia est:[d] ut adversarium attente audiamus, atque ut ejus non solum sententias, sed etiam verba omnia excipiamus,[e] vultus denique perspiciamus omnes, qui sensus[3] animi plerumque indicant, diligentia est: 149. id tamen dissimulanter facere, ne sibi ille aliquid proficere videatur, prudentia est:[f] [4] deinde ut in iis locis, quos proponam paulo post, pervolvatur[g] animus, ut se penitus insinuet in causam, ut sit cura et cogitatione intentus, diligentia est: ut his rebus adhibeat, tanquam lumen aliquod, memoriam, ut vocem, ut vires:[h] hæc magna sunt.[i] [5] 150. Inter ingenium quidem et diligentiam perpaululum loci reliquum est arti:[j] [6] ars demonstrat tantum, ubi quæras, atque ubi

[c] *Quamvis tardum sit, excitat.* [d] *Efficit.*

[e] *Colligamus et animadvertamus, ut melius orationis ejus firmamenta convellere possimus.*

[f] *Ne putet adversarius a se bene perorari causam, si videat se studiose et attente audiri.*

[g] *Totus occupetur.* [h] *Diligentia efficit.*

[i] *Hæc magna percipiuntur commoda ex diligentia.*

[j] *Cum ad eloquentiam plurimum valeat et ingenium et diligentia, ad illam ars parum conferre potest.*

CAP. XXXV. 1 *Et si* Guelf. 2. 3. *in dicendo* desunt in Guelf. 1. *tria sunt* Guelf. 1. 3. *hæc tria sunt* Victor. *hæc tria sint* Junt. Crat. Lamb.—2 Ita Erl. 1. Joan. Cant. Wag. Harl. 1. alii codd. ap. Lamb. item edd. Ascens. Steph. Lamb. Pearc. *quæ* omittunt Junt. Crat. Man. Grut.—3 Ita Man. Steph. Lamb. *sensum* Junt. Crat.—4 Hæc verba, *id t. d. f. ne s. i. a. p. v. p. est,* ut spuria damnavit Schutz. delevit vero Mull. uncis inclusit Orell. Paulo post, *revolvatur* Guelf. 1. ed. s. l. et a. et margo Crat. Mox, *ut penitus* multi codd. et ed. s. l. et a.—5 Verba, *hæc magna sunt,* desunt in Erl. 1. pro quo Ernesti, Wetzel. et Schutz. conj. *diligentia est;* et sic edidit Orell.—6 Guelf. 1. *paulum loci reliquum est arti;* Guelf. 2. *perpaulum loci relictum est arti;* Lamb. etiam *relictum.* Paulo post, *reliqua, quæ sunt* Junt. Crat. Steph. *reliqua vero*

sit illud, quod studeas invenire; reliqua, sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, assiduitate, labore; complectar uno verbo,[7] quo sæpe jam usi sumus, diligentia; qua una virtute omnes virtutes reliquæ continentur. 151. Nam orationis quidem copia videmus ut abundent philosophi, qui, ut opinor (sed tu hæc, Catule,[k] melius) nulla dant præcepta dicendi, nec idcirco minus, quæcumque res proposita est, suscipiunt, de qua copiose et abundanter loquantur.

XXXVI. 152. Tum Catulus, Est, inquit, ut dicis, Antoni, ut plerique philosophi[1] nulla tradant præcepta dicendi, et habeant paratum tamen, quid de quaque re dicant. Sed Aristoteles,[y] is, quem maxime ego admiror,[2] proposuit quosdam locos, ex quibus omnis argumenti via, non modo ad philosophorum disputationem, sed etiam ad hanc, qua in causis utimur, inveniretur: a quo quidem homine jamdudum, Antoni, non aberrat[3] oratio tua,[l] sive tu similitudine illius divini ingenii in eadem incurris vestigia, sive etiam illa ipsa legisti atque didicisti: quod quidem magis[4] verisimile videtur. Plus enim te operæ Græcis dedisse rebus video, quam putaramus.[5] 153. Tum ille, Verum, inquit, ex me audies, Catule: semper ego existimavi, jucundiorem et probabiliorem huic populo oratorem fore, qui primum quam

[k] *Intelligis et explicare potes.*
[l] *Cujus tu methodum et artis tradendæ viam sequeris.*

sunt duo codd. ap. Orell.—7 Ita Man. Lamb. Grut. et recentt. *complectar hoc uno verbo* Junt. Crat. Victor. *complector* Erl. 1. Actutum, *quo sæpe jam sum usus* Guelf. 1. 2. et dein *qua una omnes*, omisso voc. *virtute*, Guelf. 1.

CAP. XXXVI. 1 Guelf. 1. *ut philosophi*, omisso *plerique*. Mox, idem codex, *quid de qua re dicant*. Pro *quid* Ernesti malit *quod*.—2 Guelf. 2. 3. *quem ego maxime admiror*, prob. Harl. Mox, pro *argumenti via*, quod e codd. Palat. Pith. et Memm. recepit Grut. *argumenti ratio* habent Guelf. 1. Steph. Lamb. 1566. *argumentatio* Guelf. 2. 3. Paris. Junt. Crat. Man. *argumentandi ratio* Lamb. et margo ed. 1584. *argumenti via et ratio* conj. Mull. Paulo post, *sed etiam ad hanc rationem* Guelf. 1. *sed etiam ad hanc orationem* Guelf. 2. Steph. Lamb. In Guelf. 3. locus deest.—3 Margo Crat. *abhorret;* Omnib. *non abhorret, nec aberrat*.—4 Ita codd. Guelf. ed. 1584. et Grut. *mihi magis* Junt. Crat. Victor. Man. Lamb.—5 Ita codd. Gruteri; *putaram* Guelf. 2. Junt.

NOTÆ

[y] *Aristoteles*] De quo notas consule in l. I. de Invent. § 7.

minimam artificii alicujus, deinde nullam Græcarum rerum significationem daret:[m] atque ego idem[6] existimavi, pecudis esse, non hominis, cum tantas res[n] Græci susciperent, profiterentur, agerent, seseque[7] et videndi res obscurissimas, et bene vivendi, et copiose dicendi rationem hominibus daturos pollicerentur, non admovere aurem, et, si palam audire eos non auderes, ne minueres apud tuos cives auctoritatem tuam, subauscultando[o] tamen excipere voces eorum, et procul, quid narrarent, attendere: itaque feci, Catule, et istorum omnium summatim causas et genera ipsa gustavi.[p] XXXVII. 154. Valde hercule, inquit Catulus, timide, tanquam ad aliquem libidinis scopulum,[1 z] sic tuam mentem ad philosophiam appulisti, quam hæc civitas aspernata nunquam est. Nam et referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum, cum erat in hac gente Magna illa Græcia:[q 2 a] ex quo etiam quidam Numam Pompilium, regem nostrum, fuisse Pythagoreum ferunt; qui annis permultis[b] ante fuit, quam ipse Pythagoras: quo etiam major

[m] *Qui quam minimum significaret se artem eloquentiæ didicisse, nullo vero modo Græcas literas attigisse.*

[n] *Tantam eruditionem.* [o] *Clam et privatim audiendo.*

[p] *Leviter et cursim didici summa capita et genera causarum ac rerum quas docent.*

[q] *Cum erat Græcæ ditionis ea pars Italiæ, quæ Magna Græcia dicitur.*

Crat. Victor. Man. Lamb. *putaremus* Omnib.—6 Guelf. 2. *atque idem ego*, prob. Schutz. et Harl.—7 Guelf. 1. *sese.* Idem paulo post, *daturos hominibus.* Deinde, pro *et*, *si*, Lamb. *nec*, *si.*

CAP. XXXVII. 1 Ita Junt. Crat. Man. *tanquam navem ad, &c.* conj. Streb. *tanquam ad aliquem Sirenum scopulum* malit Lamb. *latentem scopulum* conj. Verburg.—2 *Magna Græcia* Man. Mox, *Pompilium, illum regem* Junt. Crat.

NOTÆ

[z] *Libidinis scopulum*] Connotat vel Circes, vel Sirenum scopulos poëtarum fabulis celebres.

[a] *Magna illa Græcia*] Ad orientalem Italiæ plagam Brutios inter et Salentinos pertinet ea regio, quam olim Magnam Græciam dixere: nunc pars est regni Neapolitani.

[b] *Qui annis permultis*] Numa Pompilius secundus Romanorum rex, de quo diximus libro superiore in notis ad § 37. regnum quod tenuit annos 43. auspicatus est A. U. C. 40. Olymp. XVI. 3. ante Chr. 714. Tarquinio Superbo rege, qui regnare cœpit, ut refert Dionysius, anno 4. Olymp. LXI. U. C. 221. Pythagoras in Italiam venit; et quidem, si credimus Iamblicho, circa Olymp. LXX. annis circiter ab U. C. 222. Ex quibus colligitur,

vir habendus est, cum illam sapientiam constituendæ civitatis duobus prope sæculis ante cognovit, quam eam Græci natam esse senserunt:[r] et certe non tulit ullos hæc civitas aut gloria clariores, aut auctoritate graviores, aut humanitate politiores, P. Africano, C. Lælio, L. Furio,[c] qui secum eruditissimos homines ex Græcia palam semper habuerunt. 155. Atque ego ex[3] istis sæpe audivi, cum dicerent, pergratum Athenienses et sibi fecisse, et multis principibus civitatis, quod, cum ad senatum legatos[d] de suis maximis rebus mitterent, tres illius ætatis nobilissimos philosophos misissent, Carneadem, et Critolaum, et Diogenem: itaque eos, dum Romæ[4] essent, et a se, et ab aliis frequenter auditos. [*p.* 123.] Quos tu cum haberes auctores,[s] Antoni, miror, cur philosophiæ, sicut Zethus[e] ille Pacuvianus, prope bellum indixeris. 156. Minime,[5] inquit Antonius: ac sic decrevi 'philosophari[f] potius,' ut

[r] *Antequam Græci cognoscerent illam regendæ civitatis scientiam, quam a Pythagora didicerunt.*

[s] *Cum scires eorum auctoritate et nomine philosophiam niti.*

Lamb. Paulo post, *permultis annis* Lamb.—3 Lamb. et Steph. *hoc ex.*—4 Lamb. *quum Romæ.*—5 *Minime vero* Lamb. et Wetzel. Mox, Ernesti conj.

NOTÆ

quod hic tradit Catulus, Numam duobus prope sæculis prius vixisse quam Pythagoram, annis scilicet omnino 182.

[c] *L. Furio*] De quo videndus Ciceronis Brutus.

[d] *Ad senatum legatos*] Carneades Academicus, Diogenes Stoicus, et Critolaus Peripateticus, celeberrimi ætatis suæ philosophi, ab Atheniensibus Romam ad senatum populumque Romanum legati sunt, ut postularent civitati remitteretur talentum fere quingentum mulcta, quam propter Oropi vastationem fecerat. Tempus hujus legationis Cicero Acad. Quæst. l. IV. refert ad P. Scipionem et M. Marcellum coss. qui A. U. C. 599. ante Chr. 105. rempub. administrarunt. Gellius l. XVII. temporibus belli Punici secundi: Pausanias in Achaicis A. U. C. 603. assignat. Gellius VII. 14. De Carneade et Critolao diximus libro superiore, § 45.

[e] *Zethus*] Jovis ex Antiopa filius, frater Amphionis, cui in condendis Thebis operam commodavit. Eum, ut ab artibus aversum, Pacuvius in tragœdia invehentem in musicam inducit, quam Amphion tuetur. Consule l. II. ad Heren. § 43.

[f] *Philosophari*] Censet Vossius versum illum Ennii fuisse trochaicum quadratum hujusmodi, 'Philosophari mihi est necesse; at paucis: nam omnino haud placet.' Idque colligit ex Tusc. Quæst. l. II. § 1. ubi legitur 'Neoptolemus quidem apud Ennium

Neoptolemus[g] apud Ennium 'paucis: Nam omnino haud placet.'[t] Sed tamen hæc est[6] mea sententia, quam videbar exposuisse: ego ista studia[u] non improbo, moderata modo sint: opinionem istorum studiorum, et suspicionem[7] artificii apud eos, qui res judicent, oratori adversariam esse arbitror: imminuit enim et oratoris auctoritatem, et orationis fidem. XXXVIII. 157. Sed, ut eo revocetur, unde huc declinavit oratio, ex tribus istis clarissimis philosophis, quos Romam venisse dixisti, videsne Diogenem fuisse,[1] qui diceret, artem se tradere bene disserendi, et vera ac falsa dijudicandi, quam verbo Græco διαλεκτικὴν[h] appellaret? In hac arte, si modo est hæc ars, nullum est præceptum, quo modo verum inveniatur, sed tantum est, quo modo judicetur. 158. Nam et omne,[2] quod eloquimur sic, ut id aut esse dicamus, aut non esse, et si simpliciter dictum sit, suscipiunt dialectici, ut judicent,[3] verumne sit, an falsum: et si conjuncte sit elatum, et adjuncta sint alia, judicent, rectene adjuncta sint: et verane summa sit uniuscujusque rationis:[v] et ad extremum ipsi se compungunt suis acu-

[t] *Non indixi bellum philosophiæ, ut ais: eam igitur attingo, sed obiter ac paucis: nam in ea totum esse et omnino philosophari non placet.*

[u] *Philosophiæ.*

[v] *Omnis propositio aut affirmat aliquid, aut negat; et si quidem simplex sit, profitentur dialectici se judicare an vera an falsa sit: et si composita sit, judicant an id, quod subjicitur propositioni, recte adjunctum sit, an secus; et an tota ratio simul sumta sibi cohæreat.*

at sic decrevi.—6 Lamb. *est hæc.* Mox, Erl. 1. *quam omnino videbar exposuisse.* —7 Steph. *suspicionem omnem.*

CAP. XXXVIII. 1 *Diog. eum fuisse* codd. Mead. Joan. Cant. Nov. Wag. Erl. 1. item edd. Pearc. Harl. et Orell. *vides me* Erl. 1. a m. sec.—2 *Nam omne* Guelf. 1. et Schutz. *Nam est omne* conj. Wyttenb. et Wetzel. *Nam et omne, quod eloquimur, eloquimur sic* conj. P. Faber, recepit Lallem. Pro *sic*, codd. Cant. et Nov. habent *sit;* Mag. Pal. 1. Memm. edd. vett. Junt. Crat. Pearc. *fit.* Locum ita edidit Schutz. *Nam omne, quod eloquimur sic, ut id aut esse dicamus, aut non esse, id si, &c.* Guelf. 2. 3. *ut aut esse*

NOTÆ

philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis: nam omnino haud placere.'

[g] *Neoptolemus*] Pyrrho Achillis filio Neoptolemi cognomen impositum, quod adolescentulus in bello Trojano militiæ tirocinium fecerit.

[h] Διαλεκτικὴν] Dialecticam ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, *a disserendo,* nomen habet.

minibus,[w] et multa quærendo, reperiunt non modo ea, quæ jam non possint[4] ipsi dissolvere, sed etiam quibus ante exorsa, et potius detexta prope, retexantur.[x] 159. Hic nos igitur Stoicus iste nihil adjuvat,[y] quoniam quemadmodum inveniam quid dicam, non docet: atque idem etiam impedit, quod et multa reperit, quæ neget[5] ullo modo posse dissolvi, et genus sermonis affert non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum ac minutum: quod si quis[6] probabit, ita probabit, ut oratori tamen aptum non esse fateatur. Hæc enim nostra oratio, multitudinis est auribus accommodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos,[7] ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur.[z] 160. Quare istam artem totam dimittamus, quæ in excogitandis argumentis muta nimium est, in judicandis nimium loquax. Critolaum istum,[8] quem simul cum Diogene venisse commemoras, puto plus huic studio[a] nostro prodesse potuisse. Erat enim ab isto[9] Aristotele,[b] a cujus inventis tibi ego videor non longe aberrare: atque inter hunc Aristotelem, (cujus et illum legi librum, in quo exposuit dicendi artes omnium superiorum, et illos, in quibus ipse sua quædam de eadem arte dixit,) et hos germanos hujus artis magistros,[c] hoc mihi visum est interesse, quod ille eadem acie mentis, qua rerum omnium vim naturamque

[w] *Ipsi se impediunt nimia subtilitate.*

[x] *Quibus refellantur ea, quæ ab iis in principio disputationis probata esse videbantur.*

[y] *Diogenes et similes illius Stoici nihil oratorem adjuvant.*

[z] *Quæ non expenduntur peritorum judicio et accurata quadam statera, qualis est aurificum.*

[a] *Arti oratoriæ.* [b] *Ex Aristotelis schola prodierat.*

[c] *Hos qui se profitentur rhetoricam proprie docere.*

dicamus id. Mox, *verum sit* Guelf. 1.—3 Guelf. 1. et Mull. *judicant.*—4 Codd. Nov. Bal. Norf. Guelf. 1. 3. *possunt.* Mox, *seu potius* margo ed. 1584. *aut potius* al. ap. Pearc. *vel potius* conj. Ernesti.—5 Codd. Joan. Nov. Bal. Cant. Wag. Mead. Harl. 1. 2. Norf. Erl. 1. Guelf. 1. cum edd. Venet. et Mediol. *negat;* et sic legunt Harles. et Wetzel.—6 Guelf. 1. 2. 3. et Orell. *quod si qui;* Junt. Crat. Lamb. *quod si quid.*—7 Guelf. 2. 3. *et ad oblect. animos, et ad imp.* Mox, pro *aurificis,* quidam codd. habent *artificis.* Dein, *sed populari quadam* malit Harles.—8 Melius abfuerit *istum,* ait Schutz.—9 Lamb. *ab ipso.*

viderat, hæc quoque aspexit, quæ ad dicendi artem, quam ille[10] despiciebat, pertinebant: illi autem, qui hoc solum[d] colendum ducebant, habitarunt[e] in hac una ratione tractanda, non eadem prudentia, qua ille, sed usu, in hoc uno genere, studioque majore. 161. Carneadis[11] vero vis incredibilis illa dicendi, et varietas, perquam esset optanda nobis: qui nullam unquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit; nullam oppugnavit, quam non everterit. Sed hoc majus est quiddam,[12] quam ab iis, qui hæc tradunt et docent, postulandum sit.

XXXIX. 162. Ego autem, si quem nunc plane rudem[1] institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduis uno opere eandem incudem[i] diem noctemque tundentibus,[f] qui omnes[2] tenuissimas particulas, atque omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris, in os inserant. Sin sit is, qui et doctrina mihi[3] liberaliter institutus, et aliquo jam imbutus usu, et satis acri ingenio esse videatur; illuc eum[4] rapiam, ubi non seclusa aliqua aquula teneatur, sed unde universum flumen erumpat:[g] qui[5] illi sedes, et tanquam domicilia omnium argumentorum commonstret, et ea brevi-

[d] *Unam artem bene dicendi.* [e] *Versati sunt.*

[f] *Dabo illum informandum eloquentiæ magistris, qui ejus artis præcepta discipulorum auribus diu noctuque inculcant.*

[g] *Tradam illum alicui erudiendum, qui non tantum rivulos eloquentiæ, sed ipsum fontem, unde omnia oriuntur argumenta, commonstret.*

Idem mox omisit *Aristotelem.*—10 'Schutz. recepit Purgoldi emendationem, *quam ipse.* Forsan emendari potest *ille ipse.* Fortius quidem sic diceretur: et *ipse* forsan librarii incuria excidit.' *Harles.* Mox, *hi autem* Lamb. et Orell. Deinde pro *habitarunt*, Erl. 1. a m. pr. habet *celebrabant;* codd. aliquot ap. Le Clerc. Omnib. Crat. Victor. Lamb. *laborarunt.*—11 *Carneadi* Guelf. 1. ed. s. l. et a. et Schutz.—12 Guelf. 1. 2. *est quoddam.*

CAP. XXXIX. 1 Guelf. 1. *nunc rudem plane.* Mox, Mull. distinxit, *assiduis uno opere, eandem, &c.*—2 Erl. 1. a m. sec. *qui omnis.* Mox, *omnia minima mansa ut aiunt nutrices* edd. s. l. et a. Junt. Crat. Victor. *omnia nomina ut aiunt nutrices* Guelf. 2. Dein, *in os inferant* al. ap. Harles.—3 Pronomen *mihi* deest in Guelf. 1.—4 Erl. 1. *illum enim.*—5 Manut. pro *qui*, legit *ut;* Ascens.

NOTÆ

[i] *Eandem incudem*] Proverbii genus est in eos, qui indefessa assiduitate eidem studio incumbunt, similes fabrorum qui continuis ictibus incude percussa ferrum emolliunt.

ter illustret, verbisque definiat. 163. Quid enim est,[6] in quo hæreat,[h] qui viderit, omne, quod sumatur in oratione aut ad probandum, aut ad refellendum, aut ex sua sumi vi[i j] atque natura, aut assumi foris?[j] Ex sua vi, cum, aut res quæ sit tota,[k] quæratur, aut pars ejus,[7] aut vocabulum quod habeat, aut quippiam, rem illam quod attingat: extrinsecus autem, cum ea, quæ sunt foris, neque inhærent in rei natura, colliguntur. 164. Si res tota quæritur, definitione universa vis[l 8] explicanda est, sic: Si majestas est amplitudo ac dignitas civitatis, is eam minuit, qui exercitum hostibus populi Romani tradidit, non qui eum, qui id fecisset, populi Romani potestati tradidit. 165. Sin pars; partitione,[m] hoc modo: Aut senatui parendum de salute reipublicæ fuit,[n] aut aliud consilium instituendum, aut sua sponte faciendum; aliud consilium,[o] superbum; suum,[p] arrogans: utendum[9] igitur fuit consilio senatus. Sin ex[10] vocabulo, ut Carbo: Si consul est, qui consulit patriæ, quid aliud fecit Opimius?[q k] 166. Sin ab eo, quod rem attingat,[r] plures sunt argumentorum sedes ac loci: nam et conjuncta quæremus,[11] et genera, et partes

[h] *Laboret.* [i] *Ex causæ natura sumi.* [j] *Extra causam.*
[k] *Quomodo sit definienda.* [l] *Rei natura.*
[m] *Si quæritur pars aliqua totius alicujus, ea explicanda erit partitione et enumeratione.* [n] *In causa ubi agebatur salus reipublicæ.*
[o] *Instituere.* [p] *Adhibere.*
[q] *Si argumentum sumitur a nomine rei alicujus, ut Carbo sumsit in Opimii causa, ita argumentum instituendum erit: Si consul, &c.*
[r] *Quod affectum est ad id de quo quæritur.*

et. Mannt. mox, *commonstrem ... illustrem ... definiam.*—6 *Quid est enim* conj. Mull. Mox, margo Erl. 1. *aut comprobandum;* Purgold. conj. *et ad pr. et ad refellendum.*—7 Ernesti conj. *aut quæ pars.*—8 Voc. *vis* abest in Guelf. 1.—9 Cod. Mead. *superbum sive arrogans, sua sponte temerarium fuisset; utendum, &c.* unde Pearc. conj. *aliud consilium superbum; sua sponte temerarium fuisset; utendum, &c.* In Erl. 1. supra *suum* scriptum est *sive.*—10 *Si ex* Guelf. 1. Schutz. et Harles. Idem codex mox omittit *Sin,* et, pro *attingat,* exhibet *attigerit;* Steph. et Lamb. *attingit.*—11 Sic duo vett. ap. Steph. *quærimus* Junt. Crat. Man. Lamb. Mox, *in sequentia* Lamb. Deinde, pro *vestigabi-*

NOTÆ

j *Aut ex sua vi*] Designat locos rhetorum intrinsecos et extrinsecos, de quibus cum et fusius et accuratius agat Cicero in Topicis, eo rejecimus notas omnes et exempla quibus possunt illustrari.

k *Opimius*] De quo paulo superius diximus § 122.

generibus subjectas, et similitudines, et dissimilitudines, et contraria, et consequentia, et consentanea, et quasi præcurrentia, et repugnantia, et causas rerum vestigabimus, et ea, quæ ex causis orta sunt; et majora, paria, minora [12] quæremus.[s] XL. 167. Ex conjunctis[t] sic argumenta ducuntur: Si pietati summa tribuenda laus est, debetis moveri, cum Q. Metellum [1] tam pie lugere videatis.[1] Ex genere autem: Si magistratus in populi Romani potestate [2] esse [u] debent, quid Norbanum [m] accusas, cujus tribunatus voluntati paruit civitatis? 168. Ex parte [v] autem ea, quæ est subjecta generi: Si omnes,[n] qui reipublicæ consulunt, cari nobis esse debent, [*p.* 124.] certe inprimis imperatores, quorum consiliis, virtute, periculis, retinemus et nostram salutem, et imperii dignitatem. Ex similitudine autem: Si feræ partus suos diligunt, qua nos in liberos nostros indulgentia [w] esse debemus? at ex dissimilitudine: 169. Si barbarorum est in diem vivere, nostra consilia sempiternum [3] tempus spectare debent. Atque utroque [4] in genere et similitudinis, et dissimilitudinis, exempla sunt ex aliorum factis, aut dictis, aut eventis, et fictæ narrationes sæpe ponendæ.[5]

[s] *Comparationem a majori ad minus, a pari, a minori ad majus.*
[t] *A conjugatis.* [u] *Subjecti esse populo Romano.*
[v] *Ex specie.* [w] *Benevolentia.*

mus, Guelf. 1. Steph. et Lamb. habent *investigabimus.*—12 Schutz. *et majora, minora, paria.*

CAP. XL. 1 Guelf. 1. *videtis.*—2 Guelf. 2. *in potestate populi Romani.*—3 Guelf. 2. 3. Junt. Crat. *in sempiternum.*—4 *At utroque* Guelf. 1.—5 Post v. *ponendæ*

NOTÆ

[1] *Q. Metellum*] A. U. C. 657. ante Chr. 97. præturam obtinuit Q. Metellus, Pii cognomentum adeptus, quod, ut ait scriptor De Viris Illustribus, patrem Numidicum precibus ac lacrymis assiduis ab exilio revocasset. Qua singulari pietate facilem ad summos honores aditum paravit.

[m] *Norbanum*] Consule notas superiores § 89.

[n] *Si omnes*] Hoc argumentum ('Omnes qui reip. consulunt, cari nobis esse debent; ergo et imperator qui reip. consulit') præter mentem Antonii non ducitur a specie, sed a genere: ratio enim unde probatur nobis carum esse debere imperatorem, generatim et ad imperatores et alios omnes, qui reip. student, extenditur. Rectius a specie sic argumentaberis: 'suum unicuique reddere justitiæ est, ergo et virtutis.' Scilicet virtutis species est justitia, ex qua recte col-

Jam ex contrario: Si Gracchus nefarie,[x] præclare Opimius. 170. Ex consequentibus: Si et ferro interfectus ille, et tu inimicus ejus[6] cum gladio cruento comprehensus es in illo ipso loco, et nemo præter te ibi visus est, et causa nemini,[y] et tu semper audax; quid est, quod de facinore[7] dubitare possimus? Ex consentaneis,[z] et præcurrentibus, et repugnantibus, ut olim Crassus adolescens: Non si Opimium defendisti, Carbo, idcirco te isti bonum civem putabunt: simulasse te, et aliud quid[8] quæsisse perspicuum est, quod Ti. Gracchi mortem sæpe in concionibus deplorasti, quod P. Africani necis socius fuisti, quod eam legem[9°] in tribunatu tulisti, quod semper a bonis dissensisti. 171. Ex causis autem rerum sic: Avaritiam si tollere vultis, mater ejus est tollenda, luxuries. Ex iis autem, quæ sunt orta de causis:[10] Si ærarii copiis et ad belli adjumenta, et ad ornamenta pacis utimur, vectigalibus serviamus.[a] 172. Majora autem, et minora, et paria comparabimus, sic. Ex majore: Si bona existimatio divitiis præstat, et pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis est expetenda?[11] Ex minore sic:

[x] *Fecit.* [y] *Si fuit nemini causa cur illum interfectum vellet, nisi tibi.*
[z] *Verisimilibus.* [a] *Curemus vectigalia.*

cod. Reg. 7753. et Vet. ap. Steph. inserunt, *Si Ti. Gracchus legem agrariam tulit in perniciem patriæ, vos leges vestras ad salutem ejus ferre debetis.*—6 Guelf. 1. *inimicus ei;* Guelf. 2. 3. *et tu inimicus et cum ferro.*—7 Purgold. emend. *de facinore tuo.* Mox, *et ex præcur. et ex repugnantibus* Guelf. 2. 3. Dein *olim* deest in Guelf. 1. *ut olim hic Crassus* codex Pighii, probante Schutz. *ut L. Crassus* vet. ap. Steph.—8 Guelf. 1. *et aliquid,* probante Schutz.—9 Quidam codd. ap. Pighium *quod legem;* Erl. 1. et al. *quidem legem,* omisso τῷ *quod;* a Memmiano desunt *quod eam.* Harles. conj. *quod C. Graccho dux et auctor repetendæ per seditiones tribunitiæ potestatis fuisti,* vel simile quid. Mox, *a bonis dissedisti* Erl. 1. duo codd. Gruteri, aliusque ap. Gronov. quod recepit Orell. *semper bonis dissensisti* Guelf. 3.—10 Guelf. 1. *ex his autem etiam sunt de causis;* Guelf. 2. *ex eis autem, quæ sunt de causis orta.*—11 Guelf. 1. *tanto opere expetenda, quanto gloria est,* sine *magis;* Guelf. 2. *quanto gloria est magis expetenda;* Orell. ex codd. *et p. tanto opere, &c.* Mox *sic* deest in Guelf. 1. pro-

NOTÆ

ligitur id omne quod ad justitiam pertinet, ad virtutem spectare.

° *Quod eam legem*] Pighius ad A. U. C. 634. ante hæc verba deesse nonnihil suspicatur; sicque ex varia Mss. codd. lectione locum esse restituendum putat: *quod P. Africani necis socius fuisti, quod C. Graccho dux et*

'hic parvæ [p] consuetudinis
Causa hujus mortem [12] fert tam familiariter: [b]
Quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?'

Ex pari sic: Est [13] ejusdem [q] et eripere contra rempublicam,[c] et largiri pecunias. 173. Foris autem assumuntur ea, quæ non sua vi,[14] sed extranea sublevantur,[d] ut hæc: [r] Hoc verum est; dixit enim Q. Lutatius. Hoc falsum est; [15] habita enim quæstio est. Hoc sequi necesse est; recito enim tabulas. De quo genere toto [16] paulo ante dixi. XLI. 174. Hæc, ut brevissime [s] dici potuerunt, ita a me dicta sunt. Ut enim si aurum cui,[1] quod esset multifariam [e] defossum, commonstrare vellem, satis esse deberet, si signa et notas ostenderem locorum, quibus cognitis ille sibi ipse [2] foderet, et id, quod vellet, parvulo labore, nullo errore, inveniret; sic has ego argumentorum novi notas, quæ illa mihi quærenti demonstrant,[3] ubi sint; reliqua,

[b] *Filius meus propter parvam cum ea consuetudinem ejus mortem tam acerbe deflet, quam si ea familiariter usus fuisset.*
[c] *Contra utilitatem reipublicæ.* [d] *Adhibentur ad probandam causam.*
[e] *Multis in locis.*

bante Schutz.—12 Lamb. *mortem hujus.* Mox, *tam fert* Orell. ex compluribus codd. item Lamb. et Le Clerc.—13 *Ex pari es* Erl. 1. *Ex pari: Est* Guelf. 2. et Schutz. Mox, *ejusdem et eripere et contra rem largiri* codd. Mag. Mead. Norf. Pearc. et Schutz. *ejusdem et eripere et contra rem et largiri* Erl. 1.—14 Guelf. 1. *quæ sua non vi.*—15 *Hoc falsum,* omisso *est,* Guelf. 2. probante Schutzio.—16 Voc. *toto* deest in Guelf. 2.

CAP. XLI. 1 Lamb. *cui aurum.*—2 Guelf. 1. *cognitis ipse sibi.*—3 Ita Junt. Lamb. Grut. et vulgg. *argum. erui notas, &c.* Pall. 1. 8. ed. s. l. et a. et margo Crat. *argum. notas, quæ quærenti demonstrant* cod. Steph. *illa mihi* desunt etiam in codd. ap. Pearc. *quæ illa mihi* desunt in Pall. 2. Pith. et Erl. 1. *demonstrat*

NOTÆ

auctor repetendæ per seditiones tribuniciæ potestatis fuisti, quod eam legem, &c.

[p] *Hic parvæ*] Verba Simonis senis in Andria Terentii, act. I. sc. 1.

[q] *Est ejusdem*] Conferuntur hic inter se duo crimina; alterum repetundarum, quo quis alterius facultates contra jus invadit; alterum ambitus, quo suas opes aliquis largitur ad populi suffragia sibi demerenda.

[r] *Ut hæc*] Congerit hic tres locos extrinsecos: primum a testimoniis, cujus hoc affert exemplum; Hoc dicit Q. Lutatius, est igitur verum: alterum a tormentis; Ad exprimendam veritatem tormentis subjectus est ille quem oportuit, nec simile quicquam indicavit, ergo falsum est: tertium a tabulis; Rem ita esse patet ex tabulis; ergo id in dubium revocare nemini licet.

[s] *Brevissime*] Fusiorem videlicet locorum explicationem meditabatur

cura et cogitatione eruuntur. 175. Quod autem[t] argumentorum genus cuique causarum generi maxime conveniat, non est artis exquisitæ præscribere, sed est[4] mediocris ingenii judicare. Neque enim nunc id agimus, ut artem aliquam dicendi explicemus, sed ut doctissimis hominibus usus nostri quasi quædam monita[5] tradamus.[f] His igitur locis in mente et cogitatione defixis, et in omni re ad dicendum posita excitatis,[g] nihil erit, quod oratorem effugere possit, non modo in forensibus disceptationibus, sed omnino in ullo genere[6] dicendi. 176. Si vero assequetur, ut talis videatur, qualem se videri velit, et animos eorum ita afficiat,[7] apud quos aget, ut eos, quocumque velit, vel trahere vel rapere possit; nihil profecto præterea ad dicendum requiret. Jam illud videmus nequaquam satis esse, reperire quid dicas, nisi id inventum tractare possis. 177. Tractatio autem varia esse debet, ne aut cognoscat artem, qui audiat, aut defatigetur similitudinis satietate. Proponi oportet, quid afferas, et id quare ita sit, ostendere: et iisdem illis[8] locis interdum concludere, relinquere alias,[h] alioque transire: sæpe non proponere, ac ratione ipsa afferenda, quid proponendum fuerit,[9] declarare: si cui quid simile dicas,

[f] *Animadversiones quasdam quibus utor, quas experientia didici.*
[g] *Investigatis.* [h] *Aliquando non concludere.*

Erl. 1. *notavi notas, quæ illa quærenti* conj. Schutz. *argumentorum quasi notavi notas, quæ illa quærenti* conj. Pearc. Pro *sic has*, Guelf. 1. habet *si has*, quod Heusinger. hoc modo supplevit, *ita si has, &c.* Gruter. legit, *sic has arg. notas quærenti demonstravi ubi sint.*—4 Guelf. 2. 3. *perscribere, et est.*—5 Lamb. *quædam quasi monita;* Junt. *quasi quædam admonita.*—6 Ed. Omnib. *in nullo genere.*—7 Lamb. Grut. al. ante Pearc. *ita afficiet;* Oxon. omnes, Mead. Harl. 1. 2. Erl. 1. item edd. Venet. Mediol. Man. Steph. Junt. Crat. Pearc. Harles. Mull. Orell. *ita afficiat.*—8 Ita etiam Harles. et Mull. 'Errore typogr. diu propagato.' *Orell. et ex iisdem* edd. vett. Junt. Lamb. Gronov. 1692. Mox *alias relinquere* Lamb. *alias relinquere aliasque transire* Guelf. 2. *relinquere alias, aliorsum transire* Guelf. 1. Pall. 1. 2. unde Grut. conj. *relinquere alias, alias aliorsum transire.* Dein, *ipsa deferenda* ed. Omnib.—9 Lamb.

NOTÆ

Cicero in lib. Topicorum; quapropter ne sæpius eandem incudem tundat, hic tantum perstringit, quod alibi copiosius exponet.

[t] *Quod autem, &c.*] Quis sit locorum usus explicabimus in Topicis.

prius ut simile confirmes; deinde quod agitur, adjungas:[i] puncta[j] argumentorum plerumque ut occulas,[10] ne quis ea numerare possit, ut re distinguantur, verbis confusa esse videantur.

XLII. 178. Hæc ut et properans,[1] et apud doctos, et semidoctus ipse percurro, ut aliquando ad illa majora veniamus.[k] Nihil est enim in dicendo, Catule, majus, quam ut faveat oratori is, qui[2] audiet, utque ipse sic moveatur, ut impetu quodam animi et perturbatione magis, quam judicio, aut consilio, regatur. Plura enim multo homines[u] judicant odio,[v] aut amore,[w] aut cupiditate,[x] aut iracundia,[y] aut dolore,[z] aut lætitia,[a] aut spe,[b] aut timore,[c] aut errore,[3] aut aliqua permotione mentis, quam veritate, aut præscripto,[l] aut juris norma aliqua, aut judicii formula,[4] aut legi-

[i] *Afferenda et illustranda similitudo priori loco, tum id adjungendum quod agitur.* [j] *Partes.*

[k] *Ad rem longe majoris momenti, nempe quemadmodum animi movendi sint.*

[l] *Certa aliqua ratione.*

quicquid p. fuerit.—10 Guelf. 1. *plerumque occultes.*

CAP. XLII. 1 *Hæc ut properans* Guelf. 3. *Hæc ego properans, ut apud doctos* conj. Schutz. *Hæc autem, et properans apud doctos, et semidoctos* suspicabatur Mull. 'Sed grata illa negligentia nullius, ut opinor, indiget correctionis.' *Orell.* Mox, *ad alia majora* Guelf. 1. *ad majora* Guelf. 2.—2 Lamb. *oratori, qui.*—3 Codd. Nov. Mag. et ed. Schutz. *aut terrore.*—4 Guelf. 1. *judicum*

NOTÆ

[u] *Plura enim multo homines*] Recte Aristoteles Rhet. l. II. observat, cum pro diversis animi motibus diversa sentiant ac faciant homines, aliudque mens tranquilla, aliud agitata suggerat, permagni interesse oratoris varias pro tempore auditorum in animis excitare perturbationes, adeoque ipsi tenendam esse artem movendorum affectuum, quibus concitatus auditor, eo quo voluerit orator impellere, facile feratur.

[v] *Odio*] Quod est abalienatio quædam animi perfecta, qua quis alterum et perditum velit, et perdat si possit.

[w] *Amore*] Quid sit exposuimus l. I. de Invent. § 93. et l. II. de Invent. § 166.

[x] *Cupiditate*] Quam Aristoteles Rhet. l. I. definit rei jucundæ appetitum.

[y] *Iracundia*] Consule notas in librum superiorem § 220.

[z] *Dolore*] Quem Tullius Tusc. Quæst. l. IV. ait esse ægritudinem cruciantem.

[a] *Lætitia*] Est, inquit ibidem Cicero, opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videatur.

[b] *Spe*] Vide notas inferiores ad § 209.

[c] *Timore*] Timor est ægritudo voluntatis respondens mentis ambiguitati, malum prope imminens, vixque declinabile intuentis.

bus. 179. Quare, nisi quid vobis aliud placet, ad illa pergamus.

Paulum, inquit Catulus, etiam nunc deesse videtur iis rebus, Antoni, quas exposuisti, quod sit tibi ante explicandum, quam illuc proficiscare, quo te dicis intendere. Quidnam? inquit. Qui ordo tibi placeat,[m] [5] inquit Catulus, et quæ dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper Deus videri soles. 180. Vide quam sim in isto genere, inquit, Catule, Deus: non mehercule mihi, nisi admonito, venisset in mentem; ut possis existimare, me in ea, in quibus nonnunquam aliquid efficere videor, usu solere in dicendo, vel casu potius incurrere. Ac res quidem ista,[n] quam ego, quia non noram,[6] sic, tanquam ignotum hominem, præteribam, tantum potest in dicendo, ut ad vincendum[o] nulla plus possit: 181. sed tamen mihi videris ante tempus a me rationem ordinis et disponendarum rerum requisisse. Nam si ego omnem vim oratoris in argumentis, et in re ipsa per se comprobanda posuissem, tempus esset jam de ordine argumentorum, et de collocatione aliquid dicere: [*p.* 125.] sed cum tria sint a me[d] proposita,[7] de uno dictum; cum de duobus reliquis dixero, tum erit denique de disponenda tota oratione quærendum.

XLIII. 182. Valet igitur multum ad vincendum, probari mores,[p] [e] instituta, et facta, et vitam eorum,[1] qui agent

[m] *Omisisti ordinem qui tibi maxime placet.*
[n] *Ista dispositio argumentorum.* [o] *Ad causam obtinendam.*
[p] *Ad persuadendum maxime prodest constans omnium opinio de probitate oratoris.*

formula.—5 Ita Erl. Lamb. Steph. Pearc. Harles. Schutz. Mull. Orell. *placeas* Pearc. in ed. 5. placet Junt. Crat. Streb. Man. Grut.—6 Schutz. e conjectura, *non memineram;* et sic Harles. Mox, *ignoratum hominem* ed. Omnib. —7 Guelf. 1. *a me posita;* Guelf. 2. *a me præposita.*

CAP. XLIII. 1 Guelf. 1. *probari mores et instituta eorum,* prob. Schutz. et

NOTÆ

[d] *Tria sint a me*] Divisit Antonius inventionem in tres partes; quarum prima doceat, altera conciliet, tertia moveat oratorem. De prima disseruit; cum alias explicuerit, de oratione disponenda sermonem instituet.

[e] *Probari mores*] Communis est hæc rhetorum omnium sententia, neminem oratorem esse posse, nisi qui

causas, et eorum, pro quibus: et item improbari adversariorum; animosque eorum, apud quos agitur,[2] conciliari quam maxime ad benivolentiam cum erga oratorem, tum erga illum, pro quo dicet orator. Conciliantur autem animi dignitate hominis,[f] rebus gestis, existimatione vitæ: quæ facilius ornari possunt, si modo sunt, quam fingi, si nulla sunt. Sed hæc adjuvant in oratore, lenitas vocis, vultus, pudoris significatio,[3] verborum comitas: si quid persequare acrius,[g] ut invitus et coactus facere videare: facilitatis, liberalitatis, mansuetudinis, pietatis, grati animi, non appetentis, non avidi, signa proferri[4] perutile est: eaque omnia, quæ proborum, demissorum, non acrium, non

Harles. *et vitam et eorum* al.—2 Ita Harl. 1. et vulgg. *agetur* Guelf. 1. Schutz. Orell. Mox, *tum erga, &c.* Guelf. 1. et Schutz.—3 Streb. Pearc. Omnib. Schutz. Orell. *vultus* (genitiv.) *pudoris significatio*, deleto commate post *vultus*. Ernesti, Wetzel. et Harl. malint *τὸ vultus* deleri. Waardenburg. Opusc. Orat. Poët. Crit. Harlem. 1812. p. 154. corrigit, *lenitas vocis, vultus pudor,*

NOTÆ

probis moribus fuerit. Ut enim persuadeat, qui scopus est eloquentiæ, is esse debet hujus artis studiosus, cui fides habeatur in ea re qua certo sciri non potest; cujusmodi sunt causæ omnes in quibus versatur orator. Sic autem sunt homines, ut quem noverint improbum, ei difficillime credant. Adi Aristot. Rhet. I. 2. et Quintil. XII. 1.

[f] *Dignitate hominis*] Moribus suis captat judicum benevolentiam Cicero oratione pro P. Sylla § 1. 'Quanquam ex hujus incommodis magnam animo molestiam capio, tamen in ceteris malis facile patior oblatum mihi tempus, in quo boni viri lenitatem meam misericordiamque, notam omnibus quondam, nunc quasi intermissam agnoscerent: improbi ac perditi cives edomiti atque victi præcipitante repub. vehementem me fuisse atque fortem: conservata mitem ac misericordem faterentur.'

[g] *Si quid persequare acrius*] Hujus oratorii præcepti egregium nobis exhibet exemplum Cicero Div. in Verrem § 4. 'Tuli graviter et acerbe, judices, in eum me locum adductum, ut aut eos homines spes falleret, qui opem a me atque auxilium petissent; aut ego, qui me ad defendendos homines ab ineunte adolescentia dedissem, tempore atque officio coactus ad accusandum traducerer.... Adductus sum, judices, officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, veteri consuetudine institutoque majorum, ut onus hoc laboris atque officii non ex meo, sed ex meorum necessariorum tempore mihi suscipiendum putarem. Quo in negotio tamen illa me res, judices, consolatur, quod hæc quæ videtur esse accusatio mea, non potius accusatio quam defensio est existimanda: defendo enim multos mortales, multas civitates, provinciam Siciliam totam.'

pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, valde benivolentiam conciliant, abalienantque ab iis, in quibus hæc non sunt. Itaque eadem sunt in adversarios ex contrario conferenda. 183. Sed genus hoc totum orationis in iis causis excellet,[5] in quibus minus potest inflammari animus judicis acri et vehementi quadam incitatione. Non enim semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, submissa, lenis, quæ maxime commendat reos. Reos autem appello non eos modo, qui arguuntur, sed omnes, quorum de re disceptatur: sic enim olim loquebantur. 184. Horum igitur exprimere mores oratione, justos, integros, religiosos, timidos, perferentes injuriarum,[6] mirum quiddam valet: et hoc vel in principiis, vel in re narranda, vel in peroranda,[7] tantam habet vim, si est suaviter et cum sensu[q] tractatum, ut sæpe plus, quam causa, valeat. Tantum autem efficitur sensu quodam, ac ratione dicendi, ut quasi mores oratoris[h] effingat oratio. Genere enim quodam sententiarum, et genere[8] verborum, adhibita etiam actione leni, facilitatemque significanti, efficitur, ut probi, ut bene morati, ut boni viri esse videantur. XLIV. 185. Huic autem est illa dispar adjuncta ratio orationis, quæ alio quodam genere mentes judicum permovet, impellitque, ut aut

[q] *Arte et prudentia.*

timoris significatio.—4 Guelf. 1. *proferre.*—5 Guelf. 1. 2. 3. *excellit.*—6 Unus codex ap. Orell. *injuriam.*—7 'Guelf. 2. *in perorando,* quod mihi cum Schutzio valde placet.' *Harles.* Mox, *ut persæpe* Steph. et Lamb.—8 Voc. *genere* delevit Schutz. uncis inclusit Harles. 'Sed excusari potest.' *Orell.* Mox, *facilitateque significandi* Mediol. an. 1498. Junt. Crat. *facultateque significandi* Ascens. Man. Paulo post, *videamur* tribuunt Manutio, prob. Ernesti: ipse tamen Man. *videantur.*

NOTÆ

[h] *Quasi mores oratoris*] Videtur hoc præceptum oratorium ex Aristotele depromtum lib. II. Rhet. Ut similitudo morum, ita oratio quæ moribus auditoris accommodata est, ejus conciliat benevolentiam. Operæ pretium est igitur ætatis cujusque indolem oratione exprimere. Quod idem ad poëtæ commendationem requirit Horatius in Arte, 'Si plausoris eges aulæa manentis et usque Sessuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat; Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores, Mobilibusque decor naturis dandus et annis.'

oderint, aut diligant, aut invideant, aut salvum velint, aut metuant, aut sperent,[1] aut cupiant, aut abhorreant, aut lætentur, aut mœreant, aut misereantur, aut punire velint, aut ad eos[2] motus adducantur, si qui finitimi sunt, et propinqui his ac talibus animi perturbationibus. 186. Atque illud optandum est oratori, ut aliquam permotionem animorum sua sponte ipsi afferant ad causam judices, ad id, quod utilitas oratoris feret, accommodatam. Facilius est enim currentem (ut aiunt) incitare, quam commovere languentem.[r] Sin id, aut non erit, aut erit obscurius, sicut medico diligenti, priusquam conetur ægro adhibere medicinam, non solum morbus ejus, cui mederi volet, sed etiam[3] consuetudo valentis,[s] et natura corporis cognoscenda est: sic equidem cum aggredior ancipitem causam et gravem[4] ad animos judicum pertractandos, omni mente in ea cogitatione curaque versor, ut odorer, quam sagacissime possim, quid sentiant,[1] quid existiment, quid expectent, quid velint, quo deduci oratione facillime posse videantur. 187. Si se dant, et, ut ante dixi, sua sponte,[5] quo impellimus, inclinant atque propendent; accipio quod datur, et ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do.[t] Sin est integer[u] quietusque judex, plus est operis: sunt enim omnia dicendo excitanda, nihil adjuvante natura. Sed tantam vim habet illa quæ recte a bono poëta[v] dicta est flexanima,[w] atque[6]

[r] *Hominem jam aliqua ex parte perturbatum incitare, quam commovere tranquillum.*
[s] *Quibus rebus æger assueverit cum valeret.*
[t] *Eos magis excito ad eos motus, quo ipsi feruntur.*
[u] *Nondum ulla perturbatione commotus.*
[v] *Ennio.* [w] *Flectens animos.*

Cap. xliv. 1 Ita codd. Bod. Mag. Norf. Palat. 4. 5. 8. cum edd. vett. Mediol. Venet. Ascens. Ald. Junt. Crat. Streb. Victor. Lamb. Lallem. Pearc. Schutz. Harles. Mull. et Orell. *aut spernant* Man. Lamb. ap. Orell. Grut. et vulgg. ante Ernesti.—2 Schutz. conj. *aut ad aliquos.* Mox, pro *adducantur*, quod servant Cant. et edd. vett. Junt. Crat. Man. *abducantur* exhibent Grut. et vulgg. *deducantur* omnes Oxon. Mead. Harl. 1. 2. *diducantur* Erl. 1. Dein, pro *perturbationibus*, Steph. habet *permotionibus.*—3 Lamb. *sed et.*—4 Codd. aliquot ap. Pearc. *in ancipiti causa et gravi*, prob. Schutz.—5 Lamb. *si sua sponte.* Actutum, *si quo* Steph.—6 Particula *atque* deest in

NOTÆ

[1] *Quid sentiant*] Idem tradit Aristot. Rhet. l. ii.

omnium regina rerum, oratio, ut non modo inclinantem impellere,[7] aut stantem inclinare, sed etiam adversantem et repugnantem, ut imperator bonus ac fortis, capere possit.

XLV. 188. Hæc sunt illa,[1] quæ me ludens Crassus modo flagitabat, cum a me divinitus tractari solere diceret, et in causa M' Aquilii, C. que Norbani, nonnullisque aliis, quasi præclare acta, laudaret: quæ mehercule ego, Crasse, cum a te tractantur in causis, horrere soleo: tanta vis animi,[j] tantus impetus, tantus dolor, oculis, vultu, gestu, digito denique[k] isto tuo significari solet: tantum est flumen gravissimorum optimorumque verborum, tam integræ[2] sententiæ, tam veræ, tam novæ, tam sine pigmentis, fucoque puerili, ut mihi non solum tu incendere judicem, sed ipse ardere videaris.[3]

189. Neque fieri potest,[4][l] ut doleat is, qui audit, ut oderit, ut invideat, ut pertimescat aliquid, ut ad fletum misericordiamque deducatur; nisi omnes ii motus, quos orator adhibere volet judici, in ipso oratore impressi esse atque inusti videbuntur. Quodsi fictus aliquis dolor sus-

codd. Lamb. et Grut.—7 Ita e conjectura Crevierii rescripsit Lallem. *erigere* Guelf. 2. 3. *excipere* Guelf. 1. aliique codd. ap. Grut. Mox, *fortis atque bonus* Guelf. 1. probante Harles.

CAP. XLV. 1 *Hæc sunt enim illa* Guelf. 1. Mox, *cum ea a me* Orell. *quæ a me* Junt. Crat. Man. Grut. *cum a me* Erl. 1. Cant. Norf. Bal. Bod. Nov. Mead. Harl. 1. 2. Wag. item edd. Venet. Mediol. Lamb. Pearc. et recentt. Paulo post, *solere* deest in Lamb.—2 Purgold. conj. *tam crebræ;* Schutz. et Harles. malint delere *tam veræ*, ut glossam.—3 Steph. *incensus videaris;* Lamb. *incensus esse videaris.*—4 *Neque enim fieri potest* Lamb. Mox *aliquid* suspectum Matthiæ Misc. Crit. I. 4. p. 684. 'Post *aliquid* e duobus vetustis Steph. et Lamb. addunt, *ut affectet*, quod tamen ortum est e syllabis seqq. *ut ad flet.*' Orell. Dein, pro *deducatur*, Lamb. habet *adducatur;* codex Traject. Arntze-

NOTÆ

j *Tanta vis animi, &c.*] Non tanta dicendi vi Crassus valebat, quod ex libro de Claris Oratoribus intelligitur: verum ejus eloquentiam hic exaggerat Antonius, quo plus auctoritatis his dialogis Cicero conciliet.

k *Digito denique*] 'Cum tres contracti digiti pollice premuntur, tum digitus ille, quo usum optime Crassum Cicero dicit, explicari solet. Is in exprobrando et indicando, unde ei nomen est, valet.' Fabius XI. 3.

l *Neque fieri potest*] Recte Horatius in Arte: 'Ut ridentibus arrident, ita flentibus adsunt Humani vultus: si me vis flere, dolendum est Primum ipsi tibi.'

cipiendus esset, et si in ejusmodi genere orationis nihil esset, nisi falsum, atque imitatione simulatum, major ars aliqua[5] forsitan esset requirenda: nunc ego, quid tibi, Crasse, quid ceteris accidat, nescio: de me autem causa nulla est, cur apud homines prudentissimos atque amicissimos mentiar: non mehercule unquam apud judices,[6] aut dolorem, aut misericordiam, aut invidiam, aut odium excitare dicendo volui; quin ipse in commovendis judicibus, iis ipsis sensibus,[x] ad quos illos adducere vellem, permoverer. 190. Neque enim facile est perficere, ut irascatur, cui tu[7] velis, judex, si tu ipse id lente[y] ferre videare: neque ut oderit eum, quem tu velis, nisi teipsum flagrantem odio ante viderit: neque ad misericordiam adducetur, nisi ei tu signa doloris tui verbis, sententiis, voce, vultu, collacrymatione denique ostenderis. [*p.* 126.] Ut enim nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quæ, nisi admoto igni, ignem concipere possit; sic nulla mens est tam ad comprehendendam vim oratoris parata, quæ possit incendi, nisi inflammatus ipse ad eam, et ardens accesseris.[8] XLVI. 191. Ac, ne forte hoc[1] magnum ac mirabile esse videatur, hominem toties irasci, toties dolere, toties omni animi motu concitari, præsertim in rebus alienis, magna vis est earum sententiarum, atque eorum locorum,[z] quos agas tractesque dicendo, nihil ut[2] opus sit simulatione et fallaciis: ipsa enim natura orationis ejus, quæ suscipitur ad aliorum animos permovendos, oratorem ipsum magis etiam, quam quenquam eorum, qui audiunt, permovet. 192. Et ne hoc

[x] *Animi perturbationibus.* [y] *Moderate.*
[z] *Tantam vim habent sententiæ et loci oratorii, ut aliquis eas permotiones extra simulationem ullam suscipiat.*

nii, Schutz. et Mull. *ducatur.*—5 Voc. *aliqua* deest in Guelf. 1.—6 Guelf. 2. ed. s. l. et a. ac Schutz. omittunt *apud judices.* Actutum, *aut dolores, misericordiam, aut, &c.* Steph.—7 Codd. Norf. Mag. Bod. Mead. Harl. 1. Joan. Pearc. Schutz. Harles. Orell. et Mull. *ut irascatur ei, cui tu.* Mox, *lente facere* Guelf. 2. Schutz. et Harles.—8 Erl. 1. Guelf. 2. 3. Joan. Bod. Harl. 1. Mad. Nov. item edd. Junt. Crat. Victor. Pearc. Schutz. *accesserit;* Lamb. *nisi ipse ad eam inflammatus et ardens accesseris.*

CAP. XLVI. 1 *At ne hoc forte* Guelf. 1. Idem codex mox, *omni motu animi;*

in causis, in judiciis, in amicorum periculis, in concursu hominum, in civitate, in foro accidere miremur,[3] cum agitur non solum ingenii nostri existimatio (nam id esset levius: quanquam, cum professus sis, te[4] id posse facere,[a] quod pauci, ne id quidem negligendum est): sed alia sunt majora[5] multo, fides,[b] officium,[c] diligentia:[d] quibus rebus adducti, etiam cum alienissimos defendimus, tamen eos alienos, si ipsi viri boni volumus haberi,[6] existimare non possumus. 193. Sed, ut dixi, ne hoc in nobis mirum esse videatur, quid potest esse tam fictum, quam versus,[7] quam scena, quam fabulæ? tamen in hoc genere sæpe ipse vidi, cum ex persona[e] mihi ardere oculi hominis histrionis[8] viderentur spondalia[m] illa dicentis,

'Segregare[n] abs te ausus, aut sine illo[9] Salamina[o] ingredi?
Neque paternum aspectum es veritus?'[f]

[a] *Eloquentia tibi famam comparare.* [b] *Qua debet reo consulere.*
[c] *Quo probabiles ad tuendam causam rationes eum oportet afferre.*
[d] *Qua inquirenda sunt omnia quæ ad causam pertinent.*
[e] *Etiam in ficta, quam gerebat, persona.*
[f] *Etiamne fratrem ausus es abs te semovere, et sine illo intrare Salamina, nec reveritus es conspectum patris?*

Guelf. 3. *animi omni motu.*—2 Lamb. *in dicendo ut nihil.*—3 'In uno Lambini cod. hic sequebatur ista, *videmus etiam id evenire in quibusdam aliis rebus confictis a nobis et nostra cogitatione adinventis*, sed in eo Lamb. ac Schutz. agnoverunt glossema hominis, deesse hic aliquid existimantis.' *Harles.*—4 Pronomen *te* deest in edd. s. l. et a. et Omnib.—5 Pearc. conj. *alia majora*, omisso *sunt*, refutatus a Matthiæ de Anacol. ap. Cic. p. 5.—6 Lamb. *haberi volumus.*—7 Voc. *quam versus* desunt in edd. s. l. et a. et Omnib. prob. Schutzio.—8 Voc. *histrionis* delendum censebat Boettiger. Mox, *sponialia* Turneb. Cœlius Rhodig. Schutz. Omnib. Lamb. *spondaulia* Salmas. ad Solin. tom. I. p. 88. probante Osanno in Dissert. de Sophocl. Ajace p. 87. *e sponda illa*, conjecturam Hermanni, recepit Mull. *spondalia* Grut. e codd. Palatt.—

NOTÆ

[m] *Spondalia*] An legendum hic *Sophoclea*, ut censet Auratus, quod hi versus ex Sophoclis Teucro a Pacuvio e Græco in Latinum sermonem conversi? an *spondialia*, ut Turnebus? sen potius, quemadmodum Salmasius et Vossius putant esse magis secundum analogiam, *spondaulia*? Σπονδαῦλαι sunt *tibicines*, σπόνδαυλος enim *tibia* est: atque hic σπονδαύλιον μέλος versus inter sacrificandum ad tibiam cani soliti, ne quid male ominatum audiretur.

[n] *Segregare*] Sic in Teucro tragœdia Telamonem inducit loquentem Pacuvius. Telamon rex Salaminis ad bellum Trojanum filios miserat Ajacem et Teucrum, ut alter alterum

Nunquam illum[10] 'aspectum' dicebat, quin mihi Telamon iratus furere luctu filii videretur. Ut idem[11] inflexa ad miserabilem sonum voce,

'Quem[12] ætate exacta indigem
Liberum lacerasti, orbasti, extinxsti;[13] neque fratris necis,
Neque gnati ejus parvi, qui tibi in tutelam est traditus'[g]

flens ac lugens dicere videbatur. Quæ si ille histrio, quotidie cum ageret, tamen [recte][14] agere sine dolore non poterat; quid? Pacuvium putatis in scribendo leni animo ac remisso fuisse? Fieri nullo modo potuit. 194. Sæpe enim audivi, poëtam bonum neminem[p] (id quod a Democrito et Platone in scriptis relictum esse dicunt) sine inflammatione animorum existere posse, et sine quodam afflatu quasi furoris. XLVII. Quare nolite existimare meipsum, qui non heroum veteres casus, fictosque luctus vellem imitari, atque adumbrare dicendo, neque actor essem alienæ personæ,

[g] *Quem patrem decrepita ætate liberis indigentem oppressisti, filio privasti, dolore obruisti: neque misertus es occisi fratris, neque filii ejus parvi, qui tuæ tutelæ commissus est.*

9 Streb. in marg. *ut sine illo.*—10 *Nunquam illud* Lamb. probante Pearc.—11 *At idem* Mull. e conj. Hermanni.—12 *Quum me* Lamb. *Quum ætate* Streb. Mox, *indigerem* Steph. *indigere* Guelf. 1. *indignem* Guelf. 2. *indigum* Lamb. *indigem* omnes alii et Guelf. 3.—13 Junt. Steph. *exstinxisti.* Mox, *neque f. neci N. g. e. parsti* conj. Botbe.—14 'Hanc vocem expunxerunt Schutz. et Mull. Ciceronem ipsum fortasse, non librarios, corrigentes. Vid. Matthiæ Misc. Crit. I. 4. p. 682.' *Orell.*

NOTÆ

tueretur. Ut audivit Ajacem, ob negata Achillis arma, sibi manus intulisse, Teucrum, qui fratris necem ultus non fuerat, reversum ejecit.

[o] *Salamina*] Salamis insula prope Peloponnesum in sinu Saronico: nunc, teste Sophiano, *Coluri* dicitur.

[p] *Poëtam bonum neminem*] Sacro quodam afflatu furoris abripi poëtæ dicuntur. Ovid. de Arte Am. l. III. 'Est Deus in nobis, sunt et commercia cœli; Sedibus æthereis spiritus ille venit.' Idem longe ante tradiderat Plato de Leg. l. III. sed clarius et fusius in Ione. 'Omnes,' inquit, 'Epici poëtæ boni, non ex arte, sed divino afflatu correpti omnia hæc præclara dicunt poëmata: et Lyrici boni similiter; ut Corybantes non sana mente saltant, sic Lyrici non sana mente pulchra illa carmina componunt,' &c.

sed auctor meæ,[h] [1] cum mihi M' Aquilius in civitate retinendus esset, quæ in illa causa peroranda fecerim, sine magno dolore fecisse. 195. Quem enim ego consulem fuisse, imperatorem ornatum [i] a senatu, ovantem[j] [q] in Capitolium ascendisse meminissem; hunc cum afflictum, debilitatum, mœrentem, in summum discrimen adductum viderem, non prius sum conatus misericordiam aliis commovere, quam misericordia sum ipse captus. Sensi equidem,[2] tum magnopere moveri judices, cum excitavi mœstum ac sordidatum [k] senem, et cum ista feci, quæ tu, Crasse, laudas, non arte, de qua quid loquar nescio, sed motu magno animi ac dolore, ut discinderem tunicam, ut cicatrices ostenderem. 196. Cum C. Marius mœrorem orationis meæ præsens ac sedens multum lacrymis suis [3] adjuvaret; cumque ego illum crebro appellans, collegam [r] ei suum commendarem, atque ipsum advocatum ad communem imperatorum [l] fortunam defendendam invocarem; non fuit hæc sine meis lacrymis, non sine dolore magno miseratio, omniumque Deorum, et hominum, et civium, et sociorum imploratio:

[h] *Qui non fictam et impositam ab alio personam agerem, sed eam quam ego suscepissem.*
[i] *Laudatum.* [j] *Triumpho minori ornatum.*
[k] *Incomtum et squalidum stare jussi.* [l] *Ducum exercitus.*

Cap. xlvii. 1 Codd. Mead. Guelf. 1. 2. et ed. Rawlins. *sed actor meæ.* Voc. *auctor* delere malit Pearc.—2 Ita Erl. 1. edd. vett. Streb. Junt. Pearc.

NOTÆ

[q] *Ovantem*] Ovantes scribit Festus lætantes esse ab eo clamore, quem victores milites geminata litera *o* emittunt. Rectius, ut mihi quidem videtur, Plutarchus ovationis nomen ab ove deducit; quod qui hoc minore triumpho decorarentur, ovem immolarent; cum taurum sacrificarent, quibus triumphus major decernebatur. Porro quibus ovandi jus erat, primis reipub. Romanæ temporibus sine exercitu et legionibus pedites Urbem ingrediebantur, ut ex Dionysio Halicarnasseo et Plutarcho patet: subinde consuetudo invaluit, ut purpura vestiti et sceptrum manu tenentes equo veherentur, concinentibus tibiis et turmis equitum præcedentibus. Triumphantes autem picta vel aurata veste, tubis clangentibus, senatu sub prætextis currum comitante, turmis equitum subsequentibus, curru quadrijugo ferebantur.

[r] *Collegam*] C. Marius quintum consul collegam habuit M' Aquilium A. U. C. 653. ante Chr. 101. De M' Aquilii causa dictum superius § 124.

quibus omnibus verbis, quæ a me tum sunt habita, si dolor abfuisset meus, non modo non miserabilis, sed etiam irridenda fuisset oratio mea. Quamobrem hoc vos doceo, Sulpici, bonus ego videlicet atque eruditus magister, ut in dicendo irasci, ut dolere, ut flere possitis. 197. Quanquam te quidem quid hoc[4] doceam, qui in accusando sodali et quæstore meo,[5] tantum incendium non oratione solum, sed multo etiam magis vi, et dolore, et ardore animi concitaras, ut ego ad id restinguendum vix conarer accedere? Habueras enim tum[6] omnia in causa[s] superiora:[m] vim, fugam, lapidationem, crudelitatem tribunitiam, in Cæpionis gravi miserabilique casu, in judicium vocabas: deinde principem et senatus, et civitatis, M. Æmilium, lapide percussum esse constabat: vi pulsum ex templo L. Cottam,[t] et T. Didium, cum intercedere vellent rogationi,[n] nemo poterat negare. XLVIII. 198. Accedebat, ut hæc tu adolescens pro republica queri summa cum dignitate[o] existimarere: ego, homo censorius,[u] vix satis honeste viderer seditiosum civem, et in hominis consularis[p] calamitate crudelem, posse defendere. Erant optimi cives judices, bonorum virorum plenum forum, vix ut mihi tenuis quædam venia daretur excusationis, quod tamen eum defenderem, qui mihi quæstor fuisset.[1] Hic ego quid[2]

[m] *Favebant tibi omnia in illa causa multo magis quam mihi.*
[n] *Cum vellent impedire ne lex ferretur.*
[o] *Honestissime ac verissime.* [p] *Cæpionis.*

et recentt. *Sensi quidem* Grut.—3 Voc. *suis* deest in Guelf. 2.—4 Steph. et Lamb. *quid ego hoc.*—5 Voc. *et quæstore meo* desunt in quibusdam codd. ap. Pearc. *et quæstore* desunt in edd. s. l. et a. et Omnib. Mox, *sed etiam multo magis* Guelf. 1.—6 *Habueras enim tu* Guelf. 1. Junt. Crat. Omnib. Schutz. Harl. Orell. *H. enim tum* Man. Lamb. Grut.

CAP. XLVIII. 1 Guelf. 1. duo Palatt. et Gallic. ap. Grut. *qui mihi legatus*

NOTÆ

[s] *In causa*] Norbani videlicet, de quo supra diximus § 89.

[t] *L. Cottam*] L. Aurelius Cotta et T. Didius fuere tribuni plebis A. U. C. 659. ante Chr. 95.

[u] *Censorius*] Quatuor ante quam hanc Norbani causam tueretur annis, M. Antonius cum collega L. Flacco censura fungebatur, nimirum A. U. C. 657. ante Chr. 91. ut liquet ex Capitolinis fragmentis apud Pighium.

dicam me artem aliquam adhibuisse? quid fecerim, narrabo: si placuerit, vos meam defensionem in aliquo artis loco reponetis.[q] 199. Omnium seditionum[3] [v] genera, vitia, pericula collegi, eamque orationem ex omni reipublicæ nostræ temporum varietate repetivi,[r] [4] conclusique ita, ut dicerem, etsi omnes molestæ semper seditiones fuissent, justas tamen fuisse nonnullas, et prope necessarias. Tum illa, quæ modo Crassus commemorabat, egi; neque reges ex hac civitate exigi,[s] neque tribunos plebis creari, neque plebiscitis[t] toties consularem potestatem minui, neque provocationem,[u] patronam illam civitatis, ac vindicem libertatis, populo Romano[5] dari sine nobilium dissensione potuisse: ac, si illæ seditiones saluti huic civitati fuissent, non continuo, si quis[6] motus populi factus esset, id C. Norbano in nefario crimine,[v] atque in fraude capitali[w] esse ponendum. [*p.* 127.] Quodsi unquam populo Romano concessum esset, ut jure concitatus[7] videretur, id quod docebam sæpe esse concessum, nullam illa causam justiorem fuisse. Tum omnem orationem traduxi et converti in increpandam Cæpionis fugam, in deplorandum interitum exercitus: sic et eorum dolorem, qui lugebant suos, oratione refricabam,[x] et animos equitum Romanorum, apud quos tum judices causa agebatur, ad Q. Cæpionis odium,

[q] *Aliquid habuisse artificii existimabitis.*

[r] *Exposui in ea oratione varia reip. pericula, orta diversis temporibus jam inde ab urbe condita.*

[s] *Expelli.* [t] *Edictis a plebe latis.*

[u] *Jus appellandi a magistratibus ad populum, quo jure maxime stare libertas videtur.*

[v] *Quod si variæ, quæ alias contigerant, seditiones, non modo expertes sceleris, sed etiam salutares reip. fuissent, non idcirco Norbanum accusandum esse gravissimo scelere, siqua per eum seditio mota esset.*

[w] *Crimine læsæ majestatis.* [x] *Renovabam.*

fuisset, contra veritatem historicam.—2 *Hic quid ego* Lamb.—3 *Omnia seditionum* e conj. Schutz.—4 Guelf. 2. 3. *repetii.* Mox, *semper molestæ* Lamb. —5 Guelf. 1. Man. Lamb. *libertatis populi Romani.*—6 Ita Junt. et Lamb. *si quis* Guelf. 2. 3. et Orell. Mox, *in nefario crimine* desunt in Erl. 1. et Palat. 2. pro quibus Palat. 1. Reg. 7702. et Memm. habent *in periculo*, probante Le Clerc. 'Est glossema voc. *fraude.*' Orell.—7 Guelf. 1. 3. et Streb. *incitatus.*

NOTÆ

[v] *Omnium seditionum*] De quibus fuse Livius Decade I.

a quo erant ipsi propter judicia abalienati, renovabam [atque revocabam].[8] XLIX. 200. Quod ubi sensi me in possessione[1] judicii ac defensionis meæ constitisse,[y] quod et populi benivolentiam mihi conciliaram, cujus jus etiam cum seditionis conjunctione defenderam, et judicum animos totos vel calamitate civitatis, vel luctu ac desiderio propinquorum, vel odio proprio in Cæpionem ad causam nostram converteram:[2] tunc admiscere huic generi orationis vehementi atque atroci genus illud alterum, de quo ante disputavi, lenitatis et mansuetudinis cœpi; me pro meo sodali,[z] qui mihi in liberum[3] loco[w] more majorum esse deberet, et pro mea omni fama prope fortunisque decernere;[a] nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere posse, quam si is, qui sæpe alienissimis a me, sed meis tamen civibus, saluti existimarer fuisse, sodali meo auxilium ferre non potuisse.[4] 201. Petebam a judicibus, ut illud ætati meæ, ut honoribus, ut rebus gestis, si justo, si pio dolore me esse affectum viderent, concederent: præsertim si in aliis causis intellexissent, omnia me semper pro amicorum periculis, nihil unquam pro meipso deprecatum. Sic in illa[5] omni defensione atque causa, quod esse in arte positum videbatur, ut de lege Apuleia[x] dicerem, ut,

[y] *Me judicum animos habere velut in potestate, defensionemque e sententia mihi cedere.*

[z] *Quæstore et contubernali meo.* [a] *Dimicare.*

—8 ' Recte hæc, *atque revocabam,* omittunt codd. aliquot, etiam Reg. 7702. et Guelf. 1.' *Orell.* Erl. pro *renovabam* habet *revocabam.*

CAP. XLIX. 1 Erl. 1. et margo ed. Verburg. e cod. manuscripto, *possessionem.*—2 Lamb. *converterem.* Mox, *tum admiscere* Guelf. 1. 2.—3 Guelf. 2. *liberorum.* Mox, *prope fama.*—4 Lamb. et Steph. *non possem;* al. et edd. recentt. *non potuissem.* Mox, *ab judicibus* Guelf. 1. Paulo post, *si pio* desunt in eodem codice.—5 Guelf. 1. 3. *in illa ipsa.* Mox *omni* deest in Guelf. 1.

NOTÆ

[w] *In liberum loco*] Quam arcta sit prætoris et quæstoris necessitudo, ostendit Tullius Divin. in Q. Cæcilium § 61. 'Sic a majoribus nostris accepimus, prætorem quæstori suo parentis loco esse oportere: nullam neque justiorem, neque graviorem causam necessitudinis posse reperiri, quam conjunctionem sortis, quam provinciæ, quam officii, quam publicam muneris societatem.'

[x] *De lege Apuleia*] Vide notas superiores § 107.

quid esset minuere majestatem, explicarem, perquam breviter perstrinxi atque attigi. His duabus partibus orationis,[6] quarum altera concitationem habet, altera commendationem, quæ minime præceptis artium sunt perpolitæ, omnis est a me illa causa tractata, ut et acerrimus in Cæpionis invidia renovanda, et in meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus viderer. Ita magis affectis animis judicum,[7] quam doctis,[b] tua, Sulpici, est a nobis tum accusatio victa. L. 202. Hic Sulpicius, Vere hercule, inquit, Antoni, ista commemoras: nam ego nihil unquam vidi, quod tam e manibus elaberetur, quam mihi tum est elapsa illa causa. Cum enim (quemadmodum dixisti) tibi ego non judicium, sed incendium tradidissem;[c] quod tuum principium, Dii immortales, fuit! qui timor! quæ dubitatio! quanta hæsitatio, tractusque verborum![d] Ut illud[1] initio, quod tibi unum ad ignoscendum homines dabant, tenuisti; te pro homine pernecessario, quæstore tuo, dicere:[e 2] quam tibi primum munisti ad te audiendum viam! 203. Ecce autem, cum te nihil aliud profecisse arbitrarer, nisi ut homines tibi, civem improbum defendenti, ignoscendum propter necessitudinem arbitrarentur, serpere[f] occulte[3] cœpisti, nihildum aliis suspicantibus, me vero jam pertimescente, ut illam, non Norbani seditionem, sed populi[4] Romani iracundiam, neque eam injustam, sed me-

[b] *Magis movendo judices quam eos docendo et controversiam explicando.*

[c] *Causam difficillimam, quam obtinere tam operosum esset, quam incendium extinguere.* [d] *Tarditas pronuntiationis.*

[e] *Quam solerter usus es illa causa, cur Norbanum susciperes defendendum, quod quæstor, quod pernecessarius tuus foret! quæ una ratio digna venia hominibus videbatur.* [f] *Sensim progredi quo destinabus.*

—6 Guelf. 1. *his duabus orationis;* Reg. 7703. *his duabus orationibus.* Mox, *commendationem hubet, altera cogitationem* Guelf. 1. *quæ m. p. artis* ed. s. l. et a. Tum, in eodem codice, *omnis est tum illa causa tractauda;* Guelf. 2. *omnis est tum a me illa causa tractata.* Actutum τὸ *et* ante *acerrimus* deest in Guelf. 1. Pro *renovanda,* Guelf. 3. habet *revocanda.*—7 Lamb. *judicum animis.* Idem mox, *tua tum, Sulp. est a nobis acc. victa.*

Cap. L. 1 *Ut tu illud* Junt. Crat. Steph. Lamb. Pearc. Orell.—2 Ed. s. l. et a. *quæstore dicere tuo.* Voc. *dicere* deest in Erl. 1. Palatt. 1. 2. et Memm. ap. Grut.—3 Lamb. *serpere eo occulte.* Mox, *nihil tum* ed. s. l. et a.—4 Ita codd. Erl. 1. Mag. Norf. Cant. Harl. 1. Joan. item edd. Manut. et Steph.

ritam ac debitam fuisse defenderes. Deinde [5] qui locus abs te prætermissus est in Cæpionem?[g] ut tu illa omnia odio, invidia, misericordia miscuisti! Neque hæc [6] solum in defensione, sed etiam in Scauro,[y] ceterisque meis testibus,[h] quorum testimonia non refellendo, sed ad eundem impetum populi confugiendo,[i] refutasti. 204. Quæ cum abs te [z] modo commemorarentur, equidem nulla præcepta desiderabam: istam enim ipsam demonstrationem defensionum tuarum abs te ipso commemoratam, doctrinam esse [7] non mediocrem puto. Atqui, si ita placet, inquit Antonius, trademus etiam, quæ nos sequi[j] in dicendo, quæque maxime spectare solemus: docuit enim jam nos longa vita ususque rerum maximarum, ut quibus rebus [8] animi hominum moverentur, teneremus.

LI. 205. Equidem primum considerare soleo, postuletne causa: nam neque parvis in rebus adhibendæ sunt hæ dicendi faces,[k] neque ita animatis hominibus, ut nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere possimus;[l] ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si aut tragœdias[a] agamus

[g] *Quod nam omisisti argumentum, unde Cæpio vocari posset in odium et invidiam?*

[h] *Non solum illo artificio usus es in defendendo Norbano, sed etiam in Scauro ceterisque testibus refellendis.*

[i] *Populi iracundiam meritam ac debitam fuisse ostendendo.* [j] *Observare.*

[k] *Motus graviores.* [l] *Quando ita sunt affecti homines aliqua certa perturbatione, ut merito desperes te posse illos in contrariam partem et motum flectere.*

sed illam populi Junt. Grut. al. ante Ernesti.—5 *Denique* codd. aliquot ap. Orell. Mox, *est* delet Lamb.—6 *Neque hoc* Steph. et Lamb. Mox, *quorum tu testimonia* codd. aliquot ap. Orell. item Steph. et Lamb.—7 Erl. 1. *istam* (a manu sec. suprascr. *ipsam*) *tamen istam doctrinam esse*, omissis intermediis; Palat. 1. Pith. et Memm. *ipsam tam doctrinam esse.* Hæc, *abs te ipso commemoratam* delet Schutz. Lambinus ita mutavit verborum ordinem, *doctrinam non mediocrem esse puto.* Mox, *Antonius* deest in duobus codd. ap. Orell. —8 Guelf. 1. *in quibus rebus.*

NOTÆ

[y] *Scauro*] Ceteris omissis Scaurum hic appellat, quippe cujus auctoritas major esset.

[z] *Quæ cum abs te*] Cum explicuisti nobis rationem quam adhibuisti in defensione Norbani, visus sum mihi carere posse præceptis omnibus artis oratoriæ, et hoc uno exemplo contentus esse quod imitarer.

[a] *Tragœdias*] Tragœdias in nugis agere per proverbium dicitur ille qui, ut ait Terentius, magno conatu magnas nugas dicit, vel in re levi tumultum excitat.

in nugis,[m] aut convellere adoriamur[1] ea, quæ non possint commoveri. 206. Nam quoniam hæc fere maxime[2] sunt in judicum animis, (aut, quicumque illi erunt, apud quos agemus) oratione molienda,[n] amor, odium, iracundia, invidia, misericordia, spes, lætitia, timor, molestia; sentimus amorem conciliari,[b] si id videare,[3] quod sit utile ipsis,[c] apud quos agas, defendere; si aut pro bonis[d] viris, aut certe pro iis, qui illis boni atque utiles sint, laborare: namque hæc res amorem magis conciliat, illa virtutis defensio caritatem: plusque proficit, si proponitur[4] spes utilitatis futuræ, quam præteriti beneficii commemoratio. 207. Enitendum est, ut ostendas, in ea re, quam defendas, aut dignitatem inesse,[5] aut utilitatem; eumque, cui concilies hunc amorem, significes nihil ad utilitatem suam[e] retulisse, ac

[m] *Motus vehementiores, quales in tragœdiis esse solent, adhibeamus in levioribus causis.* [n] *Excitanda.*

Cap. li. 1 Drackenborch. ad Liv. xxxv. 51. conj. *adordiamur.*—2 Guelf. 1. *fere maxima.* Dein *animis judicum* Lamb.—3 Junt. Crat. Man. Victor. Lamb. Orell. *si id velle videare; si id jure videamur* ed. s. l. et a. *si id in re videamus* Guelf. 1. *si id videamur* Guelf. 2. *sed id velle videamur* vet. ap. Steph. 'In Gruteri ed. voc. *velle* non monito lectore omissum est. Vide Gronov. Errorem secuti sunt Ern. 1. 2. 3.' *Orell.*—4 Guelf. 1. *si ponetur.*—5 Idem

NOTÆ

[b] *Amorem conciliari*] Amoris tres sunt causæ; conjunctio, similitudo, et bonitas. Quapropter primo quidem amantur patria, parentes, liberi, consanguinei, affines, et fœderati; deinde pares, qui sunt ejusdem ætatis, indolis, et artis, nisi forte sibi incommodent, tum enim figulus figulo invidet; denique qui nos afficiunt beneficiis, et aliqua virtute excellunt. Consule Aristot. Rhet. l. ii.

[c] *Quod sit utile ipsis*] Sic Tullius in Verr. i. § 5. 'Itaque mihi videor magnam et maxime ægram et prope depositam reip. partem suscepisse; neque in eo magis meæ, quam vestræ laudi existimationique servisse. Accessi enim ad invidiam judiciorum levandam vituperationemque tollendam: ut cum hæc res pro voluntate pop. Rom. esset judicata, aliqua ex parte mea diligentia constituta auctoritas judiciorum videretur.'

[d] *Pro bonis*] Hinc Fonteio conciliat amorem Cicero § 29. 'Frugi igitur hominem, judices, frugi, inquam, et in omnibus vitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officii, plenum religionis videtis positum in vestra fide ac potestate: atque ita ut commissus sit fidei, permissus potestati. Videte igitur, utrum sit æquius hominem honestissimum, virum fortissimum, civem optimum dedi inimicissimis atque immanissimis nationibus, an reddi amicis.'

[e] *Nihil ad utilitatem suam*] Quod

nihil omnino fecisse causa sua. Invidetur[f] enim commodis hominum ipsorum; studiis autem eorum ceteris commodandi favetur. 208. Videndumque hoc loco est, ne, quos ob benefacta diligi volemus, eorum laudem atque gloriam, cui maxime invideri solet, nimis efferre videamur. Atque iisdem his ex[6] locis et odium[g] in alios struere discemus, et a nobis ac nostris demovere: eademque hæc genera tractanda sunt in iracundia[h] vel excitanda, vel sedanda: nam si, quod ipsis, qui audiunt, perniciosum aut inutile sit, id factum[7] augeas, odium creatur; [*p.* 128.]

codex, *aut dignitatem esse;* et mox, *cui concilias.* Tum, *sua causa fecisse* Lamb.—6 *Atque iisdem ex,* omisso *his,* Steph. et Lamb. Mox, *in alios odium* unus codex, prob. Schutz. Klein. et Harles. Dein, *dimovere* Junt. et al. ante Lamb. et paulo post *sunt tractanda* unus codex ap. Orell.—7 ' Plane assentior Pearcio *factum* h. l. delenti, quod sane diligentem lectorem quemque offenderit. Sed idem arbitror esse transferendum ad sequentia, et scribam, *quod aut in bonos viros factum, aut in eos, &c.* nam ibi nihil est unde *in bonos viros* pendeat.' *Ernesti.* Wetzel. *factum* post voc. *viros* in contextu

NOTÆ

præstat Tullius orat. pro Milone § 93. ' Me quidem, judices, exanimant et interimunt hæ voces Milonis, quas audio assidue, et quibus intersum quotidie. Valeant, inquit, valeant cives mei: sint incolumes, sint florentes, sint beati: stet hæc urbs præclara mihique patria carissima, quoquo modo merita de me erit: tranquilla rep. cives mei (quoniam mihi cum illis non licet) sine me ipsi, sed per me tamen perfruantur. Ego cedam atque abibo.'

[f] *Invidetur*] Invidetur homini qui faciat aliquid utilitatis suæ causa, graviter enim ferimus gloriam aliorum et commoda; sed eidem favetur si aliis commodare et servire studeat, quia utilitate nostra ducimur.

[g] *Odium*] Est abalienatio quædam animi perfecta, qua quis alterum perditum velit. Congestis et exaggeratis Clodii criminibus in eum Cicero movet odium in Milon. § 72. ' Occidi, occidi, non Sp. Melium . . . non Tib. Gracchum . . . sed eum (auderet enim dicere cum patriam periculo suo liberasset) cujus nefarium adulterium in pulvinaribus sanctissimis nobilissimæ fœminæ comprehenderunt; eum, cujus supplicio senatus solennes religiones expiandas sæpe censuit; eum, quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse L. Lucullus juratus, se, quæstionibus habitis, dixit comperisse; eum, qui civem, quem senatus, quem populus, quem omnes gentes urbis ac vitæ civium conservatorem judicabant, servorum armis exterminavit; eum, qui regna dedit, ademit, orbem terrarum, quibuscum voluit, partitus est; eum, qui,' &c.

[h] *Iracundia*] De cujus natura diximus l. I. de Orat. § 220. Huc referri possunt indignationis commovendæ varii modi et exempla, quæ videsis in notis ad lib. I. de Invent. § 100. et seqq.

sin, quod aut in bonos viros, aut in eos, in quos quisque minime debuerit, aut in rempublicam; tum excitatur, si non tam acerbum odium, tamen aut invidiæ,[8] aut odii non dissimilis offensio.[o] 209. Item timor[i] incutitur[9] aut ex ipsorum periculis,[j] aut ex communibus: interior est ille proprius: sed hic quoque communis ad eandem similitudinem est perducendus.[p] LII. Par atque una ratio est spei,[k] lætitiæ,[l] molestiæ:[1 m] sed haud sciam, an acerrimus

[o] *Motus animi offensi et indignantis.*

[p] *Metus qui ex ipsorum hominum periculis incutitur, est gravior, quam qui oritur ex communibus periculis. Oportet tamen efficere ut qui communia pericula metuit, a communibus illis periculis suum periculum non putet esse sejunctum.*

posuit. Lambinus corrigit, *sin, quod aut bonis viris, aut iis, quos quisque minime lædere debuerit, aut reipublicæ, &c.* Steph. *in eos, in quos:* Guelf. 1. 2. 3. *in eos quos.* 'Schutz. nihil hic mutandum recte censet, et, post *bonos* subintelligitur, ait, ex antecedenti versiculo *factum*, et post *debuerit* facile cogitando suppletur *facere.* Nec probat Lambini et Pearcii sententias.' *Harles.*—8 Guelf. 2. 3. Mull. et Orell. *aut invidia;* Schutz. et Harles. *aut iracundia;* Lamb. *attamen aut invidiæ.*—9 Guelf. 1. *timor incitatur.*

CAP. LII. 1 Guelf. 3. *atque molestiæ.* Mox, *non longe sit* Guelf. 1.—

NOTÆ

[i] *Timor*] Definitur ab Aristotele Rhet. l. II. 'Timor est dolor ac perturbatio ex opinione impendentis mali, quod vel perniciem, vel molestiam afferre possit.'

[j] *Aut ex ipsorum periculis*] Cicero senatum propositis periculis metu deterret, ne legatos mittat ad Antonium Philipp. XII. § 7. 'Quod si est erratum P. C. spe falsa atque fallaci, redeamus in viam: optimus est portus pœnitenti mutatio consilii. Quid enim, per Deos immortales, potest reip. prodesse nostra legatio? prodesse dico? quid si etiam obfutura est? obfutura? quid, si jam nocuit? an vos acerrimam illam et fortissimam pop. Rom. libertatis recuperandæ cupiditatem non imminutam ac debilitatam putatis legatione pacis audita? quid municipia censetis? quid colonias? quid cunctam Italiam? futuram eodem studio quo contra commune incendium exarserat? An non putamus fore, ut eos pœniteat professos esse et præ se tulisse odium in Antonium, qui pecunias polliciti sunt, qui arma, qui se totos et animis et corporibus in salutem reip. contulerunt?'

[k] *Spei*] Cum metui spes opponatur, recte definiri potest, gaudium ex opinione impendentis boni quod vel conservare vel afferre voluptatem possit. Ita Vossius. Spes excitatur proposita boni honestate et magnitudine, facilibusque et paratis ad illud assequendum præsidiis: frangitur autem rei difficultate ac malorum imminentium imagine. P. Scipio apud Livium l. XXI. exposita victoriæ facilitate suis spem movet, et ad prœlium contra Carthaginienses ineundum animos facit: 'Erit in hoc certamine is vobis illisque animus, qui victoribus et victis esse solet. Nec nunc illi, quia audent, sed quia necesse est, pugnaturi sunt: nisi creditis qui ex-

longe sit omnium motus invidiæ :[n] nec minus virium opus sit[2] in ea comprimenda, quam in excitanda. Invident autem homines maxime paribus, aut inferioribus, cum se relictos sentiunt, illos autem dolent evolasse :[q] sed etiam

[q] *Ad aliquam dignitatem pervenisse.*

2 'Omittitur *sit* in Guelf. 1. et sane posse hic abesse, cum Schutzio arbitror.'

NOTÆ

ercitu incolumi pugnam detrectavere, eos, duabus partibus peditum equitumque in transitu Alpium amissis, qui pæne plures perierint quam supersint, plus spei nactos esse. At enim pauci quidem sunt, sed ingentes animis corporibusque, quorum robora ac vires vix sustinere vis ulla possit. Effigies, immo umbræ hominum, fame, frigore, illuvie, squalore enecti, contusi ac debilitati inter saxa rupesque : ad hæc perusti artus, nive rigentes nervi, membra torrida gelu, quassata confractaque arma, claudi ac debiles equi. Cum hoc equite, cum hoc pedite pugnaturi estis : reliquias extremas hostium, non hostes habebitis.'

[l] *Lætitiæ*] A Cicerone definitur Tusc. Quæst. Opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videatur. Commovetur vel insperato bono, vel læta fortunæ commutatione. Sic Tullius ipso Catilinariæ secundæ exordio triumphat gaudio : 'Tandem aliquando, Quirites, L. Catilinam, furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefarie molientem, vobis atque huic urbi ferrum flammamque minitantem, ex urbe vel ejecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem verbis prosecuti sumus. Abiit, excessit, evasit, erupit : nulla jam pernicies a monstro illo atque prodigio mœnibus ipsis intra mœnia comparabitur.'

[m] *Molestiæ*] Molestia sive dolor acerbus est mali præsentis sensus. Judicum in animis dolorem sic excitat Cicero pro Sext. § 145. 'Atque hic et tot civium squalor, hic luctus, hæ sordes susceptæ sunt propter unum me, quia me defenderunt, quia meum casum luctumque doluerunt, quia me lugenti patriæ, flagitanti senatui, poscenti Italiæ, vobis omnibus orantibus reddiderunt. Quod tantum est in me scelus? quid tantopere deliqui illo die, cum ad vos indicia, literas, confessiones communis exitii detuli? cum parui vobis? At, si scelestum est amare patriam, pertuli pœnarum satis : eversa domus est, fortunæ vexatæ, dissipati liberi, raptata conjux, frater optimus incredibili pietate, amore inaudito, maximo in squalore volutatus est ad pedes inimicissimorum : ego pulsus aris, focis, Diis penatibus, distractus a meis, carui patria, quam (ut levissime dicam) certe texeram : pertuli crudelitatem inimicorum, scelus infidelium, fraudem invidorum.'

[n] *Motus invidiæ*] Invidiam Aristoteles Rhet. II. 10. sic definit : 'Invidia est dolor quidam ob prosperitatem quæ apparet in bonis, de quibus dictum est, erga similes ; idque non ut bene sit invidenti, sed propter illos' quibus invidetur. Cicero Tusc. Quæst. l. IV. 'Invidentiam,' inquit, 'esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas quæ nihil noceant invidenti.' Invidiæ causa princeps est cupiditas excellendi, qua quis tantum sibi de-

superioribus invidetur sæpe vehementer, et eo magis, si intolerantius se jactant, et æquabilitatem juris[3] præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt:[r] quæ si inflammanda sunt, maxime dicendum est, non esse virtute parta;[o] deinde etiam vitiis atque peccatis: tum, si erunt honestiora[4] atque graviora, tamen non esse tanta[5] ulla merita, quanta insolentia hominis,[p] quantumque fastidium.[s] 210. Ad sedandum[t] autem, magno illa labore,[q] magnis periculis esse

[r] *Jura omnibus hominibus ex æquo posita contemnunt propter dignitatis et fortunæ suæ præstantiam.*
[s] *Arrogantia.* [t] *Ad compescendam invidiam.*

Harl.—3 Ita codd. Bod. Harl. 2. Bal. Nov. cum edd. Ven. Med. Lamb. Harl. *æqualitatem communis juris* ed. s. l. et a. *æquabilitatem communis juris* Erl. 1. Junt. Crat. Vict. Manut. Steph. Grut. 'Recte defendunt Nagel. Act. Traj. v. 4. p. 265. et Censor Jenensis.' *Orell.*—4 Guelf. 1. *honesta.*—5 Ita Norf. Steph. Lamb. Pearc. Wetzel. *tanti* Junt. Crat. Manut. Grut. Schutz. Orell. prob.

NOTÆ

trahi putat, quantum alteri adjicitur.

[o] *Non esse virtute parta*] Cicero pro Rosc. Amer. § 144. Chrysogonum in invidiam vocat ob divitias male partas: 'Si hac indigna suspicione careat, animo æquo se carere suis omnibus commodis dicit: rogat oratque te, Chrysogone, si nihil de patris fortunis amplissimis in suam rem convertit; si nulla in re te fraudavit; si tibi optima fide sua omnia concessit, annumeravit, appendit; si vestitum quo ipse tectus erat, annulumque de digito suum, tibi tradidit; si ex omnibus rebus seipsum nudum, neque præterea quicquam excepit; ut sibi per te liceat innocenti amicorum opibus vitam in egestate degere. Prædia mea tu possides; ego aliena misericordia vivo: concedo, et quod animus æquus est, et quia necesse est. Mea domus tibi patet, mihi clausa est: fero. Familia mea maxima uteris, ego servum habeo nullum: patior, et ferendum puto. Quid vis amplius?'

[p] *Insolentia hominis*] Hinc facit invidiam M. Posthumio tribuno militum L. Decius tribunus plebis apud Livium lib. IV. 'Auditis, Quirites, sicut servis, malum minantem militibus: tamen hæc bellua dignior vobis tanto honore videbitur, quam qui vos urbe agrisque donatos in colonias mittunt: qui sedem senectuti vestræ prospiciunt: qui pro vestris commodis adversus tam crudeles superbosque adversarios depugnant. Incipite deinde mirari cur pauci jam vestram suscipiant causam.'

[q] *Magno illa labore*] Sic apud Livium l. VI. invidiam sedat M. Manlius Capitolinus Cornelio Cosso dictatori respondens: 'Offendit te, A. Corneli, vosque P. C. circumfusa turba lateri meo. Quin eam deducitis a me singuli vestris beneficiis? intercedendo, eximendo de nervo cives vestros, prohibendo judicatos addictosque duci, ex eo quod affluit opibus vestris, sustinendo necessitates aliorum? Sed quid ego vos de vestro impendatis hortor? sortem ali-

parta,[6] nec ad suum commodum,[r] sed ad aliorum esse collata, seseque, si quam gloriam peperisse videatur, etsi ea non sit iniqua merces periculi, tamen ea non delectari, totamque abjicere atque deponere: omninoque perficiendum est, (quoniam plerique sunt invidi, maximeque est hoc commune vitium, et pervagatum:[7] [invidetur autem præstanti florentique fortunæ]) ut hæc opinio minuatur, et, illa excellens opinione fortuna[u] cum laboribus[s] et miseriis permista[8] esse videatur. 211. Jam misericor-

[u] *Excellens illa fortuna, ut homines opinantur.*

Heusinger.—6 Guelf. 2. 3. *esse parata.* Mox, *quæ suam gloriam p. videantur,* omisso *seseque,* Steph. *seseque* omittit etiam Lamb. Dein, pro *etsi,* quod e conj. dedit Ernesti, *tametsi* habent Junt. Lamb. Pearc. Orell. *tamen etsi* codd. aliquot et edd. antiq. Grut. Gronov. 1692. Pro *iniqua,* Junt. et Crat. *æqua.*—7 Ita codd. Regii ap. Le Clerc. Junt. Lamb. *et perpetuum* Grut. ex aliquot codd. *maximeque est hoc vitium pervagatum* edd. s. l. et a. ac Lips. 'Mox, *invidetur* ... *fortunæ* sine causa uncis inclusit Ernesti.' *Orell.*—8 Ita

NOTÆ

quam ferte, de capite deducite quod usuris pernumeratum est: jam nihilo mea turba quam ullius conspectior erit. At enim quid ita solus ego civium curam ago? Nihilo magis quod respondeam habeo, quam si quæras quid ita solus Capitolium arcemque servaverim. Et tum universis quam potui opem tuli, et nunc singulis feram.'

[r] *Nec ad suum commodum*] Ex hoc capite motam in se invidiam comprimit Tullius orat. in Syllam § 25. 'Ego tantis a me beneficiis in rep. positis, si nullum aliud mihi præmium a senatu populoque Romano, nisi honestum otium postularem, quis non concederet? sibi haberent honores, sibi imperia, sibi provincias, sibi triumphos, sibi alia præclaræ laudis insignia: mihi liceret ejus urbis, quam conservassem, conspectu, tranquillo animo et quieto frui? Quid, si hoc non postulo? si ille labor meus pristinus, si solicitudo, si officia, si operæ, si vigiliæ deserviunt amicis, præsto sunt omnibus? si neque amici in foro requirunt studium meum, neque respub. in curia? si me non modo rerum gestarum vacatio, sed neque honoris, neque ætatis excusatio vindicat a labore? si voluntas mea, si industria, si domus, si animus, si aures patent omnibus? si mihi ne ad ea quidem quæ pro salute omnium gessi, recordanda et cogitanda quicquam relinquitur temporis? tamen hoc regnum appellabitur? cujus vicarius qui velit esse, inveniri nemo potest.'

[s] *Cum laboribus*] Eadem pro Sylla orat. paulo post § 29. sic idem Tullius: 'Quod si illis meis præsidiis forte invides, et si tibi ea regia videntur, quod omnes boni omnium generum atque ordinum suam salutem cum mea conjungunt; consolare te, quod omnium mentes improborum mihi uni maxime sunt infensæ et adversæ, qui me non solum idcirco oderunt, quod eorum conatus impios et furorem consceleratum repressi; sed eo etiam magis quod nihil jam se simile me vivo conari posse arbitrantur.'

dia[9][t] movetur, si is, qui audit, adduci potest, ut illa, quæ de altero deplorentur, ad suas res revocet, quas aut tulerit acerbas, aut timeat;[v] aut intuens alium, crebro ad seipsum[10] revertatur. Ita cum[11] singuli casus humanarum miseriarum graviter accipiuntur, si dicuntur dolenter, tum afflicta et prostrata virtus maxime luctuosa est; et, ut illa altera pars orationis, quæ probitatis commendatione, boni viri debet speciem tueri, lenis[w] (ut sæpe jam dixi) atque submissa; sic hæc, quæ suscipitur ab oratore ad commutandos animos atque omni ratione flectendos, intenta ac vehemens esse debet. LIII. 212. Sed est quædam in his duobus generibus, quorum alterum lene, alterum vehemens esse volumus,[1] difficilis ad distinguendum similitudo. Nam ex[2] illa lenitate, qua conciliamur iis, qui audiunt, ad hanc vim acerrimam, qua eosdem excitamus, influat oportet aliquid,[x] et ex hac vi nonnunquam animi aliquid [inflammandum est][3] illi lenitati: neque est ulla temperatior ora-

[v] *Cum audit de calamitate aliorum, cogitet de iis rebus acerbis, quas vel tulerit, vel timeat.*

[w] *Motus illi quibus opinionem viri boni et famam probitatis orator sibi conciliat, debent esse lenes.*

[x] *Orator debet vim et asperitatem contentionis condire illa humanitate qua conciliantur auditores, et temperatum illud dicendi genus contentione excitare.*

Guelf. 1. 2. 3. Erl. 1. Junt. et Lamb. *permixta* Mull. Orell. al. Actutum, *esse* deest in Guelf. 1.—9 *At misericordia* Steph. Lamb.—10 Pearc. conj. *ad se ipse.*—11 'Vir quidam doctus ex conjectura legit, *Item cum,*' &c. Pearc.

CAP. LIII. 1 Solus Lamb. *esse debet.*—2 *Nam et ex* Guelf. 1. 3. et Lamb. —3 'Vetus lectio h. l. est *influendum est;* quod vitiosum esse vident omnes. Lambinus correxit *infundendum est;* Gruterus e Mss. *inflammandum est.* Melanthon et Gulielmius corrigebant *inflandum,* pro *afflandum;* nam et 'inflatus divinus' dicitur pro 'afflatu,' ut Cic. Divin. 1. 6. idque ceteris longe melius est. Ego cum Grutero ejiciendum puto. Correctores volebant hoc membrum priori similius reddere, et cum in illo sit *influat,* fecere *influendum est;* unde *inflammandum* factum est ab iis, qui putabant, id lenius esse pro *vi animi. Influat* est commune et aptum utrique.' *Ernesti.* Plerique codd. ap. Pearc. habent *influendum;* nonnulli *inflammandum.* 'Wetzel. qui quidem *inflammandum* in textu retinuit, hanc lectionem, uti *influendum,* rejecit, atque assentitur Grutero et Ernestio. Ego vero cum Schutzio rescripsi *inflandum.*' Harles. 'Mihi rectum videtur *inflammandum est;* sed expungendum (utpote ortum ex interpolatione ad corruptum illud *influendum,*) *illi lenitati,* quod

NOTÆ

[t] *Misericordia*] De misericordiæ natura, variis ejus excitandæ modis et exemplis, diximus l. 1. de Invent. § 106. &c.

tio, quam illa, in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur; remissio autem lenitatis quadam gravitate et contentione firmatur. 213. In utroque autem genere dicendi, et illo, in quo vis atque contentio quæritur, et hoc, quod [4] ad vitam et mores accommodatur,[y] et principia tarda sunt,[5] et exitus tamen spissi et producti [z] esse debent. Nam neque assiliendum statim est ad illud genus [6] orationis: [a] abest enim totum a causa, et homines prius ipsum illud, quod proprium sui judicii est, audire desiderant: nec, cum in eam rationem ingressus sis, celeriter discedendum est. 214. Non enim, sicut argumentum, simul atque positum est, arripitur, alterumque et tertium poscitur, ita misericordiam, aut invidiam, aut iracundiam, [7] simul atque intuleris, possis commovere.[b] Argumentum enim ratio ipsa confirmat, quæ simul atque emissa est,[8] adhærescit: [c] illud autem genus orationis non cognitionem judicis, sed magis perturbationem [d] requirit, quam consequi, nisi multa, et varia, et copiosa oratione, et simili contentione actionis, nemo potest. 215. Quare qui aut breviter, aut submisse dicunt, docere judicem possunt, commovere non possunt; in quo sunt omnia.[e] Jam illud perspicuum est, omnium rerum in contrarias partes facultatem ex iisdem suppeditari [9] locis. Sed argumento resistendum

[y] *Quod idoneum est ad ostendendam vitam et probos mores oratoris.*
[z] *Vehementes et longiores.*
[a] *Non statim veniendum ad vehemens et acre genus orationis.*
[b] *Argumentum statim atque propositum est, intelligitur, ac si minus sufficiat, secundum et tertium petitur: at non ita statim atque tractare dicendo cœperis, poteris excitare auditorum in animis misericordiam, aut invidiam, aut iracundiam.*
[c] *Quæ simul atque demonstrata est, menti inhæret.* [d] *Affectum.*
[e] *In quo commovendo requiruntur omnia, nempe et copiosa oratio et contento actionis.*

ego uncis inclusi.' *Orell.* Voc. *animi* ante *aliquid* deest in cod. ap. Verburg. —4 Guelf. 2. *et in hoc quo.*—5 Ita codd. et edd. vett. Junt. Lamb. al. *sunt* e conj. Pearc. omittunt Schutz. et Mull. Mox, *et exitus item* conj. Lamb. *tamen* deest in Harl. 1.—6 Lamb. *genus illud;* et mox, *illud ipsum.*—7 Guelf. 2. *atque iracundiam.* Mox, pro *intuleris,* Schutz. conj. *impuleris.*— 8 'Hæc corrupta. *cui simul atque emissum est,* conj. Wyttenbachii, recepit Schutz. Fortasse suffecerit emendare, *quæ simul, atque emissum est.*' Orell. *quod s. atque emissum* conj. Scheller.—9 Duo codd. ap. Orell. *suppeditare.*—10 'Fortasse legendum, *Et arg. r. est.*' Pearc. 'Haud male quidem; at non opus esse

est,[f] [10] [u] aut iis, quæ comprobandi [v] ejus causa sumuntur, reprehendendis, aut demonstrando, id, quod concludere illi velint, non effici ex propositis,[11] nec esse consequens: [w] aut, si ita non refellas, afferendum est in contrariam partem,[x] quod sit aut gravius, aut æque grave. 216. Illa autem, quæ aut conciliationis causa leniter, aut permotionis vehementer aguntur, contrariis commotionibus inferenda [12] sunt, ut odio benivolentia, misericordia invidia tollatur.

LIV. Suavis autem est,[1] et vehementer sæpe utilis jocus, et facetiæ: quæ, etiamsi alia omnia tradi arte possunt, naturæ sunt propria certe, neque ullam artem desiderant. In quibus tu longe aliis, mea sententia, Cæsar, excellis:

[f] *Refellendum est argumentum allatum ab adversario.*

videtur.' *Harles.*—11 Ita Erl. 1. *ex positis* Memm. Gnil. Lamb.—12 'Sic corrupte Junt. Lamb. Ernesti. *offerenda* unus codex ap. Gronov. *offerenda* codd. aliquot, Schutz. et Mull. dubitans tamen; nam neque de hujus verbi sensu hic constat. *auferenda* Strebæus legisse videtur Schutzio. Equidem nihil ejusmodi vidi neque in textu, neque in commentario Strebæi. *evertenda* susp. Heusinger. *infirmanda* Walkeri conj. prob. Ernesti et Schutz. recepit Wetzel. *inserenda* Matthiæ Misc. Crit. I. 4. p. 682.' *Orell.* Mox, *ut misericordia* codd. aliquot, Junt. Lamb.

NOTÆ

[u] *Argumento resistendum est*] Refutationis regulas breviter sic colligit Julius Severianus: 'Proposito eo quod adversarius dixerit, respondebimus duobus modis; aut non esse id, aut non ideo nos vinci debere.' Prima ratione utitur Cicero pro Roscio Amerino, cum eum penitus negat parricidii reum; altera utitur pro Milone, a quo non negat occisum Clodium, sed jure occisum contendit, quod non alio modo vim repellere posset Milo.

[v] *Iis, quæ comprobandi*] Ita sub init. Milon. § 7. 'Negant intueri lucem esse fas ei, qui a se hominem occisum esse fateatur. In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea quæ primum judicium de capite vidit M. Horatii fortissimi viri, qui nondum libera civitate pop. Rom. comitiis liberatus est, cum sua manu sororem interfectam esse fateretur,' &c.

[w] *Nec esse consequens*] Quod in urbem non veniret Roscius filius, inde eum invisum fuisse patri Erucius colligebat. Hoc minime cohærere Cicero ostendit oratione pro Roscio Amerino.

[x] *In contrariam partem*] Cum facinus negari potest, idem in adversarium, si licet, retorquendum est. Tullius Tuberonem Ligarii accusatorem, quod etiam arma contra Cæsarem tulisset, exagitat: 'Quid enim tuus ille, Tubero, districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cujus latus mucro ille petebat? quis sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?'

quo magis mihi etiam testis esse potes, aut nullam esse artem salis,[h y] aut, si qua est, eam nos tu potissimum docebis. 217. Ego vero, inquit Cæsar, omni de re facetius[2] puto posse ab homine non inurbano, quam de ipsis facetiis, disputari. Itaque cum quosdam Græcos inscriptos libros esse vidissem de ridiculis,[z] nonnullam in spem[3] veneram, posse me aliquid ex istis discere: inveni autem ridicula et salsa[4] multa Græcorum: nam et Siculi[a] in eo genere, et Rhodii, et Byzantii,[b] et præter ceteros, Attici[c] excellunt: sed qui ejus rei rationem quandam conati sunt artemque tradere, sic insulsi extiterunt, ut nihil aliud eorum, nisi ipsa insulsitas, rideatur. 218. Quare mihi nullo videtur modo[5] doctrina ista res posse tradi. Etenim cum duo genera sint facetiarum, alterum æquabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum et breve; [*p.* 129.] illa a veteribus superior cavillatio, hæc altera dicacitas nominata est.

[h] *Modum apte jocandi nulla arte tradi posse.*

Cap. liv. 1 *Suavis est autem* Mull.—2 Duo codd. Stephani, tres Lambini, quatuor Gallici, Palatt. 5. 7. Joan. Harl. 1. Bod. Mag. Guelf. 1. 2. 3. Erl. 1. et ed. Lips. *facilius.*—3 Ernesti conj. *non ullam in spem.* Mox, *ex his discere* Guelf. 1.—4 Vet. ap. Steph. et Lamb. *et falsa.*—5 *Quare mihi quidem nullo v. modo* omnes codd. ap. Pearc. item edd. Junt. Crat. Lamb. Pearc. Schutz. Wetzel. Harles. Mull. et Orell. *Quare mihi videtur quidem nullo modo* Guelf. 1. *Quare mihi quidem nullo modo videtur* Guelf. 2. Mox, *sint genera* Lamb.

NOTÆ

[y] *Nullam esse artem salis*] Quorsum igitur, inquiet aliquis, hic de jocandi ratione præcepta traduntur? Nodum hunc solvit Quintil. vi. 3. 'Hoc quicquid est, ut non ausim dicere carere omnino arte; quia nonnullam observationem habet, suntque ad id pertinentia, et a Græcis et a Latinis composita præcepta; ita plane affirmo præcipue positum esse in natura et occasione.'

[z] *De ridiculis*] Tradit Laërtius Theophrastum scripsisse librum περὶ Γελοίου, *de Ridiculo.*

[a] *Siculi*] Incolæ Siciliæ, quæ in mari Mediterraneo insula ab extrema versus orientem Italiæ parte perangusto freto sejungitur. Dicta præterea est Sicania et Trinacria, aut Triquetra a figura, auctore Plinio. Nunc appellatur *la Sicile.* De Rhodiis dictum alibi.

[b] *Byzantii*] Byzantium nobilissima Thraciæ civitas ad Bosphorum Thracium sita, cui totius orbis spoliis locupletatæ nomen suum imposuit Constantinus Magnus anno post Chr. 330. ex quo dicta est Constantinopolis. Ab anno 1453. subjecta est Turcis, a quibus *Stamboul* appellatur.

[c] *Attici*] Attica Achaiæ regio notissima, cujus caput Athenæ.

Leve nomen habet utraque res: quippe[6] leve enim est totum hoc, risum movere. 219. Verumtamen (ut dicis, Antoni) multum in causis persæpe lepore et facetiis profici vidi. Sed cum in illo genere perpetuæ festivitatis ars non desideretur, (natura enim fingit homines et creat imitatores et narratores facetos,[7] et vultu adjuvante, et voce, et ipso genere sermonis) tum vero in hoc altero dicacitatis, quid habet ars loci, cum ante illud facetum dictum[8] emissum hærere debeat,[i] quam cogitari potuisse videatur? 220. Quid enim hic[9] meus frater[j] ab arte adjuvari potuit, cum a Philippo[d] interrogatus, quid latraret, 'Furem se videre' respondit? Quid in omni oratione Crassus vel apud centumviros[e] contra Scævolam, vel contra accusatorem Brutum, cum pro Cn. Planco diceret? Nam id, quod tu mihi tribuis, Antoni, Crasso est, omnium sententia, concedendum. Non enim fere quisquam reperietur, præter hunc, in utroque genere leporis excellens, et illo, quod in perpetuitate sermonis, et hoc, quod[10] in celeritate atque dicto est. 221. Nam hæc perpetua contra Scævolam Curiana defensio[k] tota redundavit hilaritate quadam et joco; dicta illa brevia non habuit. Parcebat enim adversarii dignitati:

[i] *Ferire animos ante debeat.* [j] *Catulus.*
[k] *Oratio Crassi, in qua Curium defendit contra Scævolam.*

—6 Voc. *quippe* deest in Crat. Actutum, *leve etiam* conj. Ernesti receperunt Wetzel. et Harles. Ernesti addit, 'aut *enim* delendum, aut secundum vett. libros interpungendum, *res quippe: leve enim.*' Schutz. interpungit, *res? quippe; leve enim, &c.*—7 Guelf. 1. *facetiarum.* Mox, *adjuvante et vultu* Schutz. e quibusdam codd.—8 Bal. *facere dictum;* Guelf. 1. Erl. 1. Norf. Joan. Med. Harl. 1. 2. Nov. Bodl. et Mag. item edd. Junt. Crat. Lamb. Steph. Ascens. Streb. Harl. Orell. Mull. *facete dictum.*—9 *Quid enim est hic* Guelf. 1.—10 Edd. vett. *et illo, qui . . . et hoc, qui;* codd. Joan. Harl. 1. Norf. Nov. item edd. Venet. Mediol. Steph. Ascens. Lamb. Manut. Pearc. et recentt. *et illo quod . . . et hoc, quod;* Erl. 1. *et illo, qui . . . quod;* Guelf. 1. *excellens illo qui in perp. &c.* Guelf. 2. *excellens et in illo qui . . . et hoc qui;*

NOTÆ

[d] *A Philippo*] De quo dictum, l. 1. de Orat. § 24. Ex dicterio Catuli patet notam fuisse hominis rapacitatem.

[e] *Vel apud centumviros*] De causa illa quam pro Curio secundo hærede contra Scævolam Coponiorum defensorem Crassus peroravit, diximus l. 1. de Orat. § 180.

in quo ipse[11] servabat suam; quod est hominibus facetis et dicacibus difficillimum, habere hominum rationem et temporum, et ea, quæ occurrant, cum salsissime dici possint,[12] tenere.[l] Itaque nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur.[m] 222. Dicere enim aiunt Ennium; 'flammam[13] a sapiente facilius ore in ardente opprimi,[n] quam bona dicta teneat:'[o] hæc scilicet bona dicta quæ salsa sint: nam ea 'dicta' appellantur proprio jam nomine. LV. Sed ut in Scævolam[1] continuit ea Crassus, atque illo altero genere, in quo nulli aculei contumeliarum inerant, causam illam disputationemque lusit;[p][2] sic in Bruto, quem oderat, et quem dignum contumelia judicabat, utroque genere pugnavit. 223. Quam multa de balneis, quas nuper ille[q] vendiderat, quam multa de amisso patrimonio dixit! atque illa brevia, cum ille diceret, se sine causa sudare;[f] 'Minime mirum,' inquit,[3] 'modo enim ex-

[l] *Tacere.* [m] *Verbis Ennii explicant.* [n] *Extingui posse.*
[o] *Verba salsa et faceta supprimat.*
[p] *Abstinuit ab illis dictis et acutis salibus tum, cum in Scævolam dixit, ususque est potius facetiis æquabiliter tota oratione sparsis, quibus gravissimam causam jocando confecit.*
[q] *Brutus qui Plancum accusabat.*

Guelf. 1. *et hoc quod.*—11 Ita codd. Joan. Nov. Bal. Mag. Wag. Mead. Harl. 1. 2. Cantabr. Erl. 1. item edd. vett. Steph. et recentt. *ipso* Guelf. 1. Ald. Junt. Ascens. et vulgg. ante Pearc. *in quo ipso conservabat* Guelf. 3.—12 Guelf. 1. *dici possunt;* Guelf. 3. *dici potuit.*—13 *Ennium flamma* Guelf. 2. *autupiente* Erl. 1. Mox, *bona quæ salsa* Orell. *bene dicta, quæ, &c.* Guelf. 2.

CAP. LV. 1 Ita edd. pr. Streb. Junt. Crat. Man. Grut. Verburg. *in Scævola* Erl. 1. Joan. Harl. 1. Lamb. Pearc. Harles. Orell. *continuit* est a correctione Aldi, quem secuti sunt Junt. Pearc. al. *conticuit* Erl. 1. Guelf. 1. aliique codd. ap. Pearc.—2 Lamb. *elusit.* Mox, *in Brutum* conj. Wetzel. et sic legit Manut.—3 Vocc. *mirum* et *inquit* desunt in aliquot codd. *mirum* omittunt Joan. Harl. 1. et Erl. 1. *inquit* deest in al. ap. Harles. Unde Pearc. conj. *brevia: cum ille d. se s. c. sudore: Minime, inquit; &c.* Heusinger.

NOTÆ

[f] *Se sine causa sudare*] Dixerat Brutus se nimis vehementer agere et sudare in impugnanda Planci contra Crassum causa, quæ accusatione facile posset everti; respondit illi Crassus, Non miror te sudare, modo enim existi de balneis. Dicto scilicet notans balneas, de quarum possessione Brutus venditor et decoctor abierat. Solent porro qui e balneis exeunt, sudare et aqua diffluere: quod salse transtulit in Brutum Crassus.

isti de balneis.' Innumerabilia hujuscemodi fuerunt, sed non minus jucunda illa[4] perpetua.[r] Cum enim Brutus[g] duos lectores excitasset,[s] et alteri de colonia Narbonensi[h] Crassi orationem legendam dedisset, alteri de lege Servilia,[i] et cum contraria inter sese de republica capita contulisset;[t] noster hic[u] facetissime tres patris Bruti de jure civili libellos tribus legendos dedit. 224. Ex libro primo, 'Forte evenit, ut in Privernati[j] essemus.'[5] 'Brute,[v] testificatur pater, se tibi Privernatem fundum reliquisse.' Deinde

[r] *In L. Crasso perpetuitas faceti sermonis non minus jucunda fuit, quam illius brevia quædam et acute dicta.*
[s] *Surgere jussisset.* [t] *Alterum alteri opposuisset.*
[u] *L. Crassus.* [v] *Tum subjecit Crassus.*

volebat, *Minime. Existi de, &c.*—4 Ita codd. Cant. Norf. Joan. Mead. Wag. Harl. 1. Bal. Mag. et Nov. item edd. Venet. Mediol. Steph. Pearc. et recentt. *illa jucunda* Ald. Junt. Crat. Man. Grut.—5 Censor Jenensis addendum arbitrabatur, *ego et Marcus filius.* Cf. Orat. pro Cluent. c. 51.—

NOTÆ

[g] *Cum enim Brutus*] Ipse sibi interpres erit Tullius: in oratione pro A. Cluentio rem totam paulo fusius exponit § 140. 'L. Crassi auctoritatem sequor, qui cum Cn. Plancum defenderet, accusante M. Bruto, homine in dicendo vehementi et, callido; cum Brutus, duobus recitatoribus constitutis, ex duabus ejus orationibus capita alterna inter se contraria recitanda curasset, quod in dissuasione rogationis ejus quæ contra coloniam Narbonensem ferebatur, quantum potest, de auctoritate senatus detrahit; in suasione legis Serviliæ, summis ornat senatum laudibus: et multa in equites Rom. cum ex ea oratione asperius dicta recitasset, quo animi illorum judicum in Crassum incenderentur: aliquantum commotus esse dicitur.' Quid deinde fecerit Crassus, a Quintiliano brevius narratur l. VI. c. 3. 'Tres excitavit et ipse lectores, hisque patris ejus dialogos dedit legendos; quorum cum in Privernati unus, alter in Albano, tertius in Tiburti sermonem habitum complecteretur, requirebat ubi essent eæ possessiones. Omnes enim illas Brutus vendiderat, et cum paterna manciparet prædia, turpis habebatur.'

[h] *De colonia Narbonensi*] In provincia Narbonensi celebris est civitas Narbo Martius, *Narbone*, ubi colonia pop. Rom. fuit. Cum legem, quæ adversus illam coloniam ferebatur, dissuaderet Crassus, multis senatum, ejus legis auctorem, exagitavit. Rursus cum idem Crassus diceret pro Servilia lege, qua judicia ab equitibus ad senatum transferebantur, summis in cœlum laudibus senatum extollebat.

[i] *De lege Servilia*] Videsis l. I. de Invent. in notis ad § 92.

[j] *In Privernati*] In villa ad Privernum Latii urbem, quæ nunc appellatur *Piperno.*

ex libro secundo, 'In Albano[k] eramus ego, et Marcus filius.' 'Sapiens videlicet homo cum primis nostræ civitatis, norat hunc gurgitem;[w] metuebat, ne, cum is nihil haberet, nihil esse ei relictum putaretur.' Tum ex libro tertio, in quo finem scribendi fecit,[x] (tot enim, ut audivi Scævolam dicere, sunt veri Bruti libri) 'In Tiburti[1] forte assedimus ego, et Marcus filius.' 'Ubi sunt ii fundi, Brute, quos tibi pater publicis commentariis[y] consignatos reliquit? Quod nisi puberem[m] te, 'inquit,' jam haberet, quartum librum composuisset, et se etiam in balneis lotum[6] cum filio, scriptum reliquisset.' 225. Quis est igitur, qui non fateatur, hoc lepore, atque his facetiis non minus refutatum esse Brutum, quam illis tragœdiis, quas egit idem, cum casu in eadem causa funere[7] efferretur anus Junia?[z] Pro, Dii immortales! quæ fuit illa, quanta vis! quam inexpectata! quam repentina! cum, conjectis oculis, gestu omni imminenti,[8] summa gravitate et celeritate verborum, 'Brute, quid sedes? quid illam anum patri nuntiare vis tuo? quid illis omnibus, quorum imagines duci vides?[n] quid majoribus[9]

[w] *Inter primos cives sapientissimus cognoscebat hunc decoctorem.*
[x] *Præter quem Bruti pater alium librum scripsit nullum.*
[y] *Commemoratos in suis libris publice editis.*
[z] *Quam illa dictione concitata et pæne tragica, qua Crassus idem usus est in eadem causa pro Planco adversus Brutum, cum dicente Crasso per medium forum efferretur ad rogum anus Junia Bruti propinqua?*

6 Guelf. 2. 3. Junt. Crat. Victor. Man. Steph. Lamb. Mull. Orell. *locutum;* codd. aliquot, ed. s. l. et a. margo Crat. *lotum.* 'Quod, etsi primo intuitu mordacius videtur, homini Romano mera obscœnitas videri debet.' *Orell.*— 7 Ita Cant. Steph. et Lamb. *cum funere* Junt. Crat. *cum funere* omittunt quinque codd. et Manut. *cum funere feretur* ed. W. *in eadem causa feretur* Erl. 1.—8 Edd. s. l. et a. Omnib. et margo Crat. *gestu omni et vultu imminenti.*—9 Schutz. corrigit *vides, majoribus.* Mox, *Junio Bruto* margo Streb.

NOTÆ

[k] *In Albano*] Villa ad Albam Longam Latii urbem, quæ, si Leandro credimus, nunc dicitur *Savello.*

[1] *In Tiburti*] Alia item villa ad Tibur, quæ urbs in Latio vocatur hodie *Tivoli.*

[m] *Quod nisi puberem*] Si scripsisset librum quartum antequam tu pervenisses ad pubertatem, ac tecum, utpote impubere, lavasset in balneis, in eo libro meminisset etiam de balneis, quas tu, ut fundos ab eo tibi relictos, vendidisti.

[n] *Quorum imagines duci vides*] 'Apud majores in atriis hæ imagines erant quæ spectarentur, non signa

tuis? quid L. Bruto,[o] qui hunc populum dominatu regio liberavit? quid te facere? cui rei, cui gloriæ, cui virtuti studere? 226. patrimonione augendo? at id non est nobilitatis:[a p] sed fac esse,[b] nihil superest;[c] libidines totum dissipaverunt: an juri civili? est paternum:[d] sed dicet, te, cum ædes venderes, ne in rutis quidem et cæsis[q] solium[10] tibi paternum recepisse:[e] an rei militari? qui nunquam castra videris: an eloquentiæ? quæ nulla est[11] in te: et, quicquid est vocis ac linguæ, omne in istum turpissimum calumniæ quæstum[r] contulisti.[f] Tu lucem aspi-

[a] *Non debet esse hoc studium viri nobilis.*
[b] *Esto: id facere liceat viro nobili.* [c] *Ex tuo patrimonio.*
[d] *Hoc patris studium fuit: patrem in eo recte quidem tibi proponeres imitandum.*
[e] *Testabitur illa anus manibus tui parentis, te adeo imperitum esse juris civilis, ut cum ædes venderes, non retinueris tibi, ut fit, ruta cæsa, immo ne cathedram quidem illam patris, in qua domi de jure solebat respondere.*
[f] *Uteris lingua et voce ad homines accusandos, interdum per calumniam et falso crimine, ut quæstum facias ex eorum bonis, qui damnati judicio fuerint.*

Dein, *quid facere*, omisso *te*, Guelf. 2. 3. *quid te agere* Guelf. 1.—10 Al. *solum.*

NOTÆ

externorum artificum, nec æra et marmora: expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera, semperque defuncto aliquo totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus.' Plin. lib. xxxv. c. 2.

[o] *L. Bruto*] De quo lib. iv. ad Herenn. in notis ad § 66.

[p] *At id non est nobilitatis*] Non Romanis modo, verum etiam Græcis visum est ignobile faciendi quæstus studium. Scribit Aristoteles Polit. iii. 5. apud Thebanos lege cautum fuisse, ne quis ad honores reip. promoveretur, nisi decem annos a mercatura destitisset. Consule, si vacat, eundem Aristotelem i. 11. Cicero de Off. lib. i. § 150. 'Illiberales,' inquit, 'sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur: est enim in illis ipsa merces auctoramentum servitutis.' Et paulo post: 'Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est; sin magna et copiosa multa undique apportans, multisque sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda.' Hoc mercaturæ genus salvo dignitatis jure nonnullos equites Romanos exercuisse patet ex ult. Verr. § 160. 'Clamabat ille miser se civem esse Romanum, municipem Cosanum, meruisse se cum L. Pretio splendidissimo equite Romano, qui Panormi negotiaretur, ex quo hæc Verres scire posset.'

[q] *Ne in rutis quidem et cæsis*] Per ruta cæsa intelligitur supellex, quæ sine aliqua demolitione domus auferri potest. Et ruta quidem quæ eruta sunt, ut arena, creta, et similia: ea quæ cæsa, ut arbores cæsas, et his similia, esse vult Ulpianus. Rutis cæsis opponuntur fixa junctaque, vel infixa inædificataque, de quibus plura jurisconsulti.

cere audes? tu hos intueri? tu in foro, tu in urbe, tu in civium esse conspectu? tu illam mortuam, tu imagines ipsas[12] non perhorrescis? quibus non modo imitandis, sed ne collocandis quidem tibi ullum locum reliquisti.' LVI. 227. Sed hæc tragica atque divina: faceta autem et urbana innumerabilia ex[1] una contentione[g] meministis: nec enim concio major unquam fuit,[h] nec apud populum gravior oratio, quam hujus contra collegam[i][s] in censura nuper, neque lepore et festivitate conditior.*

Quare tibi, Antoni, utrumque assentior, et multum facetias in dicendo prodesse sæpe, et eas arte nullo modo posse tradi. Illud quidem[2] admiror, te nobis in eo genere tribuisse tantum, et non hujus rei quoque palmam, ut ceterarum, Crasso detulisse. 228. Tum Antonius, Ego vero ita fecissem, inquit, nisi interdum in hoc Crasso paulum[3] inviderem: nam esse quamvis facetum atque salsum,[j] non nimis est per se ipsum invidendum: sed, cum omnium sis[4] venustissimus et urbanissimus, omnium gravissimum et severissimum et esse, et videri, quod isti[k] contigit uni, id mihi vix feren-

[g] *Ex ejus oratione una quam nuper censor habuit.*
[h] *Nunquam fuit major populi conventus.*
[i] *Crassi contra collegam Domitium, cui nimiam domus magnificentiam objiciebat.* * *Plenior.*
[j] *Quantumlibet festivum ac lepidum.* [k] *Crasso.*

—11 Guelf. 1. et Reg. 7703. *quæ neque est.*—12 Voc. *ipsas* deest in Guelf. 1. 2. pro quo Schutz. malit *istas.* Mox, *locum ullum* Guelf. 2. probantibus Schutz. et Harl.

CAP. LVI. 1 Lamb. *etiam ex;* cujus lectionis vestigia sunt in Vet. ap. Steph. Mox, pro *contentione* quod habent codd. aliquot ap. Pearc. et edd. recentt. *concione* exhibent plurimi codd. Junt. Lamb. Grut. Schutz. et Orell. Deinde, pro voc. *concio,* Schutz. et Orell. habent *contentio.*—2 Ita Joan. ap. Pearc. Lamb. Steph. Harl. Mull. Orell. *Et illud quidem* Erl. 1. Guelf. 2. 3. alii codd. et edd. vett. Mox, *ut ceterarum* desunt in Guelf. 1.—3 Guelf. 2. 3. Lamb. et Manut. *paululum.* Mox, pro *quamvis,* quod servant Erl. 1. et W. novem codd. ap. Pearc. et tres vett. edd. habent *quemvis;* Guelf. 2. 3. *quem vis.*—4 Ita codd. plerique, Junt. et Lamb. *sit* codd. aliquot ap. Pearc. et

NOTÆ

[r] *Calumniæ quæstum*] Qui huic studio serviebant, dicebantur quadruplatores, quod ex damnatorum, quos detulerant, bonis, quarta pars ipsis cederet; infame omnino et odiosum hominum genus.

[s] *Contra collegam*] Vide notas ad § 45. hujusce libri.

dum videbatur. 229. Hic cum arrisisset ipse Crassus,[5] Attamen, inquit Antonius, cum artem esse facetiarum, Juli, negares, aperuisti quiddam, quod præcipiendum videretur. [*p.* 130.] Haberi enim dixisti rationem oportere hominum, rei, temporis, ne quid jocus de gravitate decerperet; quod quidem inprimis a Crasso observari solet. Sed hoc præceptum prætermittendum[6] est facetiarum, cum his nihil opus sit:[l] nos autem quomodo utamur, cum opus sit, quærimus: ut in adversarium,[m] et[7] maxime, si ejus stultitia poterit agitari, in testem stultum, cupidum, levem, si facile homines audituri videbuntur.[n] 230. Omnino probabiliora sunt, quæ lacessiti dicimus, quam quæ priores: nam et ingenii celeritas major est, quæ apparet in respondendo, et humanitatis est responsio.[o] Videmur enim quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti, ut in ista ipsa concione[8] nihil fere dictum est ab hoc, quod quidem facetius dictum videretur, quod non provocatus responderit. Erat autem tanta gravitas in Domitio, tanta auctoritas, ut, quod esset ab eo objectum, lepore magis elevandum, quam contentione frangendum videretur.[p] LVII. 231. Tum Sulpicius, Quid igitur? inquit: patiemur,[1] Cæsarem, qui quanquam Crasso facetias concedit, tamen multo in eo studio magis ipse elaborat,[2] non explicare nobis totum[3] genus

[l] *Hoc in adhibendis jocis præceptum habendæ rationis hominum, rei, temporis, prætermittendum est, cum qui hic adsunt oratores, eo minime indigeant, servandi decori jam peritissimi.*

[m] *Opus est interdum uti facetiis.*

[n] *Si bonum in partem accipiendæ sint ab auditoribus.*

[o] *Respondere cum fueris provocatus, est ingenii minime mali.*

[p] *Urbanitate refellendum potius quam rationibus.*

Schutz. *quod omnium sit* Guelf. 1. *sed quum omnium sis* Guelf. 2.—5 Ita Man. Lamb. Grut. *arrisisset Crassus* Guelf. 2. 3. Junt. Crat. Schutz. et Harl. *arrisisset ipse et Crassus* conj. Mull. Actutum, pro *Attamen*, Guelf. 1. 2. habent *Ac tamen*. Mox, pro *Juli*, margo Crat. habet *ullum;* Guelf. *quum artem esse facetiarum ullam negares.*—6 Ita codd. omnes et edd. vett. *prætermittendarum* e Heinzii conjectura Schutz. Harl. Orell. prob. Hensinger. Mox, *quod his* Man. pro *cum his.*—7 Conjunctio *et* suspecta Ernestio.—8 Guelf. 2. *conctione;* Guelf. 3. *contione;* Guelf. 1. *in ista contentione*, omisso τῷ *ipsa.*

CAP. LVII. 1 Guelf. 1. *patiemur inquit*, improb. Harles.—2 Guelf. 1. 2. 3. et Erl. 1. *laborat;* Ernesti conj. *et multo elaborat* (vel *elaboruvit*) *tamen non, &c.*—3 Ita Joan. Mead. Wag. Harl. 1. Cant. Norf. Nov. item edd. vett. Venet. Mediol. Lamb. Pearc. et recentt. *totum nobis* Junt. Man. Grut. *nobis*

hoc jocandi, quale sit, et unde ducatur; præsertim cum tantam vim et utilitatem salis et urbanitatis esse fateatur?[4] Quid si, inquit Julius, assentior Antonio dicenti, nullam esse artem salis? 232. Hic cum Sulpicius reticuisset, Quasi vero, inquit Crassus, horum ipsorum, de quibus Antonius jamdiu[5] loquitur, ars ulla sit: observatio quædam est, ut ipse dixit, earum rerum, quæ in dicendo valent: quæ si eloquentes facere posset,[6] [q] quis esset non eloquens? Quis enim hæc non vel facile,[7] vel certe aliquo modo posset ediscere? Sed ego in his præceptis hanc vim et hanc utilitatem esse[8] arbitror, non ut ad reperiendum, quid dicamus, arte ducamur, sed ut ea, quæ natura, quæ studio, quæ exercitatione consequimur, aut recta esse confidamus, aut prava[9] intelligamus, cum, quo referenda sint,[r] didicerimus. 233. Quare, Cæsar, ego quoque a te hoc peto, ut, si tibi videtur, disputes de hoc toto jocandi genere, quid sentias, ne qua forte dicendi pars, quoniam ita voluistis, in hoc tali cœtu, atque in tam accurato sermone præterita esse videatur. Ego vero, inquit ille, quoniam collectam[t] a conviva, Crasse, exigis, non committam, ut, si defugerim,[s] tibi causam aliquam dem recusandi: quanquam soleo sæpe mirari eorum impudentiam, qui agunt in scena[t] gestum, spectante Roscio:[10] [u]

[q] *Si satis esset observatio ista ad eloquentiam comparandam.*
[r] *Quo in loco adhibenda sint.*
[s] *Si recusem collectam solvere.* [t] *In theatro.*

deest in Guelf. 2. 3. Mox, pro *ducatur*, quod habent Lamb. et Grut. *deducatur* servant codd. aliquot, Junt. Crat. Man.—4 Ita Joan. Nov. Mag. Erl. 1. item Steph. Lamb. Pearc. et edd. recentt. *fateamur* Guelf. 2. 3. Junt. Crat. Man. Grut.—5 Ita codd. Gruteri et Erl. 1. item Steph. et Lamb. *tamdiu* Guelf. 1. 2. 3. Junt. Crat. Man. Grut.—6 Ita edd. vett. Junt. Crat. Lamb. *possit* Guelf. 1. Grut. Pearc. al. ante Ernesti.—7 Ita Bod. Mag. Pearc. et Orell. *vel non facile* Guelf. 1. cum reliquis edd. *non id facile* Guelf. 2. 3.—8 Verbum *esse* deest in Guelf. 1.—10 Guelf. 1. et Vet. ap. Steph. *inspectante Roscio.* Sic Nizol. annotante Schutzio. Mox, *se commovere* Guelf. 2. 3.

NOTÆ

[t] *Collectam*] Collecta, est pecunia quæ a singulis convivis exigitur et colligitur, quam pro sua quisque parte solvit ad sumtus convivii faciendos.

[u] *Roscio*] De quo supra dictum est non semel.

quis enim sese commovere potest,[u] cujus ille vitia non videat? Sic ego nunc, Crasso audiente, primum loquar[11] de facetiis, et docebo sus (ut aiunt)[v] oratorem eum,[v] quem cum Catulus nuper audisset, 'fœnum alios' aiebat 'esse[w] oportere.' 234. Tum ille, Jocabatur, inquit, Catulus, præsertim cum ita dicat ipse, ut ambrosia alendus[w] esse videatur: verum te, Cæsar, audiamus, ut ad Antonii reliqua redeamus.[x][12] Et Antonius, Perpauca quidem mihi restant, inquit: sed tamen defessus jam labore atque itinere disputationis,[13] requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno deversorio. LVIII. Atqui, inquit Julius, non nimis[1] liberale hospitium meum dices: nam te in viam, simulac perpaululum gustaris,[y] extrudam[x] et ejiciam.

235. Ac, ne diutius vos demorer, de omni isto genere, quid sentiam, perbreviter exponam. De risu quinque sunt, quæ quærantur: unum, quid sit: alterum, unde sit: tertium, sitne oratoris, velle risum movere:[2] quartum, quate-

[u] *Gestum vel minimum agere.*
[v] *Imperitus hominem peritissimum Crassum.*
[w] *E fœno pasci alios oratores, nullo in numero habendos.*
[x] *Ut reliqua quæ supersunt Antonio dicenda, ex ipso deinde audiamus.*
[y] *Ubi paululum cibi sumseris.*

—11 Schutz. conj. *audiente præsertim* (vel *potissimum*) *loquar*. Mox, idem Schutz. suspic. *sus, ut aiunt, Minervam, oratorem* improbantibus Goerenzio de Fin. III. 4. 16. et Mull.—12 Guelf. 1. et duo codd. Regg. ap. Le Clerc. *ut Antonii reliqua videamus.*—13 Codd. Regg. Junt. Crat. Lamb. Le Clerc. Mull. et Orell. *disputationis meæ.*

CAP. LVIII. 1 Ita codd. Steph. Lamb. Grut. *nimium* Junt. Crat. Man.—

NOTÆ

[v] *Sus (ut aiunt)*] Respicit ad tritum illud Latinorum proverbium, 'sus Minervam,' subandi, docet; iis accommodari solitum, qui indocti eos docere velint, a quibus ipsi potius docendi sint. Minervæ jus in omnes disciplinas liberales esse tradunt poëtæ: sue non aliud animal sordidius est et stolidius.

[w] *Ambrosia alendus*] Proverbii specie insulsi oratores fœno victitare dicebantur a Catulo, quem ipsum censet hic Crassus alendum ambrosia, qui cibus est Deorum, quasi esset ille cum ipsis Diis eloquentia comparandus, cum stolidi brutorum ad ordinem abjici debeant.

[x] *Extrudam*] Hac allegoria breviter acturum se de jocis ac salibus profitetur.

nus: quintum, quæ sint genera ridiculi. Atque illud primum, quid sit ipse risus,[y] quo pacto concitetur,[z] ubi sit, quomodo existat, atque ita repente erumpat, ut eum cupientes tenere, nequeamus,[3] et quomodo simul latera, os, venas, vultum, oculos occupet, viderit Democritus:[a] neque enim ad hunc sermonem hoc pertinet:[4] et, si pertineret, nescire me tamen id non puderet, quod ne ipsi quidem illi scirent, qui pollicerentur.[x] 236. Locus autem, et regio quasi[5] ridiculi[b] (nam id proxime quæritur)[a] turpitudine et deformitate quadam continetur: hæc enim ridentur vel sola, vel maxime, quæ notant et designant[6] turpitudinem aliquam non turpiter. Est autem, ut ad illud tertium veniam, est[7] plane oratoris movere risum; vel quod ipsa hilaritas benivolentiam conciliat ei, per quem excitata est; vel quod admirantur omnes acumen, uno sæpe in verbo positum, maxime respondentis, nonnunquam etiam lacessentis; vel quod frangit adversarium, quod impedit, quod elevat, quod deterret, quod refutat: vel quod ipsum oratorem, politum esse hominem significat, quod eruditum, quod

[z] *Se explicaturos.* [a] *Est hæc altera de risu quæstio.*

2 Guelf. 1. *risum velle movere.*—3 Guelf. 1. *ut vix eum cupientes teneamus,* probante Schutzio.—4 Idem codex, *neque enim ad hoc sermo hic pertinet;* et mox, *ne illi ipsi quidem.*—5 Ita Guelf. 1. 2. 3. et edd. fere omnes; *et quasi regio* Erl. 1. et ed. Pearc.—6 Guelf. 1. *notant vel designant.*—7 Verbum *est*

NOTÆ

[y] *Quid sit ipse risus*] Sic definiri potest. Risus est vehementior quidam animi ex re jucunda motus, ad exprimendum conceptum intus gaudium, quo thoracis et oris musculi impetu quodam agitantur.

[z] *Quo pacto concitetur*] Nimirum cum nobis occurrit res admodum jucunda, lætitia perfunditur animus, cor sese dilatat, magnaque sanguinis effervescentis et vitalium spirituum fit diffusio, ad quam musculorum thoracis ac præsertim diaphragmatis motus sequitur: agitato diaphragmate, quæ membrana est præcordia disjungens a visceribus, extenduntur simul musculi qui a lateribus buccæ sunt, tumque fit oris ille gestus, quem risum appellamus.

[a] *Democritus*] Non modo quia res naturales scrutatus est, verum etiam quia in risum sæpissime effundi solebat. De Democrito vide notas in l. 1. de Orat. § 42.

[b] *Regio quasi ridiculi*] 'Ridiculum,' inquit Aristot. de Poët. c. 5. 'est vitium ac turpitudo quæ nec dolorem nec perniciem affert; exempli gratia, facies ridicula est turpis et distorta sine dolore.'

urbanum, maximeque quod tristitiam ac severitatem mitigat, et relaxat,[8] odiosasque res sæpe,[c] quas argumentis dilui non facile est, joco risuque dissolvit. 237. Quatenus[b d] autem sint[9] ridicula tractanda oratori, perquam diligenter videndum est, id quod in quarto loco quærendi posueramus:[c] nam nec insignis improbitas,[e] et scelere juncta, nec rursus miseria insignis agitata ridetur: facinorosos majore[10] quadam vi, quam ridiculi, vulnerari volunt: miseros illudi nolunt, nisi si se forte jactant. Parcendum[f] est autem maxime[11] caritati hominum, ne temere in eos dicas, qui diliguntur.[d] LIX. 238. Hæc igitur adhibenda est primum in jocando moderatio. Itaque ea facillime luduntur, quæ neque odio magno, neque misericordia maxima[1] digna sunt. Quamobrem materies omnis ridiculorum est in istis vitiis,[2] quæ sunt in vita hominum neque caro-

[b] *Ad quem usque modum.* [c] *Inquirendum proposueramus.*
[d] *Non sunt facile homines ridendi, qui vel propter dignitatem, vel propter probitatem, diliguntur.*

omisit Steph.—8 Guelf. 1. *maxime quod t. ac s. m. ac relaxat;* et paulo post *facile non est.*—9 *Quatenus a. sunt* Guelf. 2. 3. Mox, *id* negligunt Steph. et Lamb.—10 Codd. Cant. Norf. Bod. Wag. Harl. 1. 2. Mag. Guelf. 2. 3. Regii ap. Le Clerc. item edd. Junt. Crat. Ascens. Lamb. Steph. Pearc. Mull. Orell. *facinorosos enim majore;* Man. Grut. Harl. al. *facinorosos majore;* edd. quædam vett. *f. majori.* Paulo post, *nisi se forte* Guelf. 2. 3.—11 *Parcendum autem maxime est* Guelf. 1. *Parcendum autem est maxime* Guelf. 2. 3.

CAP. LIX. 1 Voc. *maxima* deest in Guelf. 3.—2 Guelf. 1. *est in his vitiis;* Guelf. 2. *est in vitiis.* Paulo ante, pro *omnis,* ed. s. l. et a. habet *omnium,*

NOTÆ

[c] *Odiosasque res sæpe*] Missum opportune ridiculum iram sæpissime frangit: 'Documento sunt juvenes Tarentini, qui multa de Pyrrho rege securius inter cœnam locuti, cum rationem facti reposcerentur, et neque negari res neque defendi posset, risu sunt et opportuno joco elapsi. Namque unus ex his, Immo, inquit, nisi lagena defecisset occidissemus te. Eaque urbanitate tota est invidia criminis dissoluta.' Quintil. VI. 3.

[d] *Quatenus*] Recte Horatius: 'Est modus in rebus; sunt certi denique fines, Quos ultra citraque nequit consistere rectum.' Cum ceteris in rebus, tum in jocis ac salibus maxime adhibendus est modus; ridicula enim et quæ specie prima sensus nostros acerrime commovent, ita se habent, ut iis celerrime fastidium adhærescat.

[e] *Nec insignis improbitas*] Cur insignis improbitas ac miseria jocis non sit exagitanda, patet ex definitione ridiculi superius allata.

[f] *Parcendum*] Scite Fabius VI. 3. 'Longe absit propositum illud, Potius amicum quam dictum perdidi.'

rum, [*p.* 131.] neque calamitosorum, neque eorum, qui ob facinus ad supplicium rapiendi videntur; eaque belle agitata ridentur.[3] 239. Est[4] etiam deformitatis, et corporis vitiorum satis bella materies ad jocandum: sed quærimus idem, quod in ceteris rebus maxime quærendum est, quatenus. In quo non modo illud[5] præcipitur, ne quid insulse,[g] sed etiam, si quid perridicule possis: vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus. Quæ cujusmodi sint, facilius jam intelligemus, cum ad ipsa ridiculorum genera venerimus.[6]

240. Duo enim sunt[7] genera facetiarum, quorum alterum re tractatur, alterum dicto.[e] Re, si quando quid, tanquam aliqua fabella, narratur, ut olim tu, Crasse, in Memmium,[h] 'comedisse[f] eum lacertum[i] Largii,' cum esset cum eo Tarracinæ[3][j] de amicula[g] rixatus: salsa, attamen a te ipso ficta tota narratio: addidisti clausulam, tota Tarracina tum omnibus in parietibus inscriptas fuisse literas, tria LLL, duo MM:[9] cum quæreres, id quid esset, senem tibi quendam oppidanum

[e] *Alterum in ipsa re et sententia positum est, alterum in voce et forma loquendi.*
[f] *Momordisse.* [g] *Muliercula.*

probante Mull. Deinde, pro *carorum*, Guelf. 1. habet *clarorum*.—3 Guelf. 1. *eaque bella agitata videntur*; Guelf. 3. *eaque bella agitata ridentur*.—4 *Est* omittitur in Guelf. 1.—5 Codd. aliquot ap. Orell. et tres Guelf. *non illud*. Mox, *vitandum e. o. utrumque*, de conjectura delevit Schutz. Sed agnoscit jam Nonius v. 'Scurrilis.'—6 Guelf. 1. 3. et margo Crat. *veniemus*; Junt. Crat. Victor. *devenierimus*.—7 *Duo sunt enim* Guelf. 3.—8 *Terracinæ* Lamb. et sic postea. Idem mox, *salsa tota ac tamen narratio*. Pro *narratio*, Grut.

NOTÆ

[g] *Ne quid insulse*] 'Oratori minime convenit distortus vultus gestusque, quæ in mimis rideri solent. Dicacitas etiam scurrilis et scenica huic personæ alienissima est. Obscœnitas vero non a verbis tantum abesse debet, sed etiam a significatione.' Fabius ibid.

[h] *Memmium*] C. Memmius, de quo Tullius in Bruto, orator asper et contentiosus, morum acerbitate huic Crassi joco locum dedit.

[i] *Lacertum*] Brachium significat id quod est ab humero ad cubitum, lacertus autem id quod a cubito ad manum pertinet. Ovid. Met. l. 1. 'laudat digitosque manusque Brachiaque, et nudos media plus parte lacertos.'

[j] *Tarracinæ*] Quæ Latinis est Tarracina, lingua Volscorum Anxur appellatur, ut tradit Plinius. Latii oppidum est, et etiamnum antiquum nomen retinet *Terracina*.

dixisse, 'Lacerat[k] lacertum Largii[10] mordax Memmius.' 241. Perspicitis, hoc genus quam sit facetum, quam elegans, quam oratorium, sive habeas vere,[11] quod narrare possis, quod tamen est mendaciunculis aspergendum, sive fingas. Est autem[12] hæc hujus generis virtus, ut ita facta demonstres, ut mores ejus, de quo narres, ut sermo, ut vultus omnes exprimantur, ut iis, qui audiunt, tum geri illa fierique videantur. 242. In re est[13] item ridiculum, quod ex quadam depravata imitatione sumi solet,[h] ut idem Crassus, 'per tuam nobilitatem,[l] per vestram familiam.' Quid aliud fuit, in quo concio rideret, nisi illa vultus et vocis imitatio?[i] 'Per tuas statuas' vero cum dixit, et extento[14] brachio paululum etiam de gestu addidit, vehementius risimus. Ex hoc genere est illa Rosciana imitatio senis: 'Tibi ego,[m] Antipho, has sero,'[15] inquit: 'senium est, cum audio.'[j] Atque ita est totum hoc ipso genere ridiculum; ut cautissime tractandum sit. Mimorum est enim ethologorum,[16] si nimia est imitatio, sicut obscœnitas:[k] orator surripiat[l]

[h] *Cum imitamur sive gestum sive quid aliud quod ab adversario depravate ac perperam fit.*

[i] *Nisi quod Crassus, ea cum diceret, imitaretur vultum et vocem adversarii?*

[j] *Hunc in modum Roscius imitari senem solet, cum illa verba profert: Tibi ego has arbores sero. Adeo facete senem hæc dicentem Roscius imitatur, ut non tam audire mihi videar senem loquentem quam ipsam senectutem.*

[k] *Imitatio si est nimia et putida, pertinet potius ad eos mimos qui ethologi sive imitatores morum alienorum dicuntur, quam ad oratorem.*

[l] *Modice usurpet quasi rem alienam et histrionibus propriam.*

solus habet *oratio.*—9 Schutz. et Orell. *literas LLL. MM.*—10 'Si postremæ syllabæ in *Largii* contrahantur, vel scribatur *Largî*, ut est in Guelf. 2. 3. fit senarius iambus.' *Schutz.*—11 'Cum Schutzio post *habeas* posui comma, quod in Ernesti et nonnullis aliis male positum est post *vere.*' Harles. Mox, *mendaculis* ed. s. l. et a. *mendaciolis* Crat.—12 *Est enim* ed. s. l. et a. Mox, *ut facta demonstrentur*, omisso *ita*, Lamb.—13 *In re inest* Steph. Lamb. Orell. *In re est* Junt. Crat. Man. Grut.—14 Steph. *extenso.*—15 *Antipho assero* Ald. Mur. Streb.—16 Guelf. hic et infra, et Vet. Steph. *et ethologorum.* Mox, est

NOTÆ

[k] *Lacerat*] Versus est iambicus senarius, 'Lacerat lacertum Largî mordax Memmius.'

[l] *Per tuam nobilitatem*] Verba desumta ex alicujus adversarii (an Cn. Domitii?) oratione, quæ ludicra imitatione Crassus traducit.

[m] *Tibi ego*] Verba senis quem in scena Roscius exhibebat, ex aliquo veteri poëta comico.

oportet imitationem, ut is, qui audiat,[17] cogitet plura, quam videat: præstet[m] idem ingenuitatem et ruborem suum, verborum turpitudine et rerum obscœnitate[18] vitanda. LX. 243. Ergo hæc[1] duo genera sunt ejus ridiculi, quod in re positum est: quæ sunt propria perpetuarum facetiarum, in quibus describuntur hominum mores, et ita effinguntur, ut aut, re narrata aliqua, quales sint,[2] intelligantur; aut, imitatione brevi injecta, in aliquo insigni ad irridendum vitio reperiantur. 244. In dicto autem ridiculum est id, quod verbi, aut sententiæ quodam acumine movetur. Sed ut in illo superiore genere vel narrationis, vel imitationis, vitanda est mimorum ethologorum[3] similitudo; sic in hoc, scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda est. Qui igitur distinguemus a Crasso, a Catulo, a ceteris, familiarem vestrum,[4] Granium, aut Vargulam, amicum meum? non mehercule in mentem mihi quidem venit: sunt enim dicaces; Granio quidem nemo dicacior. Hoc, opinor, primum, ne, quotiescumque potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. 245. Pusillus testis[n] processit. 'Licet,' inquit, 'rogare?' Philippus. Tum quæsitor properans, 'Modo breviter.' Hic ille, 'Non accusabis: perpusillum rogabo.' Ridicule. Sed[5] sedebat judex L. Aurifex, brevior etiam

[m] *Præ se ferat.*

qui legit *sicut et obscœnitas.*—17 Guelf. 1. 2. Erl. 1. et ed. Wald. *qui audiet;* Guelf. 3. *qui audit.*—18 Wyttenbach. conj. *rerum turpitudine et verborum obscœnitate;* et hanc conj. recepit Schutz.

CAP. LX. 1 *Hæc ergo* Lamb. Mox, *ejus* abest in Guelf. 3.—2 Guelf. 1. 2. 3. *quales sunt.* Mox, pro *brevi,* quod habent Man. et Grut. et margo Crat. *breviter* legunt Junt. Crat. Steph. et Lamb. Dein, *ad ridendum* Guelf. 2.—3 Guelf. 1. *et ethologorum.* Mox, Pearc. *in hoc scurrili.* Actutum, *dicacitas oratori* Lamb.—4 Vet. ap. Steph. et Lamb. *nostrum.*—5 *Sed* omittit Lamb.—

NOTÆ

[n] *Pusillus testis*] Esto, inquit, hoc exemplum nimiæ dicacitatis et scurrilis ridiculi. In quadam accusatione processerat pusillus testis. Philippus patronus petiit, ut sibi liceret nanum illum testem interrogare. Prætor, sive quis alius moderator judicii et accusationis, qui cito cuperet rem confici, annuit, modo paucis verbis hominem interrogaret: hic Philippus causidicus, Nihil erit quod me accuses; interrogabo perpusillum. Perpusillum intelligebat Philippus de illo teste parvo et nano, cujus exiguam staturam carpebat hoc dicto; et tamen videbatur quæsitori re-

quam testis ipse:[6] omnis est risus in judicem conversus: visum est totum scurrile [judicium]. Ergo hæc, quæ cadere possunt in quos nolis, quamvis sint bella, sunt tamen ipso genere scurrilia. 246. Ut iste, qui se vult dicacem, et mehercule est, Appius, sed nonnunquam in hoc vitium scurrile[7] delabitur. 'Cœnabo,'[o] inquit, 'apud te,' huic lusco familiari meo, C. Sextio: 'uni enim locum esse video.' Est hoc scurrile, et quod[8] sine causa lacessivit: et tamen id dixit,[n] quod in omnes luscos conveniret. Ea, quia meditata putantur esse, minus ridentur. Illud egregium Sextii, et ex tempore, 'Manus lava,' inquit, 'et cœna.' 247. Temporis igitur ratio, et ipsius dicacitatis moderatio et temperantia, et raritas dictorum, distinguet oratorem a scurra: et, quod nos cum causa dicimus, non ut ridiculi videamur, sed ut proficiamus[9] aliquid,[o] illi totum diem, et sine causa. Quid enim est Vargula assecutus,[p] cum eum candidatus[p] A. Sempronius[q] cum M. suo[10] fratre, com-

[n] *Et præterea quia id dixit.*

[o] *Id etiam discriminis est inter oratorem et scurram, quod non sine causa ridiculum quidpiam dicimus, sed ut causæ nostræ prosit.*

[p] *Quem fructum tulit Vargula?*

6 Ita edd. vett. *brevior etiam, quam ipse testis* Junt. *brevior quam ipse testis* Guelf. 2. 3. et Grut. *brevior etiam ipse quam testis* Schutz. *brevior ipse quam testis* Guelf. 1. Mox, *scurrile ridiculum* Joan. Harl. 1. Mag. Nov. Guelf. 1. al. ap. Steph. *scurrile judicium* Junt. Man. Grut.—7 Schutz. et Harles. delent *scurrile*.—8 Lamb. *quod et*.—9 Hic post longam lacunam, ψ habet *perficiamus;* et mox *si est* pro *sine*. Al. *id illi totum*. Non male, ait Schutz.—10 Ernesti *suo* delendum putat, eique assentitur Wetzel. Schutzius

NOTÆ

spondere, ac dicere se perparum ac breviter interrogaturum.

[o] *Cœnabo*] Appius irridens C. Sextium, qui altero oculo captus erat, ait, 'Cœnabo apud te, est enim uni locus:' ita carpebat hominis vitium, cujus in vultu erat locus uni oculo; quasi in ejus tricliuio et convivio uni fuisset homini locus vacuus. Respondit Sextius subtili ac subito joco, 'Cœnabis enimvero apud me, sed prius manus lava:' quo dicto, hominis impuritatem notabat.

[p] *Candidatus*] Qui ad magistratum aliquem aspirabat, sic dicebatur a toga candida, quam per id tempus ad integritatem significandam solebat induere.

[q] *A Sempronius*] Hic ambibat magistratum, et eos prensabat, quibus erat jus suffragii: erat illi comes M. frater: ad Vargulam ventum est, quem cum Sempronius amice salutaret, amplectereturque officii causa, itemque Marcus Sempronii frater; cœpit Vargula servulum inclamare,

plexus esset: 'Puer[q] abige muscas?' Risum quæsivit, qui est, mea sententia, vel tenuissimus ingenii fructus. Tempus igitur[11] dicendi[r] prudentia et gravitate moderabimur: quarum utinam artem aliquam haberemus! sed domina natura est.

LXI. 248. Nunc exponamus genera ipsa summatim, quæ risum maxime moveant. Hæc igitur sit prima partitio, quod facete dicatur, id alias in re haberi,[r] alias in verbo:[s] facetiis autem maxime homines delectari,[1] si quando risus conjuncte, re verboque, moveatur. Sed hoc mementote, quoscumque locos attingam, unde ridicula ducantur, ex iisdem locis[2] fere etiam graves sententias posse duci: tantum interest, quod[t] gravitas honestis in rebus severe, jocus[3] in turpiculis et quasi deformibus ponitur: velut in iisdem verbis et laudare frugi servum possumus, et, si est

[q] *Servule.* [r] *Ridicula jactandi.*
[s] *Facete dictum aliquando rebus, aliquando verbo contineri.*
[t] *Hoc tantum interest, quod, &c.*

autem legit *cum fratre suo M.* Mox, *fructus* deest in ψ.—11 *Tempus enim* in eodem cod.

CAP. LXI. 1 Ita edd. vett. Harles. Mull. et Orell. *id alias in re habere, alias in verbo facetias: maxime, &c.* Ald. Junt. Lamb. Grut. *facetias* etiam ψ. *id alias in re haberi, alias in verbo: maxime* Schutz.—2 Voc. *locis* suspectum Ernestio, cui saltem legendum videtur *ex iisdem fere locis.* Mox, *possum duci* ψ.—3 Idem codex *locus.* Mox, codd. Lambini, Vet. ap. Steph. et ψ, item

NOTÆ

ut muscas abigeret: eo dicto carpebat petitores et candidatos, qui perinde ac muscæ molesti levesque essent.

[r] *Alias in re haberi*] Qui consistit in re jocus, ejusmodi est, ut idem mutatis verbis maneat. Exemplum habes Verr. IV. 'Itaque, judices, hi, qui hospites ad ea quæ visenda sunt ducere solent, et unumquidque ostendere, quos illi mystagogos vocant, conversam jam habent demonstrationem suam; nam ut ante demonstrabant quid ubique esset, ita nunc quid undique ablatum sit ostendunt.' Ridiculum in dicto perit si voces commutentur. Tale est illud Cic. ibid. 'Nunquam tam male est Siculis, quin aliquid facete et commode dicant: velut in hac re aiebant, in labores Herculis non minus hunc immanissimum Verrem, quam illum aprum Erymanthium referri oportere.' Tolle nomen Verris, quod Latine porcum non castratum significat, dicto perit omnis gratia. Elegantissimum autem illud est, quod re simul et dicto risum movet; cujusmodi est illud Ciceronis a Plinio, Plutarcho in Apophth. et Quintiliano relatum. Hortensius orator, accepta mercedis loco a Verre sphinge argentea, cum

nequam, jocari. Ridiculum est illud Neronianum[4] vetus in furace servo, 'Solum esse, cui domi nihil sit nec obsignatum, nec occlusum:' quod idem in bono servo dici solet; sed hoc iisdem etiam verbis. 249. Ex iisdem autem locis omnia nascuntur.[u] [5] Nam quod[6] Sp. Carvilio[s] graviter claudicanti ex vulnere ob rempublicam accepto, et ob eam causam verecundanti in publicum prodire, mater[7] dixit, 'Quin prodis, mi Spuri? quotiescumque gradum facies, toties tibi[v] tuarum virtutum veniat in mentem,' præclarum et grave est: quod Calvino Glaucia claudicanti, 'Ubi est vetus illud?[t] num claudicas?[8] at hic clodicat,' [*p.* 132.] ridiculum est: et utrumque ex eo, quod in claudicatione animadverti potuit, est ductum. 'Quid hoc Nævio[u] ignavius?' severe Scipio: at in[9] male olentem,[v] 'Video me a

[u] *Sive quæ graviter, sive quæ ridicule dicuntur.* [v] *Memoria.*

edd. vett. Lamb. et Schutz. *velut iisdem.*—4 *Nævianum* codex Turnebi et margo Crat. *ne Romanum* ψ. Paulo post, *nec conclusum* Guelf. 2. Dein, *sed hæc* ψ; *et hoc* Man. Lamb.—5 Sic Junt. et Lamb. *nascuntur omnia* Erl. 1. *omnia* suspectum Ernestio; *alia nascuntur* conj. Schutz. *contraria nascuntur* susp. Orell.—6 *Namque quod* Steph. et Lamb.—7 Pro *mater*, ψ habet *magister*. Mox, *ut, quotiescumque gradum facias* codd. aliquot ap. Orell. Junt. Crat. Lamb. *ut, q. g. facies* Victor. Man. *ut* omissum est in ed. 1584. Grut. et ψ. Tum *veniet* ψ, et paulo post in eodem *Claucia.*—8 Ita solus Grut. *num claudicat* omnes codd. Pearcii et edd. vett. *ne claudicat* ψ; *non claudicat* Guelf. 2. Actutum, *at hic claudicat* codd. Cant. Nov. ψ, Lamb. Steph. et edd. recentt. Mox, *hoc ridiculum est* omnes codd. Junt. Lamb. Grut. Orell. Denique *est dictum* ψ.—9 Idem codex, *ac in.* Mox, *Video me a te non conveniri, sed cir-*

NOTÆ

Ciceroni obscurius aliquid locuto dixisset se ignarum ænigmatum solvendorum; 'Atqui sphinx,' inquit, 'apud te est.'

[s] *Sp. Carvilio*] E gente Carvilia, plebeia quidem, sed consulari.

[t] *Ubi est vetus illud*] Verba sunt Glanciæ. Ubi (inquit Glaucia cum videret Calvinum claudicantem) est vetus illud proverbium, quo utebantur olim, ut hominem aliquem esse constantem significarent, cum dicerent hæc verba, 'num claudicat?' num ille instar arundinis vacillat et fluctuat, modo hoc, modo illud sequitur? certe hoc proverbium, inquiebat Glaucia, non cadit in Calvinum, nam profecto claudicat, 'at hic claudicat:' hoc est, homo est inconstans, dubiæ et incertæ fidei. Ita Glaucia vitium corporis ad vitium animi significandum ridicule transferebat.

[u] *Quid hoc Nævio*] Verbum Scipionis est, qui cum Nævii cujusdam socordiam increparet graviter, usus est hoc modo paronomasia, sive similitudine verbi tantisper immutati, cum dixit, 'Quid isto Nævio ignavius est?'

[v] *At in male olentem*] Dictum est

te circumveniri,' subridicule Philippus. At utrumque genus continet verbi ad literam immutati similitudo. 250. Ex ambiguo dicta vel argutissima[w] putantur, sed non semper in joco, sæpe etiam in gravitate [10] versantur. Africano illi majori, coronam[z] sibi in convivio ad caput accommodanti, cum ea sæpius rumperetur, P. Licinius Varus,[w] 'Noli mirari,' inquit, 'si non convenit:[y] caput enim magnum est:'[x] laudabile, et honestum. At ex eodem genere est: 'Calvus satis est; quod dicit parum.'[11] [y] Ne multa:[z] nullum genus est joci, quo non[12] ex eodem severa et gravia sumantur. 251. Atque hoc [13] etiam animadvertendum, non esse omnia ridicula faceta.[a] Quid enim potest esse [14] tam ridiculum,

[w] *Ex amphibologia oriuntur sales acutissimi.* [z] *E floribus contextam.*
[y] *Si non satis accommodata est.* [z] *Paucis dicam.*
[a] *Elegantia et venusta.*

cumveniri e Strebæi conjectura Steph. et Lamb. probantibus Pearc. et Heusinger.—10 Pro *in gravitate*, ψ habet *arguitate*.—11 'Incerta hujus dicti interpunctio. *Calvus satis est: quod dicit parum* Lamb. *Calvus satis est; quod dicit, parum* Man. Schutz. *Calvus, satis est, quod dicit parum* al. *Calvus satis est quod dicit. Parumne multa?* Junt. Crat. Camer. ed. 1584. E Strebæo suo (non meo Paris. 1560.) Schutzius laudat, *At ex eodem genere est illud Calvi, satis est, quod dicit. Parumne multa?* Sed Strebæus in textu habet ut Junt. Crat. Camer. In Commentario explicat, non emendat, 'Ex ambiguo est illud Calvi.' Liber antiq. Camerarii, *At ex eodem genere est Calvus: satis est quod didicit par. m.*' Orell.—12 Cod. ψ, *quod non*.—13 *At hoc* in eodem cod.—14 Voc. *esse* deest in Guelf. 2. 3. et ψ. Mox, *Samno* Erl. 1. *Sam-*

NOTÆ

ridiculum Philippi faceti oratoris. Hunc adibat aliquis cujus halitus erat gravis et male olens; exclamavit Philippus enecari se tam gravi odore, neque tam se conveniri, quam circumveniri; hoc est, opprimi et per nomen speciemque colloquii præfocari ab isto maleolente, cujus anima esset instar veneni pestiferi.

[w] *P. Licinius Varus*] Qui multis magistratibus egregie functus, prætor urbanam jurisdictionem obtinuit A. U. C. 546. ante Chr. 198.

[x] *Caput enim magnum est*] Ambigue dictum vel ad magnitudinem capitis, vel ad amplitudinem animi trahi potest.

[y] *Calvus satis est;* [*Calvus: s. e.,*] *quod dicit parum*] Ex eodem ambigui genere est illa vox Calvi cujusdam, qui cum audiret oratorem ineptum, a quo pauca quædam dicta fuerant, ait satis ab eo dictum esse, sive illud parum quod dixisset iste orator, satis esse, cui tacere satius fuisset omnino quam loqui. Hæc erat Calvi mens et sententia; quantumvis enim parum sit quod ineptus dicat, hoc plus nimio est. Eadem tamen verba sunt ambigua; possunt enim accipi in laudem istius oratoris, quasi satis multa dixisset ad causam probandam et obtinendam, etsi parum locutus fuisset.

quam Sannio[b z] est? Sed ore, vultu,[a] imitandis moribus, voce, denique ipso corpore ridetur.[15] Salsum hunc possum[16] dicere, atque ita, non ut ejusmodi oratorem esse velim, sed ut mimum.[c] LXII. Quare primum genus hoc, quod risum vel maxime movet, non est nostrum;[d] morosum,[1] superstitiosum,[b] suspiciosum, gloriosum, stultum: naturæ ridentur ipsæ; quas personas agitare solemus, non sustinere.[e] 252. Alterum genus est imitatione admodum ridiculum,[2] sed nobis tantum licet furtim, si quando, et cursim; aliter enim minime[3] est liberale:[f] tertium, oris

[b] *Morio, mimus.*

[c] *Ita laudantur sanniones, ut non conveniat oratori illorum salsa ratio et illiberalis, sed mimo tantum et histrioni ridiculo.*

[d] *Non est usurpandum oratoribus.*

[e] *Quas personas insectari et describere dicendo, non agere instar histrionum et imitari solemus.*

[f] *Licet oratori clam et parce usurpare alterum ridiculi genus, quod est in lepida personæ non ex se ridiculæ imitatione: alterum autem genus quod personam sua sponte ridiculam exhibet, in virum honestum non convenit.*

---

nio ψ.—15 Ita Cant. Mead. Wag. Harl. 2. Erl. 1. Venet. Mediol. *corpore ridetur ipso* Guelf. 2. 3. Junt. Crat. Man. Grut. *corpore ipso ridetur* Lamb. Steph. —16 *Sals. h. posse* ψ; *possem* Erl. 1. *possim* malit Harles. Mox, *at ita* conj. Ernesti.

CAP. LXII. 1 Harles. conj. *mocosum.*—2 Orell. e conjectura Schutzii, *est imitatio; admodum ridiculum.* Mox, *sed nobis tamen* ψ.—3 Ita Man. et Pearc. *alterum minime* ψ, Junt. Lamb. Grut. *alterum enim minime* codd. Mag. et

NOTÆ

[z] *Sannio*] Sanna est oris distortio, aut ineptus quispiam alius corporis gestus, quo ad mores aliorum ridicule exprimendos pantomimi abutuntur. Sannio qui sannas adhibet.

[a] *Ore, vultu*] Os pro facie sumitur, vultus pro certo quodam oris habitu et conformatione, quæ animi motuum index est. 'Oculi,' inquit Tullius de Leg. l. I. § 27. 'nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur: et is qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse præter hominem potest, indicat mores: cujus vim Græci norunt, nomen omnino non habent.' Vultum tamen animalibus ac feris attribuit Virgil. Æn. VII. 20. 'Setigerique sues, atque in præsepibus ursi Sævire, ac formæ magnorum ululare luporum; Quos hominum ex facie Dea sæva potentibus herbis Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.'

[b] *Morosum, superstitiosum*] Hujus loci sententia talis est: Oratores non debent sanniones illos imitari, qui mores hominum putide exprimunt, qui imitantur homines morosos, nimia religione laborantes, suspiciosos, quales sunt senes ac timidi; aut gloriosos, quales sunt Thrasones in comœdiis; aut stultos et aliqua impotenti perturbatione correptos; quorum omnium personæ natura sua vitiosæ et

depravatio, non digna nobis: quartum, obscœnitas, non solum non foro digna, sed vix convivio liberorum.[g] [4] Detractis igitur tot rebus ex hoc oratorio loco,[5] facetiæ reliquæ sunt, quæ aut in re, ut ante divisi, positæ videntur esse, aut in verbo. Nam quod, quibuscumque verbis dixeris, facetum tamen est, re continetur:[6] quod mutatis verbis salem amittit, in verbis habet leporem omnem.

253. Ambigua[c] sunt inprimis acuta, atque in verbo posita, non in re: sed non sæpe magnum risum movent; magis ut belle[7] et literate[h] dicta laudantur: ut in illum Titium, quem, cum studiose pila luderet, et idem signa sacra[i] [8] noctu frangere putaretur, gregalesque, cum in campum non venisset, requirerent,[j] excusavit Vespa Terentius, quod eum 'brachium fregisse'[d] diceret: ut illud Africani, quod est apud Lucilium:

'Quid? Decius,[e] Nuculam an confixum vis facere? inquit.'

[g] *Hominum ingenuorum.* [h] *Festive.*
[i] *Quorum partes furtim auferret.*
[j] *Cum collusores inquisissent, cur in campum Martium non venisset.*

Nov. Paulo post, *obscœnitutis* ψ.—4 Voc. *liberorum* suspectum Ernestio; *Lupercorum* conj. Scheller.—5 Ita Junt. Lamb. 1566. *joco* codd. Lambini, Guelf. 3. Regii duo, et margo ed. 1584. Mox, *aut arte divisi* ψ.—6 Idem codex, *tamen ore continetur.*—7 Lamb. et ψ *magisque ut belle.* Mox, *ut illud in Titium* Man. Schutz. et Orell. Deinde, pro *quem*, quod e conjectura dedit Ernesti, *qui* exhibent codd. omnes, item Junt. Lamb. Grut. Mull.—8 Voc. *sacra* suspectum Ernestio. Mox, *eum cum in c. non venisset* Lamb. *cur* (omisso *eum*) *in campum non venisset* Man. *eum in campum non venisse* Guelf. 2. 3. Ald. Junt. Crat. Grut. *cum in c. non venisset* Cant. Mead. Bal. Wag. Pearc. Ascens. et recentt. Deinde, Pearc. conj. *excusavit eum Vespa Terentius, quod*

NOTÆ

ridiculæ sunt: v. g. natura ipsa Thrasonis ex sese ridicula est: contra vero persona senis aut judicis, si quis eam gerat, nihil habet in se ridiculum, sed fortasse in imitatione, quia scilicet aliquis senem et judicem ridicule imitabitur.

[c] *Ambigua*] Quo in genere elegans est illud Ciceronis: 'Cum objiceret Miloni accusator in argumentum factarum Clodio insidiarum, quod Bovillas ante horam nonam divertisset, ut expectaret dum Clodius a sua villa exiret, et identidem interrogaret, quo tempore Clodius occisus esset, respondit, Sero.' Quintil. VI. 4. Ambiguum illud 'sero,' vel vespertinum tempus, vel tarde perinde significat.

[d] *Brachium fregisse*] An sibi? an alicui signo sacro?

[e] *Quid? Decius*] Si etiamnum extarent Lucilii Satiræ, huic sententiæ,

254. Ut tuus amicus, Crasse, Granius, 'non esse sextantis.'[f] Et, si quæritis, is, qui appellatur dicax, hoc genere maxime excellet:[9] sed risus movent alia majores. Ambiguum per se ipsum probatur id quidem, ut ante dixi, vel maxime: ingeniosi[g] enim videtur, vim verbi in aliud, atque ceteri[10] accipiant, posse ducere: sed admirationem magis, quam risum movet, nisi si quando incidit in aliud genus ridiculi. LXIII. 255. Quæ genera percurram equidem: sed scitis esse notissimum ridiculi genus, cum aliud expectamus, aliud dicitur.[h] Hic nobismet ipsis noster error risum movet. Quodsi admixtum est etiam ambiguum, fit salsius: ut apud Nævium[11][i] videtur esse misericors ille, qui judi-

brachium, &c.—9 Ita Erl. 1. et edd. vett. *excellit* Junt. Lamb. Grut.—10 Guelf. 2. *in aliud quam ceteri.* Idem codex mox, item Steph. et Lamb. *in aliud quoque genus.*

NOTÆ

quam non nisi divinando possumus assequi, lucem afferrent. Hunc qualemcumque sensum, explosis aliorum turpiculis interpretationibus, elicimus. Quid? o Deci, inquit alius quispiam, an Nuculam hominem vis configere? Configi autem aliquis et mucrone et sermone asperiori dicitur, in quo ambiguum posuit Africanus.

[f] *Non esse sextantis*] Sextans est sexta pars assis, sive duæ unciæ. Res aliqua magni pretii esse dicebatur: Granius dixit illam non esse *sextantis.* Ambiguum est: si enim ut vox unica pronuntietur, significat vilissimum et minimum pretium, duas uncias: si separate legatur *sex tantis*, sensus erit, id de quo agitur non esse comparandum et æquiparandum sex aliis tantis, seu pluris valere quam alia sex tantæ seu æqualis magnitudinis et pretii, adeoque esse rem valde pretiosam. Ita fere Strebæus.

[g] *Ingeniosi*] Tale est illud Ciceronis: Cum aliquando Crassus dixisset, neminem gentis suæ Romæ ultra sexagesimum annum perduxisse vitam, negaretque rem postea, et miraretur quomodo dixisset; 'Sciebas,' inquit Cicero, 'populum Romanum auditurum libenter, adeoque, hanc ab illo gratiam inire voluisti.' Plutarch. in Cic.

[h] *Aliud expectamus, aliud dicitur*] Cujusmodi fuit asperior ille Ciceronis in M. Crassum jocus. Cum pro rostris M. Crassum secunda concione ornasset laudibus, eundemque rursus, paucis interpositis diebus, contumeliose perstrinxisset; ubi ille dixit, 'Nonne me ex isto loco aliquanto ante laudasti?' 'Etiam,' inquit, 'exercendæ orationis causa commentans, vile argumentum tractavi.' Plutarch. in Cic.

[i] *Nævium*] Cn. Nævius natione Campanus, professione poëta comicus, A. U. C. 519. fabulas apud populum dedit. Eum M. Varro, ut Gellius refert l. XVII. c. 21. scribit stipendia fecisse bello Punico primo, idque ipsum Nævium dicere. Exul Uticæ decessit Olymp. CXLIV. coss. uti tradit Tullius in Bruto, Cethego et Tuditano, A. U. C. 550. ante Chr. 204. Euseb. in Chron. Epigramma

catum[j] duci videt, percunctatus[2] ita, 'Quanti addictus? mille nummum.'[k] Si addidisset tantummodo, 'Ducas licet;' esset illud genus ridiculi præter expectationem: sed quia addidit, 'Nihil[3] addo, ducas licet:' addito ambiguo, altero genere ridiculi, fuit, ut mihi quidem videtur, salsissimum.[4] Hoc tum est venustissimum, cum in altercatione arripitur ab adversario verbum, et ex eo, ut a Catulo in Philippum,[l] in eum ipsum aliquid, qui lacessivit, infligitur. 256. Sed cum plura sint ambigui genera, de quibus est doctrina quædam subtilior; attendere et aucupari verba oportebit: in quo,[5] ut ea, quæ sint frigidiora, vitemus, (etenim cavendum est, ne arcessitum[k] dictum putetur,) permulta tamen acute dicemus. Alterum genus est, quod habet parvam[m] verbi immutationem, quod in litera posi-

[k] *Longius repetitum.*

Cap. lxiii. 1 *Novium* Schutz. e conjectura Schneideri.—2 Ita conj. Gronov. *videns, percontatur* ed. s. l. et a. Man. Lamb. Schutz. et Orell. *videt, percontatur* Junt. Crat.—3 *Nil* solus Schutz.—4 Ita correxit Ernesti; antea legebatur *salsissimus.*—5 Ita Ald. Junt. Lamb. *in quibus* Erl. 1. et edd. ante Aldum; *in quibus est* ψ.

NOTÆ

ejus sepulcro impositum refert Gellius l. 1. c. 24.

[j] *Qui judicatum, &c.*] Videbat aliquis duci hominem alteri addictum in servitutem, cui, cum grandem summam deberet pecuniæ, solvendo non erat. Qui enim ære alieno premebantur, ex lege duodecim tabularum damnabantur ut servitutem servirent creditori, donec illi fecissent satis. Petiit ab iis qui ducebant hominem, quantum ille miser deberet: responderunt mille nummos deberi: ille cum putaretur eos nummos aut eorum partem persoluturus, contra fecit, dixitque per se non stare quominus infelix in ergastulum duceretur et addiceretur creditori: 'Nihil addo, ducas licet.' Ubi 'nihil addo' ambiguum est: nihil addo an verborum, an pecuniæ debitæ?

[k] *Nummum*] Nummus sive sestertius nummus, quod vocabulum vel unico vel geminato *m* scribi veterum monumentis liquet, quarta pars denarii Romani, decem denariis nostratibus æstimatur, ut Budæo visum; ut recentioribus, asse uno et semis, vel etiam duobus nostratibus. Mille nummum conficit quadraginta tres libras et quindecim asses Francicos, vel septuaginta quinque aut etiam centum libras. Quæ summa ut florente opibus repub. tenuis erat, ita ante Nævii tempora nonnullius momenti videbatur.

[l] *A Catulo in Philippum*] Vide superiores notas ad § 220.

[m] *Habet parvam, &c.*] Paronomasiam adhibuit Tullius Philip. III. 'En cur magister ejus Antonii ex oratore arator factus sit.' Adhibu-

tum, Græci vocant παρονομασίαν,[l] ut 'Nobiliorem,[n] mobiliorem' Cato: aut, ut idem, cum cuidam dixisset, 'Eamus deambulatum;' et ille, 'Quid opus fuit de?' 'Immo vero,' inquit, 'quid opus fuit te?' aut ejusdem responsio illa, 'Si tu et adversus, et aversus, impudicus es.'[m] 257. Etiam interpretatio nominis[o] habet acumen, cum ad ridiculum convertas, quamobrem ita quis vocetur;[n] ut ego nuper, Nummium[p] divisorem, ut Neoptolemum ad Trojam, sic illum in campo Martio nomen invenisse. LXIV. Atque hæc omnia verbo continentur. Sæpe etiam versus facete interponitur, vel ut est,[o] vel paululum immutatus; aut aliqua pars versus, ut Statius Scauro[1 q] stomachanti;[p] ex

[l] *Vocem alteri voci similem.*

[m] *Si turpia facis et pateris.*

[n] *Cum ridiculam aliquam causam afferas, ob quam aliquis certo nomine vocetur.*

[o] *Iisdem verbis quibus ab auctore scriptus est.*

[p] *Agens cum Scauro irascente.*

CAP. LXIV. 1 *Seius Scauro* edd. vett. *Scaurus Statio* conj. Schutz.—2 Ita

NOTÆ

ere qui Antiochum cognomento Ἐπιφανῆ, hoc est, *illustrem*, appellarunt Ἐπιμανῆ, *furiosum;* et qui Tiberium Claudium Neronem, quod largius biberet merum calda temperatum, vocarunt Biberium Caldium Meronem.

[n] *Nobiliorem*] M. Fulvius Nobilior clarissimis reip. magistratibus egregie functus, proconsul de Ætolis triumphavit A. U. C. 567. ante Chr. 187.

[o] *Interpretatio nominis*] Multa Cicero in Verrem, sed ut ab aliis dicta: modo futurum ut omnia verreret, cum diceretur Verres: modo Herculi quem expilaverat molestiorem apro Erymanthio fuisse: modo malum sacerdotem, qui tam nequam verrem reliquisset, quia Sacerdoti Verres successerat. Fabius VI. 3.

[p] *Ego nuper, Nummium*] Lepide jocatus est Cæsar in Nummium divisorem; (erant autem divisores qui ad emerenda populi suffragia pecuniam inter tribus viritim candidatorum nomine dividebant, quos Plautus Curiarum magistros vocat) 'Quemadmodum Pyrrhus,' inquiebat Cæsar, 'ad Trojam Neoptolemus est appellatus,' quod juvenis ad bellum venisset; 'ita in campo Martio nomen invenit Nummius,' a nummis scilicet, quos ibi tribubus dividebat.

[q] *Statius Scauro*] M. Æmilius Scaurus humili quidem genere oriundus, at virtute aditum sibi fecit ad honores amplissimos; idem vehemens fuit orator, ejusque mentionem facit Tullius in Bruto. Cum aliquando impotenti ira commoveretur, a Statio his comici poëtæ versiculis repressus est, 'St, tacete,' &c.

quo sunt nonnulli, qui tuam legem de civitate[q r] natam, Crasse, dicant:

'St, tacete,[s] quid hoc clamoris? quibus nec mater,[2] nec pater,[r]
Tanta confidentia estis? auferte istam enim superbiam.'

Nam in Cœlio sane etiam ad causam utile fuit tuum illud, Antoni, cum ille a se pecuniam profectam[3] diceret testis, et haberet filium delicatiorem, abeunte jam illo,

'Senti'n'[t] senem esse tactum triginta minis?'[s u]

258. In hoc genus conjiciuntur proverbia: ut illud Scipionis, cum Asellus omnes provincias stipendia merentem se peragrasse gloriaretur, 'Agas asellum,'[v] et cetera. Quare

[q] *Cujus ira putatur dedisse occasionem tibi ferendæ legis de jure civitatis.*

[r] *St, silete, cur sic clamatis? tantumne habent audaciam homines obscuro et incerto loco nati?*

[s] *Nam ad refutandum quendam testem Cœlium, cum ipse testaretur pecuniam sibi clam ablatam esse a filio adolescente, delicato, et dissoluto, eamque datam ad corrumpendum judicium, et dicto testimonio jam discederet, opportune usus es, Antoni, illo versiculo, Advertis illi homini dolere sibi triginta minus extortas?*

codd. et edd. vett. Junt. Lamb. *queis nec mater* Orell. e conjectura Schutzii; *quibus mater nec pater sit* ψ, et ed. s. l. et a. *sit* in fine versus addunt etiam Junt. Man. Steph. Primus expunxisse videtur Lamb. Mox, *confidentia? auferte*, omisso *estis*, Orell. e conjectura Schutzii. Dein, *istam nunc super-*

NOTÆ

[r] *Tuam legem de civitate*] L. Licinius Crassus et Q. Mucius Scævola consules A. U. C. 659. legem de civitate Liciniam Muciam tulere, ut Cicero testatur oratione pro C. Cornelio, reipub. non modo inutilem, sed etiam perniciosam. Pighius hæc ejus præcipua fuisse capita colligit, uti quæreretur in eos qui non cives, se pro civibus gererent. Præterea, uti in civitates suas redirent etiam Romæ nati muneribusque civium functi, quorum majores juris Italici civitate Romana propter virtutem donati non fuissent.

[s] *St, tacete*] *St*, vocula usitata apud comicos poëtas, qua silentium indicitur.

[t] *Senti'n'*] Versus est senarius, quo Cœlii testimonium infirmabat Antonius, cum eum triginta minarum damno potius commotum quam legum cura doceret.

[u] *Minis*] Mina sive μνᾶ Attica centum drachmis Atticis constabat: ad nostrates calculos revocata conficit libras septemdecim et quindecim asses. Quapropter triginta minæ valebunt libras Francicas 525. bis tanto pluris est talentum Atticum quod sexaginta minas continet, adeoque efficit libras nostrates 1050. Sunt qui pluris minam æstiment.

[v] *Agas asellum*] Frustra asinum ani-

ea quoque, quoniam mutatis verbis non possunt retinere eandem venustatem, non in re, sed in verbis posita ducantur.[4] 259. Est etiam in verbo positum non insulsum genus, ex eo, cum ad verbum, non ad sententiam rem accipere videare:[t] ex quo uno genere totus est Tutor,[w] mimus vetus, oppido ridiculus. [*p.* 133.] Sed abeo a mimis: tantum genus hujus ridiculi insigni aliqua et nota re notari volo.[u] Est autem ex hoc genere illud, quod tu, Crasse, nuper ei, qui te rogasset, num[5] tibi molestus esset futurus, si ad te bene ante lucem[6] venisset: 'Tu vero,' inquisti, 'molestus non eris' 'Jubebis igitur te,' inquit, 'suscitari?'[v] et tu, 'Certe negaram[7] te molestum futurum.' 260. Ex eodem hoc vetus illud est, quod aiunt[w] Maluginensem[x] illum M. Scipionem,[8] cum ex centuria[y] sua renuntiaret Acidinum[z]

[t] *Cum aliquis fingit se verba tantum spectare, non ejus mentem a quo proferuntur.*

[u] *Non immoror in iis ridiculis quibus mimi delectantur; ago tantum de illis, quæ oratori et homini liberali conveniunt.*

[v] *E somno excitari?* [w] *Respondisse.*

biam Steph.—3 Lamb. *pecuniam a se profectam.*—4 Mull. conj. *putantur.*—5 Ita codd. omnes ap. Pearc. Erl. 1. et edd. vett. etiam Junt. Streb. Lamb. *non* e Turnebi conj. dedit Grut.—6 'Ernesti suspic. *bene mane ante lucem;* Gulielm. *bene mane,* deletis vocc. *ante lucem.* Sed cum *ante lucem* unius adverbii vice fungatur, non minus recte *bene ante lucem* dici potest, quam *bene mane.*' Orell.—7 Ita Erl. 1. Harl. 1. Pearc. et recentt. *negaras* codd. plerique, et edd. ante Pearc. *et tu certe negaras* Guelf. 2. 3.—8 Post *Scipionem* excidisse v. *dixisse,* vel cum Turnebo mox *inquisse* leg. suspicabatur Schutz.

NOTÆ

mal tardum ac segne agas et impellas ut acceleret: nihil enim proficias. Ita non est verisimile te, qui et re et nomine Asellum refers, provincias omnes militantem peragrasse. Porro hæc verba, 'Agas asellum,' initium sunt versiculi senarii, qui cum tritus esset ac pervagatus tunc temporis, et notum omnibus proverbium contineret, non integer a Cicerone recitatur: quænam autem fuerint postrema senarii verba, nunc ignotum est. Censent alii P. Æmilianum censorem cum Claudio Asello equum ademisset, ut asellum deinceps ageret, ejus cognomen connotando, non sine multorum risu dixisse.

[w] *Tutor*] Nomen comœdiæ ridiculæ, vel poëtæ, qui jocos et ridicula scripserat.

[x] *Maluginensem*] M. Cornelius Scipio Maluginensis quæstor fuit A. U. C. 571. et prætor anno 576.

[y] *Centuria*] Cum ab omni sexu et ætate fertur suffragium, comitia dicuntur centuriata, quod populus per centurias divisus ferret suffragia. *Asconius.*

[z] *Acidinum*] Qui renuntiatus fuit consul A. U. C. 575. ante Chr. 179.

consulem, præcoque dixisset, 'Dic[x] de L. Manlio;' 'Virum bonum,' inquit, 'egregiumque civem esse arbitror.' Ridicule etiam illud. L. Porcius Nasica censori Catoni,[9] cum ille, 'Ex tui animi[10] sententia tu uxorem habes?'[a] 'Non hercule,' inquit, 'ex mei animi[11] sententia.' Hæc aut frigida sunt, aut tum salsa, cum aliud est expectatum: natura enim nos (ut ante dixi) noster delectat error: ex quo, cum quasi decepti sumus expectatione,[12] ridemus. LXV. 261. In verbis[1] etiam illa sunt, quæ aut ex immutata oratione ducuntur, aut ex unius verbi translatione, aut ex inversione verborum.[y] Ex immutatione; ut olim Rusca[b] cum

[x] *Cum præco declararet electum esse a sua centuria consulem Acidinum, et Maluginensem alloquens dixisset, Dic, &c.*

[y] *Joci in verbis oriuntur vel ex allegoria, (quæ est metaphora continuata, cum aliqua tota sententia a proprio sensu ad alienum ob similitudinem aliquam et proportionem transfertur,) vel ex metaphora quæ uno verbo fit.*

'Neutro est opus.' *Orell.*—9 'Hoc corruptum; sed omnes mutationes cum nimis sint incertæ, sufficiet uncis inclusisse *Porcius.*' Idem. Ernesti suspic. *L. Nasica censori Porcio Catoni;* vel, *Censori Porcio Catoni L. Nasica;* Wetzel. *P. Nasica censori Porcio Catoni;* Mull. conj. *P. Nasica censori Catoni.* Schutz. vero suspicabatur, *Rid. etiam illud, quod Nasica censori Catoni.*—10 Schutz. e Gellio Noct. Att. IV. 20. conj. *Ut tu ex animi tui.* Vid. Beier. ad Offic. tom. II. p. 387.—11 Ita primus Grut. *ex animi tui* Camer. Man. et ed. 1584. *ex animi mei* codd. plurimi, item edd. Junt. Crat. Lamb. Schutz. Orell. —12 Steph. Lamb. *expectatione rei.*

NOTÆ

[a] *Ex tui animi sententia tu uxorem habes?* [*Ex tui animi sententia, Tu uxorem habes*] Interpunctione mutata recte jocum hunc sic explicat Lipsius. Censores, cum lustrum conderent, diligenter cavebant ne quis civis sine uxore esset. Cicero de Legibus censorum officia describens 'cœlibes,' inquit, 'esse prohibento.' Solebant porro in exigendo jurejurando hæc verba præmittere: 'Ex animi tui sententia:' id est, responde ad id quod rogabo, ita ut sentis: ac deinde addebant, 'Tu equum habes?' aut 'Tu uxorem habes?' Quod idem in omni juramento servatum auctor Cicero in Academicis. Hinc facilis hujus loci interpretatio. Cum enim censor Cato in lustro condendo a nescio quo Nasica solennibus verbis de more petiisset, 'Ex animi tui sententia' dic videlicet, 'Tu uxorem habes?' ille intempestive dicax et in alium sensum verba censoris detorquens respondit, 'non hercle ex animi mei sententia:' quasi censor non rogasset utrum uxorem haberet, sed utrum morigeram et bonam, et ex animi sui sententia haberet. Quis iste fuerit L. Nasica incertum; censorem autem, cui id contigit, fuisse M. Catonem illum censorium Lipsius existimat.

[b] *Rusca*] M. Pinarius Rusca legem annalem, de qua nihil extat, tulit tribunus plebis A. U. C. 623. ante Chr. 131.

legem ferret annalem,[z] dissuasor[a] M. Servilius, 'Dic mihi,' inquit, 'M. Pinari, num, si contra te dixero, mihi male dicturus es, ut ceteris fecisti?' 'Ut sementem feceris, ita metes,'[b] [2] inquit. 262. Ex translatione autem, ut, cum Scipio ille major[c] Corinthiis[3] statuam pollicentibus eo loco, ubi aliorum essent imperatorum, 'turmales'[d] dixit 'displicere.' Invertuntur autem verba, ut, Crassus apud M. Perpernam[4] judicem pro Aculeone cum diceret, aderat contra Aculeonem Gratidiano L. Ælius[5] Lamia,[c] [e] deformis, ut nostis: qui cum interpellaret odiose:[d] 'Audiamus,' inquit, 'pulchellum puerum,' Crassus. Cum esset arrisum, 'Non potui mihi,' inquit Lamia,[6] 'formam ipse fingere: ingenium potui.'[e] Tum hic,[f] 'Audiamus,' inquit, 'disertum:' multo etiam arrisum est vehementius. Sunt etiam illa venusta,[g] ut in gravibus sententiis, sic in facetiis. Dixi

[z] *Quæ certos annos constituit, quibus magistratus geri possint.*

[a] *Qui persuadere conabatur ejusmodi annos non esse statuendos capiendis honoribus.*

[b] *Si maledicas mihi, tibi quoque ut ceteris maledicturus sum.*

[c] *Gratidianum, qui litigabat cum Aculeone, defendebat patronus quidam L. Alius Lamia.*

[d] *Cum Crassum pro Aculeone dicentem moleste interpellaret Lamia.*

[e] *Non potui me ipse pulchrum facere, potui eloquentem et ingeniosum.*

[f] *Tum exclamavit Crassus.*

[g] *Illæ figuræ, immutationes, metaphoræ, &c.*

Cap. lxv. 1 Guelf. 2. *In rebus.*—2 Lamb. *ita et metes.*—3 *Corinthi* ψ. Idem codex mox *esset.*—4 *Perpennam* ψ.—5 Ita ex numismatibus et veteribus libris legendum censuit Ursinus; ita quoque edidere Mannt. Pearc. Schutz. Harles. Orell. et Mull. *L. Helvius* Junt. Crat. Lamb. Grut. *L. Helius*

NOTÆ

[c] *Scipio ille major*] Africani cognomentum consecutus est Asdrubale Carthaginiensi, et Syphace Numidiæ rege iterum debellatis. Accusatus de capta ab Antiocho pecunia ad pacis leges ferendas, adversariorum invidiæ cessit, et Liternum in Campaniam se transtulit, ibique obiit A. U. C. 570. ante Chr. 184. Livius, Plutarchus, &c.

[d] *Turmales*] Turma in re militari est manus seu multitudo equitum: itaque statua turmalis est proprie statua equestris: translate autem et improprie, quo sensu accipiebat hoc verbum Scipio, significat gregalem statuam et in eo loco positam ubi promiscuæ aliorum statuæ viderentur: qualem sibi displicere Scipio dicebat.

[e] *L. Ælius* [*Helvius*] *Lamia*] Pighius ad A. U. C. 634. legendum putat *L. Ælius Lamia;* neque enim in Helvia, sed in Ælia gente reperiri familiam Lamiarum.

enim dudum, materiam aliam esse joci, aliam severitatis: gravium autem,[7] et jocorum unam esse rationem.[h 8] 263. Ornant igitur inprimis orationem verba relata contrarie:[i 9] quod idem genus sæpe est etiam facetum; ut, Servius ille Galba[f 10] cum judices L. Scribonio tribuno plebis ferret familiares suos, et dixisset Libo, 'Quando tandem, Galba, de triclinio tuo exibis?' 'Cum tu,' inquit, 'de cubiculo alieno.' A quo genere ne illud quidem plurimum[11] distat, quod Glaucia Metello, 'Villam in Tiburte[g] habes, cortem in Palatio.'

LXVI. 264. Ac verborum quidem genera quæ essent faceta, dixisse me puto: rerum plura sunt, eaque magis (ut dixi ante) ridentur: in quibus est narratio; res sane difficilis. Exprimenda enim sunt, et ponenda ante oculos ea, quæ[1] videantur esse verisimilia, quod est proprium

[h] *Exornationem et easdem figuras et jocis et severitati servire.*
[i] *Ex adverso opposita.*

codd. Cant. et Wag. Cf. Horat. III. Od. 17. 1.—6 *Lamiani* ψ.—7 Cod. ψ *generum autem.*—8 Schutz. conj. *rationem aliam . . . unam esse materiam;* et hanc conjecturam recepit Harles.—9 Guelf. 2. *contraria.* Mox, *est sæpe etiam* Lamb.—10 Ita codd. Nov. Bod. Wag. Mead. Harl. 1. 2. Norf. item edd. Ascens. Manut. et Lamb. *Ser. ille Galba* Venet. Mediol. *Servius ille Balba* Erl. 1. *Sergius ille Galba* vulgg. ante Pearc. Mox, *L. Scribonio Liboni* Lamb.—11 Voc. *plurimum* suspectum Ernestio. Mox, *quod* deest in ψ. Paulo post, *homines,* pro *habes,* ψ; *cohortem in Palatio* ψ, Steph. Lamb. Man.

CAP. LXVI. 1 Lamb. *ea, et quæ.* Mox, *videantur et verisimilia* Junt. Man. *videantur verisimilia* Lamb. *videantur esse verisimilia* edd. vett. Crat. Pearc.

NOTÆ

[f] *Servius ille Galba*] Galba in L. Scribonium Libonem judices elegit, qui sibi essent ob consuetudinem comessationum familiares; quod cum videret Libo, 'Quandonam,' inquit, 'o Galba, desines eligere judices compotores tuos?' 'Cum tu,' respondit Galba, 'modum impones tuis adulteriis.' Hæc verba 'de triclinio tuo,' 'de cubiculo alieno,' sibi repugnant.

[g] *Villam in Tiburte*] Cum C. Servilius Glaucia Metellum opprimere tentaret, ad eum defendendum convenit in Palatium frequens amicorum turba. Tum Glaucia peracutus et dicax, 'Villam,' inquit, 'habes, Metelle, in agro prope urbem Tibur posito, et cortem in palatio.' Cors proprie significat locum in villa ubi aluntur aves et pecudes. Glaucia vero significabat hoc verbo civium multitudinem, quæ reip. studio in Palatium confluxerat ad opem Metello ferendam: cohors enim, quæ in re militari est decima pars legionis, a corte dicta fuit. Opponuntur autem ista, habere villam in Tiburte et cortem

narrationis, et quæ sint, quod ridiculi proprium est, subturpia :[j] cujus exemplum, ut brevissimum,[2] sit sane illud, quod anteposui,[h] Crassi de Memmio.[3] Et ad hoc genus ascribamus etiam narrationes apologorum.[i] 265. Trahitur etiam aliquid ex historia, ut, cum Sex. Titius[j 4] se Cassandram esse diceret, 'Multos,'[5] inquit Antonius, 'possum tuos Ajaces Oileos nominare.' Est etiam ex similitudine : quæ aut collationem[k] habet, aut tanquam[6] imaginem. Collationem : ut ille Gallus[7] olim testis in Pisonem, cum innumerabilem Magio præfecto pecuniam dixisset datam, idque Scaurus tenuitate Magii redargueret :[l] 'Erras,' inquit, 'Scaure, ego enim Magium non conservasse dico, sed, tanquam nudus[k] nuces[8] legeret, in ventre abs-

[j] *Deformia.* [k] *Comparationem cum alia re.*
[l] *Probare contenderet non esse tantam pecuniæ vim datam Magio, quippe qui egenus foret.*

et recentt. Paulo post, *et quæ sunt ridiculi* ψ.—2 Man. et Mull. *ut breves simus.* 'Sed præstaret, ut opinor, *ut brevis sim,* nisi optimo jure brevissimæ narrationis exemplum dici posset, id quod h. l. significatur.' *Orell.*—3 *Memio* ψ.—4 Idem codex, *ut cum sextitius.*—5 Schutz. conj. *et multos.* Mox, idem Schutz. delet *Oileos.*—6 Censor Jenensis pro *tanquam* conj. *aliquam.*—7 *Collationis . . . Gallais* ψ. Idem mox, *dedisset: et datam . . . cum tenuitate.*—8 Cod. ψ *nudum nuces.* 'Nescio quis margini Lamb. meæ ascripsit *nucleos e nuce.*' Orell. Mox, *in ventrem* Guelf. 2. 3. et edd. vett. Junt. Lamb. Grut. *in ventre* Harl. 1. cum edd. W. Pearc. Schutz. Harles. Orell. Actutum, *ut illud* Junt. Crat. Man. Grut. *illud* delevit Lamb. *ut ille* e conjectura de-

NOTÆ

Romæ, cum in villa cors sita sit.

[h] *Anteposui*] Scilicet hujus libri § 240.

[i] *Apologorum*] Apologorum sive fabularum inventio refertur ad Æsopum, qui sive non auderet aperte verum loqui vir servili conditione, sive facilius percipi crederet quod festive doceretur, primus philosophari ridendo instituit, rebusque mutis sensum, et animalibus sermonem affinxit. Scite et eleganter Phædrus l. III. 'Nunc fabularum cur sit inventum genus Brevi docebo : Servitus obnoxia Quia quæ volebat, non audebat dicere, Affectus proprios in fabellas transtulit, Calumniamque fictis elusit jocis.'

[j] *Sex. Titius*] Seditiosus ac turbulentus tribunus plebis A. U. C. 655. ante Chr. 101. quem mordacissimo joco Antonius carpsit. Cum enim ille jactabundus Cassandram se diceret, quasi qui vera quidem, sed non credenda perituræ civitati prædiceret ; 'Multos,' inquit Antonius, 'possum appellare tuos Ajaces Oileos,' hoc dicterio impurissimos ejus mores configens. Cassandram enim Priami filiam, cujus veris vaticiniis nulla fides habebatur, Ajax filius Oilei in templo Minervæ violaverat.

[k] *Tanquam nudus*] Hic jocus a collatione sive comparatione ducitur : Magius enim, qui compotando dice-

tulisse:'[m] ut ille M. Cicero senex, hujus viri optimi,[n] nostri familiaris, pater, 'nostros homines similes esse Syrorum[1] venalium:[o] ut quisque optime Græce[m] sciret, ita esse nequissimum.' 266. Valde autem ridentur etiam imagines, quæ fere in deformitatem,[n] aut in aliquod vitium corporis ducuntur cum similitudine turpioris: ut meum illud in Helvium[9] Manciam, 'Jam ostendam, cujusmodi sis:' cum ille, 'Ostende quæso;' demonstravi digito pictum Gallum in Mariano[10] scuto Cimbrico,[o] sub Novis,[p] distortum, ejecta lingua, buccis fluentibus:[p] risus est commotus: nihil tam Manciæ simile visum est: ut cum Tito Pinario,[11] mentum in dicendo intorquenti, 'tum ut diceret,

[m] *Dico Magium similem illi fuisse, qui cum nudus sit, legit nuces, quas in ventrem abdit, cum veste careat, in qua eas colligat: ita Magius omnem illam pecuniam absumsit compotationibus et in ventrem demisit.*

[n] *M. Tullii Ciceronis oratoris.*

[o] *Servorum qui e Syria advehebantur, ut Romæ venderentur.*

[p] *Lingua projecta extra os, buccis turpiter inflatis.*

dit Ernesti. *M. Cato senex* conj. Ursinus.—9 Ita Quintil. VI. 3. 38. item Harl. 1. Manut. et Ursin. *Helmium* Junt. Lamb. Grut. Mox, *Ostende* deest in ψ.—10 *Manliano* conj. Pighius. Mox, omnes codd. ap. Pearc. Erl. 1. ψ, Junt. Crat. Lamb. *sub nodis.* In marg. ed. 1584. *Novis* tribuitur Lambino. *pictum Gallum in scuto, sub Novis* volebat Censor Jenensis. Cf. Plin. N. H. XXXV. 4. 8. Quintil. l. l. ibique Spalding.—11 Ita e conjectura Ursini primus dedit Ernesti; *Testio Penario* Junt. Grut. Pearc. *Testio Panario* Lamb. *Sestio Penario* Man. *testi Pinario* conj. Pearc. *Testio pevario* ψ.

NOTÆ

batur omnem absumsisse pecuniam, cum eo confertur qui nudus in ventrem nuces demittit.

[1] *Syrorum*] Quæ gens alibi dicitur a Tullio nata servituti: hinc apud comicos Syri nomen servis datum.

[m] *Optime Græce*] Apud veteres Romanos male audiebant, quibus erat frequentius cum Græcis commercium: quippe quorum si disciplinas non omnino respuerent, at loquacitatem, ignaviam, et adulationem pessime oderant. Proclive est autem existimare ab eorum te moribus non abhorrere, quorum doctrinas studiosius persequeris.

[n] *Imagines ... in deformitatem*] Qualis est elegans illa Martialis, 'Cum sint crura tibi, simulent quæ cornua lunæ.'

[o] *Cimbrico*] Cimbri populi Germaniæ maxime ad Septemtrionem.

[p] *Sub Novis*] L. Varrone teste l. v. de L. L. sub Novis dicta est pars in foro Romano ædificiorum pervetusto vocabulo, ut et via nova, a tabernis nempe novis. In plerisque editionibus *sub nodis* legitur, quasi vinculis quibus ille Gallus ut captivus alligatus pingebatur. Refert loco citato Plin. tabulam illam *sub Veteribus*, nempe fori porticibus, tam fa-

si quid vellet, si nucem fregisset.'[q] 267. Etiam illa, quæ minuendi,[q] aut augendi causa[r] ad incredibilem admirationem efferuntur:[7] velut tu, Crasse, in concione, 'ita sibi ipsum magnum videri Memmium, ut in forum descendens caput ad fornicem Fabii[s] demitteret.'[s 12] Ex quo genere etiam illud est, quod Scipio apud Numantiam, cum stomacharetur cum C. Metello,[t] dixisse dicitur, 'Si quintum pareret mater ejus, asinum fuisse parituram.' 268. Arguta etiam significatio est, cum parva re, et sæpe verbo res obscura et latens illustratur: ut, cum C. Fabricio P. Cornelius, homo, ut existimabatur,[13] avarus et furax, sed egregie fortis, et bonus imperator, gratias ageret, quod se homo inimicus consulem fecisset, bello præsertim magno et gravi;[14] 'Nihil est, quo mihi[15] gratias agas,' inquit, 'si malui compilari, quam venire:' ut Asello Africanus, obji-

[q] *Cum ridens Tito Pinario dixi, pergeret porro loqui, postquam fregisset nucem, quam in ore, quod contorquebat, habere videretur.*

[r] *Exprimuntur.*

[s] *Ad præcelsum Fabii fornicem caput inclinaret.*

Mox, idem codex *ut dicere.*—12 Idem codex *discedens . . . fabri dimitteret.*—13 Idem codex *existimatur.*—14 Lamb. *et magno et gravi.*—15 Guelf. 3.

NOTÆ

cili, ut opinamur, memoriæ lapsu, quam cum ibidem jocum hunc Cæsaris Crasso tribuit.

[q] *Minuendi*] Non minus lepidum est quod rem incredibiliter imminuit, quam quod auget. Facetum est illud Ciceronis, qui cum Lentulum generum suum, exiguæ staturæ hominem, longo gladio accinctum vidisset, 'Quis,' inquit, 'generum meum ad gladium alligavit?' Macrob. Saturn. II. 3.

[r] *Augendi causa*] Cum quis utitur hyperbole, qualem adhibuit per jocum Cicero. Cum in ea provincia quam Q. Frater rexerat, vidisset clypeatam imaginem ejus ingentibus lineamentis usque ad pectus ex more pictam, (erat autem Quintus ipse staturæ parvæ,) ait, 'Frater meus dimidiatus major est quam totus.' Macrob. ibid.

[s] *Fornicem Fabii*] Quem Fabius vir triumphalis victoriæ de Allobrogibus relatæ monumentum exstruxerat.

[t] *C. Metello*] Q. Metellus Macedonicus, ut refert Plutarchus lib. de Fortuna Romanorum, quatuor habuit filios consulares, Q. Balearicum, L. Diadematum, M. Metellum, et C. Caprarium, quorum ut quisque ceteros ætate, sic ingenio superabat. Omnium igitur minime ingeniosus fuit C. Metellus, cujus tarditatem accusans Scipio aiebat, si mater ejus quintum pareret, asinum fuisse parituram; quasi ita obtusus fuisset Metellus, ut nullus nisi asinus ipsi posset esse inferior.

cienti lustrum illud infelix, 'Noli,' inquit, 'mirari: is enim, qui te ex ærariis exemit,[u] lustrum condidit, et taurum[16] immolavit.' Tanta[17] suspicio est,[v] ut religione civitatem obstrinxisse videatur Mummius, quod Asellum ignominia levarit.

LXVII. 269. Urbana etiam dissimulatio est,[t] cum alia dicuntur, ac sentias,[w] non illo genere, de quo ante dixi, cum contraria dicas, ut Lamiæ Crassus,[x] sed cum toto genere orationis severe ludas,[u] cum aliter[1] sentias, ac loquare: [*p.* 134.] ut noster Scævola Septumuleio[2] illi Anagnino,[y] cui pro C. Gracchi capite erat aurum repensum,[v] roganti, ut se in Asiam præfectum duceret, 'Quid tibi vis,'[w] inquit, 'insane? tanta malorum est multitudo civium, ut tibi ego hoc[3] confirmem, si Romæ manseris, te paucis annis ad maximas pecunias esse venturum.' 270. In hoc genere Fannius[z] in annalibus suis Africanum hunc Æmi-

[t] *Faceta est ironia.*

[u] *Non cum verbum alteri verbo opponas, v. g. si pulchellum appelles qui deformis est, ut Crassus Lamiam; sed cum aliqua tota sententia et oratio in ironia versatur.*

[v] *Cui data erat pecunia ob interfectum Gracchum.*

[w] *Adeone lucri negligens es, &c.*

Wald. et Lamb. *quod mihi;* Junt. Crat. Man. Grut. *quo mihi.*—16 Cod. ψ, *et aurum.*—17 Ita omnes codd. et edd. vett. *Tacita* e conjectura Schutzii dedit Orell. Hæc omnia *Tanta ... levarit* suspecta erant Ernestio: *lavarit* ψ.

CAP. LXVII. 1 Cod. ψ. *alterius.*—2 *Septimuleio* Lamb. *Septumelio* ψ.—

NOTÆ

[u] *Ex ærariis exemit*] Inter ærarios referri dicebatur, qui jure suffragii et civis Romani privatus referebatur in tabulas, ut æra tributi nomine penderet. 'Ex ærariis eximi,' qui pristinum in gradum revocabatur.

[v] *Tanta suspicio est*] Hæc Scipionis verba suspicionem movent, ut putetur Mummius sanctissimas violasse religiones, et gravissimo crimine civitatem obligasse restituendo Asellum in pristinam dignitatem, a qua dejectus fuerat a censore.

[w] *Cum alia dicuntur, ac sentias*] Cujusmodi est illud Ciceronis: Cum Cæsar legem tulisset de agro Campano militibus dividendo, et multis ea res displicuit in senatu, et L. Gellius, admodum senex, negavit hoc futurum se quidem vivo; hic Cicero, 'expectemus,' inquit, 'non longam diem postulat Gellius.' Plutarch. in Cic.

[x] *Lamiæ Crassus*] Consule paulo superius § 262.

[y] *Anagnino*] Anagnia urbs illustris in Latio: nunc *Anagna.*

[z] *Fannius*] Historicus idemque orator, de quo in Bruto.

lianum[a] dicit fuisse,[4] et eum Græco verbo appellat εἴρωνα:[b] sed, uti ferunt, qui melius hæc norunt, Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus præstitisse: genus est perelegans, et cum gravitate salsum, cumque[5] oratoriis dictionibus, tum urbanis sermonibus accommodatum. 271. Et hercule omnia hæc, quæ a me de facetiis disputantur, non majora forensium actionum, quam omnium sermonum condimenta sunt. Nam quod apud Catonem est, qui multa retulit, ex quibus a me exempli causa multa ponuntur, per mihi scitum videtur,[x] C. Publicium solitum dicere, 'P. Mummium[6] cuivis tempori hominem esse.'[y] Sic profecto res se habet,[7] nullum ut sit vitæ tempus, in quo non deceat leporem humanitatemque versari. 272. Sed redeo ad cetera. Est huic finitimum dissimulationi, cum honesto verbo[c] vitiosa res appellatur:

[x] *Videtur mihi perelegans.*
[y] *Quolibet loco ac tempore urbanum esse.*

3 Guelf. 3. *ut tibi hoc ego.*—4 Schutz. de conjectura Jacobsii acuta rescripsit *cluisse* pro *fuisse*. Rejicit hanc conjecturam Goerenz. et defendit vulgatam: addit tamen, 'si quid mutandum, non *et eum*, sed *etenim* scripserim.'—5 Schutz. conj. *tumque.*—6 *Sp. Mummium* Lamb. *L. Numium* ψ. Mox, *quodvis temporis* unus codex et Lamb. *quisvis temporis* ψ; *cujusvis temporis* conj. nescio

NOTÆ

[a] *Æmilianum*] Hic L. Pauli, qui Persen vicit, filius, adoptatus est a P. Scipione Africani Majoris filio, qui liberis carebat. Consule notas in l. IV. Heren. § 19.

[b] Εἴρωνα] Εἴρων Socrates Ciceroni est in omni oratione *dissimulator*, εἰρωνεία *dissimulantia*, qua Socrates libenter uti solitus est, cum aliud diceret ac sentiret. Negat Quintilianus sibi videri dissimulationis nomine satis totius hujus figuræ vires ostendi, quamvis invenerit qui ironiam ita Latine vocarent: nempe Ciceronem, cujus nomen velut honoris causa tacet, cum opinionem et dictum ejus aliquod minus probat. Εἴρων autem est illi agens imperitum, et admirator aliorum tanquam sapientium, quam personam quoniam semper Socrates egit, semel susceptam; idem Quintilianus, 'Etiam,' inquit, 'vita universa ironiam habere videtur, qualis est vita Socratis.' Vavassor lib. de Ludic. Dict. in Socrate.

[c] *Honesto verbo*] Huc referri potest illud Ciceronis dicterium: Insimulatus adolescens quidam, quod venenum dedisset patri in placenta, jactabat se ferocius et Ciceroni contumelias ac maledicta minabatur: cui Cicero, 'Hoc,' inquit, 'malo a te quam placentam.' Plutarch. in Cic. Placentæ nomine venenum scite dissimulabat.

ut cum Africanus censor tribu movebat eum centurionem,[z] qui in Pauli pugna[d] non affuerat, cum ille se custodiæ causa[a] [8] diceret in castris remansisse, quæreretque cur ab eo notaretur;[b] 'Non amo,' inquit, 'nimium diligentes.' 273. Acutum etiam illud est, cum[9] ex alterius oratione[e] aliud excipias,[c] atque ille vult; ut Salinatori[f] Maximus,[g] cum, Tarento[h] amisso, arcem tamen Livius retinuisset,[d] multaque ex ea prælia præclara fecisset, cum aliquot post annos Maximus id oppidum recepisset, rogaretque eum Salinator, ut meminisset, opera sua se Tarentum recepisse; 'Quidni,' inquit, 'meminerim? nunquam enim recepissem,[10]

[z] *Privabat jure suffragii cum ceteris civibus ferendi, et jure civitatis.*
[a] *Ut custodiret castra.* [b] *Ignominia afficeretur.* [c] *Resumas.*
[d] *Cum Livius Salinator urbe amissa in arcem confugisset eamque servasset.*

quis ap. Lamb.—7 Guelf. 2. 3. *se res habet.*—8 Voc. *causa* deest in ψ, ut voluerat Lipsius: *custodem diceret* unus codex ap. Lamb.—9 Mull. conj. *et cum.* —10 Codd. plerique, ed. s. l. et a. Junt. Crat. Man. Streb. Lamb. *nunquam ego recepissem;* unus codex ap. Orell. *nunquam enim et rec.* Mox, *tu amisisses*

NOTÆ

[d] *In Pauli pugna*] De clade, ut opinor, Cannensi loquitur, qua L. Æmilius Paulus ad Cannas cum Romanorum flore misere periit A. U. C. 538. Septemdecim post annis censuram obiit Africanus, quo tempore ultor ignaviæ centurionem tribu movit.

[e] *Cum ex alterius oratione*] Ciceroni jocorum lepore ac frequentia nemo comparandus, tot ex omni facetiarum genere unus exempla sufficere potest. Quam elegans est illud in Clodium! 'At quæ Dea est? Bonam esse oportet, quandoquidem est abs te dedicata. Libertas, inquit, est. Eam tu igitur domi meæ collocasti, quam ex urbe tota sustulisti.' Pro Domo sua.

[f] *Salinatori*] Primus, teste Plinio, vectigal ex salaria annona instituerat Ancus Martius Romanorum quartus rex, sed expulsis regibus sublatum fuerat. Multo post, nempe A. U. C. 550. ante Chr. 204. censores M. Livius et C. Claudius illud restituere. Id commentum alterum ex censoribus satis credebant, populo iratum, quod iniquo judicio quondam damnatus esset. Inde Salinatori Livio inditum cognomen, quod etiam in ejus familiam transiit. Livius l. XXIX. Paulo ante præerat Tarento Livius, ut conjicimus, eratque præfectus ille, qui audito insidiis Hannibalis urbem esse captam, in arcem peninsulæ more partim mari partim rupibus cinctam confugit, quod fuse refert Livius l. XXV. Id evenit A. U. C. 545. ante Chr. 209.

[g] *Maximus*] Q. scilicet Fabius Maximus Verrucosus, qui tum erat consul, cum strategemate Punico Tarentum est expugnatum.

[h] *Tarento*] Tarentum urbs Calabriæ in Magna Græcia; nunc *Tarente.*

nisi tu perdidisses.' 274. Sunt etiam illa subabsurda,[e] sed eo ipso nomine sæpe ridicula, non solum mimis perapposita,[11] sed etiam quodammodo nobis :

'Homo fatuus,[i]
Postquam rem habere cœpit, est mortuus.'[f] [12]
'Quid est tibi[j]
Ista mulier?' 'Uxor.' 'Similis medius fidius.'[g]

et [13]

'Quamdiu ad aquas[k] fuit, nunquam est mortuus.' [14]

LXVIII. Genus hoc levius, et, ut dixi, mimicum; sed habet[1] nonnunquam aliquid etiam apud nos loci, ut vel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid :[h] ut tibi, Antoni, Mancia, cum audisset te censorem a M. Duronio de ambitu postulatum, 'Aliquando,' inquit, 'tibi[l] tuum negotium agere licebit.' 275. Valde hæc ridentur, et hercule

[e] *Paululum absurda, alieno tempore ac loco dicta.*

[f] *Homo stultus, postquam auctus est divitiis, obiit.*

[g] *Quid est tibi ista mulier? an soror, an cognata est? Est mea uxor, inquit alter. Sane est tam deformis quam tu; est tibi simillima: itaque non uxorem sed sororem putaveram.*

[h] *Quasi si quis homo prudens ac minime stultus dicat aliquid tamen facetum, quasi stulte, ac veluti quid dicat non intelligens.*

ed. s. l. et a.—11 Guelf. 3. *perapposita mimis.*—12 E Turnebi conjectura *est emortuus* scripserunt Lamb. et Schutz. *est mortuus. Et, Quid, &c.* Orell. ut versiculi priores a sequentibus discernerentur.—13 Junt. Man. Crat. Camer. omittunt *et.*—14 Lamb. Schutz. et Orell. *emortuus;* omnes codd. Junt. Man. Grut. *mortuus.*

CAP. LXVIII. 1 Codex ψ, *ut dixi, inimicum; et habet.* Mox, idem codex, *aliud e. a. n. joci;* ed. s. l. et a. etiam *joci.* Dein, *stultus et . . . Martia* ψ.—

NOTÆ

[i] *Homo fatuus*] Duo hic videntur subabsurda; et quod homo stultus divitias sibi parare potuerit, et quod iis paratis cum debuisset frui, statim e vita decessisset.

[j] *Quid est tibi*] Carpit quidam deformitatem alterius inepta interrogatione ac responsione.

[k] *Quamdiu ad aquas*] Quamdiu iste piscator aut portorio præfectus in ripa fluminis vitam egit parce ac duriter, valetudine bona fuit : ubi molliori vitæ genere est usus, statim est mortuus; quod minime fieri conveniebat.

[l] *Aliquando, inquit, tibi*] Erat Antonius admodum occupatus in gerenda censura, et negotium multis facessebat. Accusatus de ambitu, coactus est, ut se defenderet, omittere aliena negotia : visus est illi Mancia quidam gratulari, quod de suis tandem negotiis, quæ, ut publica curaret, neglexisse videbatur, serio ipsi cogitare liceret. Verum clam arguebat his verbis nimiam illius in aliena re severitatem et diligentiam, negligentiam in sua.

omnia, quæ a prudentibus, quasi per dissimulationem [non] intelligendi,[2] subabsurde salseque dicuntur. Ex quo genere est etiam, non videri intelligere quod intelligas, ut Pontidius, 'Qualem existimas, qui in adulterio deprehenditur?' 'Tardum:'[m] ut ego, qui in delectu,[i] Metello, cum excusationem[3] oculorum a me non acciperet, et dixisset, 'Tu igitur[n] nihil vides?' 276. 'Ego vero,' inquam, 'a porta Esquilina[o] video villam tuam:' ut illud Nasicæ,[p] qui cum ad poëtam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti Ennium, ancilla dixisset, domi non esse; Nasica sensit, illam domini jussu dixisse, et illum intus esse: paucis post diebus cum ad Nasicam venisset Ennius, et eum a janua quæreret, exclamat Nasica, se domi non esse: tum Ennius, 'Quid? ego non[4] cognosco vocem,' inquit, 'tuam?' Hic Nasica, 'Homo es impudens:[j] ego cum te quærerem, ancillæ tuæ credidi, te domi non esse; tu mihi non credis ipsi?'

277. Est bellum illud quoque, ex quo[5] is, qui dixit, irridetur in eo ipso genere, quo dixit: ut, cum Q. Opimius[q] consularis, qui adolescentulus male audisset, festivo homini Egilio, qui videretur[6] mollior, nec esset, dixisset, 'Quid

[i] *Cum fieret militum delectus et conquisitio.* [j] *Injustus.*

2 'Vel dele *non*, vel lege cum Harl. 1. *simulationem.*' Pearc. *non intelligi* Erl. 1. *non intelligendi* circumsepserunt Wetzel. et Harles. delevit Schutz. —3 Cod. ψ, *dilectu . . . excusatione.*—4 *Quid? non* in eodem codice.—5 Pro *ex quo,* Pearc. conj. *quum,* quod, inquit, in Mss. scribitur fere *quam.* Mox, *quod dixi* Ald. Junt. Lamb. Grut. *quo dixi* edd. vett. et sic conj. Pearc.—

NOTÆ

[m] *Tardum*] Fugere enim debuerat, ne in eo deprehenderetur.

[n] *Tu igitur, &c.*] 'Itane vero tu oculos infirmos ac parum videntes habes? cæcus es?' 'Immo,' inquit Crassus, 'non ita sum cæcus, quin a porta Esquilina villam tuam magnificentius quam decet exstructam videre possim.' Dum se non penitus obtusa oculorum acie probat, sumtuosas Metelli substructiones reprehendit.

[o] *Esquilina*] Porta ad Esquilium montem Romæ ab excubiis Tulli Hostilii nominatum. Ovid. Fast. lib. I. 'Adde quod excubias ibi rex Romanus agebat, Qui nunc Esquilias nomine collis habet.'

[p] *Nasicæ*] P. Cornelius Scipio Nasica a prudentia Corculum dictus, de quo in Bruto.

[q] *Q. Opimius*] Consul A. U. C. 600. ante Chr. 154.

tu Egilia[7] mea? quando ad me venis cum tua colu et lana?' 'Non pol,'[r] inquit, 'audeo: nam me ad famosas[k] vetuit mater accedere.' LXIX. 278. Salsa sunt etiam, quæ habent suspicionem ridiculi absconditam, quo in genere est illud Siculi, cui, cum[1] familiaris quidam quereretur, quod diceret, uxorem suam suspendisse se de ficu, 'Amabo te,' inquit, 'da mihi ex ista[2] arbore,[s] quos seram surculos.' In eodem genere est, quod Catulus dixit cuidam oratori malo; qui cum in epilogo[3] misericordiam se movisse putaret, postquam assedit, rogavit hunc, videreturne misericordiam movisse: 'Ac magnam quidem,' inquit; 'neminem enim puto esse tam durum, cui non oratio tua miseranda visa sit.'[4] 279. Me quidem hercule valde illa movent[5] stomachosa, et quasi submorosa ridicula, cum non a moroso dicuntur:[l] tum enim non sal, sed natura ridetur.[m] In quo, ut mihi videtur, persalsum illud est apud Nævium,[6]

'Quid ploras pater?
Mirum ni cantem:[7] condemnatus sum.'

[k] *Turpi fama laborantes.*
[l] *Quæ videntur ab homine irato et querulo dici, qui revera tali indole non sit.*
[m] *Tunc enim non festivitas ipsius joci, sed indoles hominis tetrici deridetur.*

6 Steph. et Lamb. *videtur esse.*—7 *Quid tu Decilla* ap. Nonium v. 'Colus;' sed in Merceri ed. p. 198. de Lipsii conjectura rescriptum est *tud Egilia*, quasi versiculus esset, quemadmodum vulgatum excudebant etiam Junt. Crat. Man. Lamb. 'In seqq. Lamb. dedit, *cum tua colu et lana venis?* Suspic., non tamen edidit, *nam ad famosas;* dedit denique *mater vetuit*, ut scil. versus extunderet. Sed Nonius v. 'Famosus' p. 305. ed. Merc. vulgatum ordinem tuetur, neque omnino hæc pro versiculis haberi debent. Non est enim argumentum fictum e mimo petitum, sed ἀπόφθεγμα verum.' *Orell.*

CAP. LXIX. 1 *Siculi cum*, omisso *cui*, ψ.—2 Lamb. *ex ista.* Mox, *quos inseram* conj. Manut. *quos feram* suspic. Burman.—3 Guelf. 2. *qui cum epilogo*, omissa præpositione. Mox, *movisse ne misericordiam* ψ.—4 Idem codex, *tua misericordia visa sit.*—5 Guelf. 2. 3. Schutz. et Orell. *hercle etiam illa valde movent;* Lamb. *illa etiam valde movent;* Junt. Man. Grut. et recentt. *hercule valde illa movent.* Mox, *quasi* deest in Guelf. 2. Deinde, *non cum* exhibent omnes codd. Junt. Grut. Lamb. Mull. Harles. Orell. *cum non* e conjectura Ernesti.—6 Ita Junt. Lamb. Grut. al. *Novium* Gud. ψ, plurimi codd. ap. Le

NOTÆ

[r] *Pol*] Adverbium jurantis per Pollucem, qui Jovis ex Leda filius, frater Castoris erat.

[s] *Da mihi ex ista arbore*] Hic est abscondita ridiculi suspicio; tegitur enim quod perspicaces satis intelligunt, hunc hominem uxoris mortem exoptare.

Huic generi quasi contrarium est ridiculi genus patientis ac lenti:[n] ut, cum Cato percussus esset ab eo, qui arcam ferebat, cum ille diceret, 'Cave;' rogavit, 'numquid aliud ferret[o] præter arcam?' 280. Etiam stultitiæ salsa reprehensio,[8] ut ille Siculus, cui prætor Scipio patronum causæ dabat hospitem suum,[p] hominem nobilem, sed admodum stultum: 'Quæso,' inquit, 'prætor, adversario meo da istum patronum, deinde mihi neminem dederis.' Movent illa etiam, quæ conjectura explanantur longe aliter, atque sunt, sed acute, atque concinne: ut, cum Scaurus accusaret Rutilium ambitus, cum ipse consul esset factus, ille repulsam tulisset, et in ejus tabulis ostenderet literas, A. F. P. R. idque[9] diceret esse,[q] 'Actum fide P. Rutilii;' [*p.* 135.] Rutilius autem, 'Ante factum, post relatum;' C. Canius, eques Romanus, cum Rufo adesset,[r] exclamat, neutrum illis literis declarari. 'Quid ergo?' inquit Scaurus; 'Æmilius fecit, plectitur Rutilius.' LXX. 281. Ridentur etiam discrepantia.[1] 'Quid huic abest,[t] nisi res et virtus?' Bella etiam est familiaris reprehensio, quasi errantis: ut cum objurgavit Albius[2] Granium,[u] quod, cum

[n] *Cum jocus patientiam quandam ac moderatam hominis indolem præ se fert.*
[o] *Quo posset alium ictum infligere.*
[p] *Assignabat Scipio prætor in Sicilia Siculo cuidam causidicum hospitem suum.*
[q] *Ita istas literas interpretaretur.*
[r] *Rutilium defenderet.*

Clerc. item Schutz. et Harles.—7 *Mirum nicantem* ψ.—8 Guelf. 3. *salsa reprehensio est.*—9 Cod. ψ, *literas ad prætorem r. idque, &c.* Mox, *C. Cannius* Junt. Lamb. Grut.

CAP. LXX. 1 *Ridetur et disc.* ψ.—2 Ita Junt. Lamb. Grut. *Albucius* Schutz. Orell. et Beier. ad Offic. tom. II. p. 98. *Albium* vet. ap. Steph. *Albucium* Man. Actutum, *Granius* ψ, vet. ap. Steph. Man. 'Hic locus est vitiosus:

NOTÆ

[t] *Quid huic abest*] Acriter vituperatur, qui sic maligne laudatur, ut nihil ei dicatur deesse, nisi duo maxima, opes et virtus.

[u] *Albius Granium*] Disceptabant in judicio Granius reus, Albucius actor. Granius pro se tabulas adversus Albucium protulit; contra eas judicatum; et nihilominus, propter alias scilicet rationes, absolutus est Granius, gaudente Scævola cui carus erat reus. Gloriabatur Granius maximum fuisse in tabulis suis causæ præsidium, cum ab Albio sic est objurgatus: 'Mi homo, contra tuas tabulas est judicatum.' Quo dicterio eum

ejus tabulis quiddam Albucio[s] probatum videretur, et valde absoluto Scævola gauderet; neque intelligeret, contra suas tabulas esse judicatum.[3] * * 282. Huic similis est etiam admonitio in consilio dando familiaris, ut, cum patrono malo, cum vocem in dicendo obtudisset,[t] [4] suadebat Granius, ut mulsum frigidum biberet,[u] simulac domum redisset: 'Perdam,' inquit, 'vocem, si id fecero:' 'Melius est,'[5] inquit, 'quam reum.'[v] 283. Bellum etiam est, cum, quid cuique[6] sit consentaneum,[w] dicitur: ut, cum Scaurus nonnullam haberet invidiam[x] ex eo, quod Phrygionis[7] Pompeii, locupletis hominis, bona sine testamento possederat;[y] sederetque advocatus reo Bestiæ,[z] cum funus quoddam duceretur, accusator C. Memmius, 'Vide,' inquit, 'Scaure, mortuus rapitur,[a] si potes esse possessor.' 284. Sed ex his omnibus nihil magis ridetur, quam quod est præter expectationem;[v] cujus innumerabilia sunt exempla, vel Appii[8] majoris[w] illius, qui in senatu, cum ageretur de

[s] *Quod noceret Albucio.*
[t] *Cum vocem sibi raucam et obscuram male declamando effecisset.*
[u] *Potionem quandam vino et melle temperatam.*
[v] *Melius est te vocem omnino perdere quam reos, male defendendis illorum causis.*
[w] *Quod accommodatum sit ad uniuscujusque mores.* [x] *Male audiret.*
[y] *Cum in demortui testamento hæres non fuisset scriptus, aut iste Pompeius nullum testamentum condidisset.*
[z] *Vocatus honoris et gratiæ causa, ut adesset judicio, cum Bestia reus causam diceret.* [a] *Ad rogum ducitur.*

nec sanatur, si maxime *ab Albutio* legas, ut placebat Lambino et aliis, et *neque* accipias pro 'et non,' cum Pearcio. Omnino non intelligo. Atque sine dubio est lacuna post *judicatum.* Nempe deest dictum facetum Albii; quod si extaret, priora etiam facilius judicaremus. Id, non animadversum a viris doctis, inanes conjecturas peperit.' *Ernesti. quiddam ab Albucio* codd. ap. Steph. Lamb. Schutz. Mox, *et* uncis inclusit Orell. addita hac nota: 'Quo deleto locus difficilis persanatus videtur.'—3 'Post hæc defectus signa posuit Ernesti. Recte sustulit ea Mull.' *Orell.*—4 'Melius, ut opinor, scripseris, *qui vocem in dicendo obtudisset.*' Schutz. *obtulisset* ψ.—5 Verbum *est* suspectum Beiero ad Offic. tom. I. p. 150.—6 Lamb. et ψ, *quod cuique.*—7 *Prygionis* ψ. Paulo post, idem cod. *Bestia.*—8 Pearc. conj. *velut Appii.*

NOTÆ

vel falsi vel stupiditatis arguebat. Granius porro fuit scurra urbano sale notus et Crasso familiaris.

[v] *Præter expectationem*] Lepidus est in eo genere jocus ille Tullii in ejus vita relatus a Plutarcho. Victo Pompeio, cum Nonnius spe esse bona juberet tamen; aquilas enim in castris Pompeii septem superesse: 'Recte tu istuc quidem,' inquit, 'si cum graculis bellum gereremus.'

[w] *Appii majoris*] Appius Claudius

agris publicis,[b] et de lege Thoria,[x] et premeretur[c] Lucilius[y] ab iis, qui a pecore ejus depasci agros publicos dicerent, 'Non est,' inquit, 'Lucilii[d] pecus illud: erratis: (defendere Lucilium videbatur) ego liberum puto esse: qua lubet, pascitur.'[e] 285. Placet etiam mihi illud Scipionis, illius,[f] qui Ti. Gracchum perculit:[g] cum ei M. Flaccus multis probris objectis P. Mucium judicem tulisset,[h] 'Ejero,'[9] inquit: 'iniquus est:'[i] cum esset admurmuratum,[j] 'Ah,' inquit, 'P. C. non ego mihi illum iniquum ejero, verum omnibus.'[z] Ab hoc vero Crasso[10] nihil facetius:[k] cum

[b] *Curandis.* [c] *Accusaretur graviter.* [d] *Non pertinet ad Lucilium.*
[e] *Puto pecus illud non esse Lucilii, aut alterius cujuslibet, sed liberum et sui quasi juris; ita impune, ubi libuerit, pascitur.*
[f] *Nasicæ.* [g] *Occidit.*
[h] *Elegisset ab ipso Nasica admittendum.*
[i] *Nolo habere judicem Mucium Scævolam, quia homo iniquus est.*
[j] *Cum edito levi murmure significassent qui aderant, non esse iniquum Scævolam, quippe qui ab omnibus sanctissimus haberetur.*
[k] *Hic elegantissimus est L. Crassi jocus.*

Mox, *qui cum ageretur in senatu* Lamb. Deinde, pro *Lucilius,* quod servant edd. vett. *Lucullus* edidit Pearc. e codd. Cant. Wag. Harl. 1. et Mag. et sic etiam Junt. Crat. Streb. et Melanthon. *Lucillus* unus codex ap. Orell. Paulo post, *lucillum* ψ.—9 *Ejuro* bis vet. ap. Steph. Lamb.—10 *At hoc vero Crassi* conj. Scheller. prob. Mull. *Hoc vero Crassi* Lamb. Mox, *qui cum*

NOTÆ

Pulcher quæstor provinciæ fuit A. U. C. 638. ante Chr. 116. major est appellatus, ut discerneretur ab Appio Claudio juniore, qui pater fuit Clodii illius Ciceronis inimici.

[x] *Lege Thoria*] Sp. Thorius Balbus tribunus plebis A. U. C. 647. ante Chr. 107. legem agrariam tulit, qua sancitum, ut refert Appianus Bell. Civ. l. I. ne deinceps agri dividerentur, sed possessoribus in iis relictis, vectigalia pro iis penderentur. Apud Appianum depravate legitur *Borius* pro *Thorius.*

[y] *Lucilius*] Ex veteri codice Pighius ad A. U. C. 638. corrigendum putat *Lucullas,* L. Luculli, qui Mithridatem vicit, pater, quem avaritia, luxu, aliisque vitiis infamem fuisse scribit Plutarchus in Lucullo.

[z] *Verum omnibus*] Notabat Nasica intempestivam Scævolæ lenitatem, qua cum excipere mitius vellet Gracchum, toti reip. iniquus erat. Tib. Gracchus corrupta largitionibus plebe perniciem senatui moliebatur. Mucius consul, cunctis censentibus ut armis rempublicam tueretur, negavit se quicquam vi acturum. Tum Scipio Nasica, 'Quoniam,' inquit, 'consul, dum juris ordinem sequitur, id agit ut cum omnibus legibus Romanum imperium corruat; egomet privatus voluntati vestræ me ducem offero.' Animatis hac voce bonis civibus Gracchum oppressit A. U. C. 621. ante Chr. 133. Val. Max. III. 2.

læsisset testis Silus Pisonem, quod se in eum audisse dixisset:[l] 'Potest fieri,' inquit,[m] 'Sile, ut is, unde[n] te audisse dicis, iratus dixerit.' Annuit Silus. 'Potest etiam, ut tu[11] non recte intellexeris.' Id quoque toto capite annuit, ut se Crasso daret.[o] 'Potest etiam fieri,' inquit, 'ut omnino, quod te audisse dicis, nunquam audieris.' Hoc ita præter expectationem accidit, ut testem[12] omnium risus obrueret. Hujus generis est plenus Nævius,[13] et jocus est familiaris, 'Sapiens si algebis, tremes:'[a] et alia permulta. LXXI. 286. Sæpe etiam facete concedas adversario idipsum, quod tibi ille detrahit: ut C. Lælius, cum ei quidam malo[1] genere natus diceret, indignum esse suis majoribus, 'At hercule,' inquit, 'tu tuis dignus.' Sæpe etiam sententiose ridicula dicuntur: ut M. Cincius, quo die[2] legem de donis[b] et muneribus tulit, cum C. Cento prodiisset,[p] et satis contumeliose, 'Quid fers,[q] Cinciole?'[c] quæsisset: 'Ut emas,'[d] inquit, 'Cai, si uti velis.' 287. Sæpe etiam

[l] *Quod dixisset se audivisse aliquid, unde Piso, quem Crassus defendebat, damnaretur.*
[m] *Crassus.* [n] *A quo.* [o] *Ut gratum faceret Crasso.*
[p] *Ascendisset in concionem.* [q] *Quæ est ista tua lex?*

Lamb. Deinde, *eum adixe* ψ.—11 Idem codex, *ut tu etiam;* et mox, *id quanquam toto, &c.*—12 Idem codex, *ut testes.*—13 Ita Erl. 1. Junt. et Lamb. *Novius* ψ, et Schutz. Mox, codd. Palatt. plerique et ψ, *est locus, est familiaris;* unus codex ap. Orell. *est jocus, est familiaris;* codex Turnebi, *est jocus, est familia;* Lamb. *est locus, est familia,* ut ipsius Næviani versiculi pars sit. 'At qui hoc probat, legat, *Est focus, est familia.* Vulgata tamen optimum sensum præbet.' *Orell.*

CAP. LXXI. 1 Cod. ψ *de malo.*—2 Idem codex, et Guelf. 2. 3. *quod ei.*

NOTÆ

[a] *Si algebis, tremes*] Quamvis honesto sis loco natus et illustri familia, quamvis sapientia et virtute præditus fueris, si egeas, non invenies paupertati remedium, non habebis unde propulses frigus; sed si frigere cœperis, tremes porro et frigore enecaberis. Pertinet huc illud Juvenalis Sat. I. 'Probitas laudatur et alget.'

[b] *Legem de donis*] A. U. C. 550. ante Chr. 204. M. Cincius Alimentus tribunus plebis legem de donis tulit, qua cavebatur, ne quis ob causam orandam donum munusve caperet. Suasit hanc legem Q. Fabius Maximus Verrucosus. Liv. l. XXXIV.

[c] *Cinciole*] Cincium voce diminuta per contemtum vocat Cinciolum.

[d] *Ut emas*] Sententiose dixit, emendum illi qui rebus alienis uti nolit.

salse, quæ fieri non possunt, optantur: ut M. Lepidus, cum, ceteris in campo[3] exercentibus,[r] in herba ipse recubuisset, 'Vellem hoc esset,' inquit, 'laborare.' Salsum est etiam, quærentibus et quasi percunctantibus lente respondere, quod nollent;[4] ut censor Lepidus,[e] cum M. Antistio Pyrgensi[f] equum ademisset,[s] amicique cum vociferarentur, et quærerent,[t] quid ille patri suo responderet, cur ademtum sibi equum diceret, cum optimus colonus,[u] parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset: 'Me istorum,' inquit, 'nihil credere.'[v] 288. Colliguntur a Græcis alia nonnulla, execrationes,[g] admirationes, minationes. Sed hæc ipsa[5] nimis mihi videor multa in genera descripsisse: nam illa, quæ verbi ratione et vi continentur, certa fere ac definita sunt: quæ plerumque, ut ante dixi, laudari magis, quam rideri solent. 289. Hæc autem, quæ sunt in re, et in ipsa sententia, partibus sunt innumerabilia, generibus pauca. Expectationibus enim decipiendis, et naturis aliorum irri-

[r] *In campo Martio corpus exercentibus.*
[s] *Ex equitum numero quibus e publico dabatur equus, expunxisset.*
[t] *A censore Lepido.* [u] *Cum vulgo haberetur optimus colonus, &c.*
[v] *Respondeat Antistius patri suo, inquit censor, me istorum nihil credere.*

Mox, pro *tulit*, Guelf. 2. *retulit*.—3 Harl. 1. ψ, et Lamb. *se in campo*.—4 Ita Erl. 1. Ald. Junt. Lamb. *quod nolent* editio princ. *quod nolint* e conjectura Ernestii, Mull. et Harles. Mox, *amici cum* ψ: *cum* delerunt Lamb. et Schutz. probante Harles. uncis inclusit Wetzel.—5 *Sed et hæc ipsa* Steph. et Lamb. Actutum, *nimis* deest in Guelf. 1. et ed. Schutz. probante Heusinger. uncis

NOTÆ

[e] *Censor Lepidus*] Censura functus est M. Æmilius Lepidus A. U. C. 575. ante Chr. 179.

[f] *Pyrgensi*] Pyrgi, quam Romanam coloniam facit Livius, Tusciæ urbs est, quam conjicit Albertus nunc dici *S. Marinello*.

[g] *Execrationes*] Execrationes, ut, 'Abi quo lubet: Jupiter te Diique perdant!' Plautus in Aulul. Admirationes, ut, 'Jupiter supreme, servas me, measque auges opes: Maximas opimitates opiparasque offers mihi; Laudem, lucrum, ludum, jocum, festivitatem, ferias, Pompam, penum, potationes, saturitatem, gaudium.' Plautus in Capt. IV. 1. Minationes, quarum lepidum exemplum ejusdem comœdiæ scena consequente Plautus idem subministrat, 'Meus est balista pugnus, cubitus catapulta est mihi, Humerus aries: tum genu ad quemque jecero, ad terram dabo. Dentilegos omnes mortales faciam, quemque offendero.' Hæc et similia quæ in mimis plurima occurrunt, cum de levissimis plerumque fiant causis, risu excipiuntur.

dendis, ipsorum ridicule[6] indicandis, et similitudine turpioris, et dissimulatione, et subabsurda dicendo, et stulta reprehendendo, risus moventur. Itaque imbuendus est is,[w][7] qui jocose vult dicere, quasi natura quadam, apta ad hæc genera, et moribus, ut ad cujusque modi genus ridiculi vultus[8] etiam accommodetur: qui quidem quo severior est, et tristior, ut in te, Crasse, hoc illa, quæ[9] dicuntur, salsiora videri solent.

290. Sed jam tu, Antoni, qui hoc[10] deversorio sermonis[h] mei libenter acquieturum te esse dixisti, tanquam in Pomtinum[i] deverteris,[11] neque amœnum, neque salubrem locum, censeo ut satis diu te putes requiesse, et iter reliquum conficere pergas. Ego vero, atque hilare quidem a te acceptus, inquit, et cum doctior per te, tum etiam audacior factus sum ad jocandum.[12] Non enim vereor, ne quis me in isto genere leviorem jam putet,[x] quoniam quidem tu Fabricios mihi auctores, et Africanos, Maximos, Catones, Lepidos protulisti. 291. Sed habetis ea, quæ voluistis[13]

[w] *Conformare suam naturam debet, moresque ad hæc genera ridiculorum apte exprimenda.*

[x] *Ne quis hoc genus jocandi a mea gravitate putet alienum.*

inclusit Harles.—6 Verba, *irridendis, ipsorum ridicule* desunt in Guelf. 1. Mox, *similitudine turpiore* Guelf. 1. 2.—7 Ita codd. etiam Erl. 1. et edd. vett. *induendus est is* conj. Schutz. Mox, idem Schutz. suspic. *quasi persona, natura.*—8 Cod. ψ, *vultu.*—9 Ita vet. ap. Steph. Man. Grut. *illa quoque, quæ* Junt. Crat. Steph. Lamb. *hæc illa quæ* ψ.—10 Schutz. et Harles. *qui in hoc;* Erl. 1. et ψ *quid hoc.* Mox, pro *mei*, quod habent Venet. Mediol. Manut. et recentt. *tui* legitur in ψ, Guelf. 1. 2. W. Streb. Junt. Lamb. Grut.—11 Purgold. conj. *cum tanquam in P. deverteris*, improbante Schutz. *in pontinum dev.* Erl. 1. *in pompeianum dev.* ψ. Mox, Guelf. 1. *neque ad modum, neque ad salubrem.* Deinde, *requievisse* Lamb.—12 Erl. 1. *cum doctior factus jam ad jocan-*

NOTÆ

[h] *Hoc deversorio sermonis*] Qua sermonem absolverat Antonius metaphora § 234. ‘ defessus jam labore atque itinere disputationis requiescam in Cæsaris sermone quasi in aliquo peropportuno deversorio,’ eadem desinit hic Cæsar, ac vereri se dicit, ne sit inamœnum hoc sermonis sui deversorium, sed potius simile Pomtinarum paludum injucundarum ac minime salubrium. Ceterum quod in plerisque edd. *sermonis tui* legitur, mendum non dubitamus, ut ex citatis mox Antonii verbis videre est.

[i] *Pomtinum*] In Volscorum finibus sunt Pomtinæ paludes Campaniam versus. Hodie dicuntur *Aufente palude.* Est et Pomtinus ager.

ex me audire, de quibus quidem accuratius dicendum et cogitandum fuit: nam cetera faciliora sunt, atque ex iis, quæ jam dicta sunt,[14] reliqua nascuntur omnia. LXXII. Ego enim cum ad causam sum aggressus,[1] atque omnia cogitando, quoad facere potui, persecutus; cum et argumenta causæ, et eos locos, quibus animi judicum conciliantur, et illos, quibus permoventur, vidi atque cognovi: tum constituo, quid habeat quæque causa boni, quid mali. Nulla enim fere res potest[2] in dicendi disceptationem aut controversiam vocari, quæ non habeat utrumque: sed, quantum habeat,[3] id refert. 292. Mea autem ratio in dicendo hæc esse solet, ut, boni quod habeat, id amplectar, exornem, exaggerem; ibi commorer, ibi habitem, ibi hæream: a malo autem vitioque causæ[4] ita recedam, non ut id me defugere[5] appareat, sed ut totum, bono illo ornando et augendo dissimulatum, obruatur.[6] [*p.* 136.] Et, si causa est in argumentis;[y] firmissima quæque[j] maxime tueor, sive plura sunt, sive aliquod[7] unum: sin autem in conciliatione,[k] aut in permotione[l] causa est; ad eam me potissimum partem, quæ maxime commovere[8] animos hominum

[y] *Si causa magis evinci potest argumentis, quam permovendis animis.*

dum.—13 Guelf. 1. *vultis;* Erl. 1. *voltis.*—14 Guelf. 1. *atque ex his, quæ dicta sunt;* Erl. 1. *atque ex iis, quæ dicta sunt.*

CAP. LXXII. 1 Erl. 1. *quam ad causam adgressus.* Mox, *ad eos locos* ψ. Deinde, *animi j. concitantur* Guelf. 1. et Erl. 1.—2 Erl. 1. *fere potest res.*—3 Hæc, *utrumque: sed, quantum habeat,* desunt in Erl. 1. Paulo post, idem codex habet, *ratio hæc esse in dicendo solet, ut boni quod habeam.* ψ, pro *ratio,* habet *oratio.*—4 Guelf. 1. *a malo autem vitioque omnino.*—5 Ernesti conj. *refugere.*—6 Ita Junt. Man. Grut. *ante obruatur* duo codd. ap. Schutz. Regii ap. Le Clerc. item Steph. Lamb. et Orell. Pro *dissimulatum,* quod Ernestio suspectum est, *dissimulatim* conj. Gulielm.—7 Cod. ψ *sive aliquando.*—8 Erl.

NOTÆ

[j] *Firmissima quæque*] Id observari potest in oratione pro Roscio Amerino, parricidii reo, qua oratione validissimis argumentis tantum crimen abs Roscio amolitur.

[k] *In conciliatione*] Ad obtinendam Ligarii causam reo conciliandus erat Cæsar; hoc ita mirifice præstitit Cicero, ut scriptam in Ligarium sententiam de manibus Cæsaris dicendi vi ac suavitate extorserit orator.

[l] *In permotione*] In quo genere præcipua pars orationis pro Milone versatur. Quam eloquenter maxime in peroratione commovet judicum animos!

potest, confero. 293. Summa denique hujus generis hæc est, ut, si in refellendo adversario[m] firmior esse[9] oratio, quam in confirmandis nostris rebus, potest, omnia in illum conferam tela;[z] sin nostra facilius probari,[n] quam illa redargui possunt, abducere animos a contraria defensione, et ad nostram conor traducere.[10] 294. Duo[11] denique illa, quæ facillima videntur, quoniam quæ difficiliora sunt, non possum,[a 12] mihi pro meo jure sumo: unum, ut molesto aut difficili argumento aut loco nonnunquam omnino nihil respondeam; quod forsitan aliquis jure irriserit:[13] quis enim est, qui id facere non possit? sed tamen ego de mea nunc, non de aliorum facultate[14] disputo, confiteorque me, si quæ[15] premat res vehementius, ita cedere solere, ut non modo non abjecto, sed ne rejecto[b] quidem scuto fugere videar; sed adhibere quandam in dicendo[16] speciem atque pompam, et pugnæ similem fugam; consistere vero in meo præsidio[c] sic, ut non fugiendi hostis, sed capiendi loci causa[d] cessisse[17] videar. 295. Alterum est illud, quod ego oratori maxime[18] cavendum, et providendum puto, quodque me solicitare summe solet; non tam ut prosim causis, elaborare soleo, quam ut ne quid obsim: non quin[19] eni-

[z] *Vim omnem orationis ac robur ad refellendum adversarium adhibeam.*
[a] *Perficere.* [b] *In latus aut tergum reducto.*
[c] *In loco tuto atque firmo.* [d] *Occupandi loci tutioris.*

1. *movere.*—9 Cod. ψ *firmior esset.* Mox, *tela conferam. Si nostra* Guelf. 1. *Si* etiam ψ; *tela conferam: sin: nostra probari facilius* Erl. 1.—10 Lamb. et Pearc. *coner traducere;* Erl. 1. *conor deducere.*—11 *Duo* deest in ψ.—12 Idem codex, *non possunt.*—13 Erl. 1. *senserit.* Dein *id* post *qui* in eodem omittitur. —14 Cod. ψ *difficultate.*—15 Lamb. ψ, et Harles. *si qua.* Mox, *ita concedere* Junt. et Crat.—16 Schutz. conj. *et a. q. in cedendo.*—17 Erl. 1. *vero meo p. sic non ... accessisse.*—18 Erl. 1. et Lamb. *maxime oratori.*—19 Erl. 1. *sim, non*

NOTÆ

[m] *Si in refellendo adversario*] Ita Tullius in Miloniana probat struxisse potius insidias Clodium Miloni, quam Milonem Clodio. In Ligariana in Tuberonem accusatorem ejusdem aut etiam gravioris culpæ invidiam derivat, cujus reum peragebat Ligarium.

[n] *Sin nostra facilius probari*] Clodianorum argumenta non poterat facile dissolvere Tullius Milonis patronus: ab iis auditoris animum avocat; et in his potissimum duobus immoratur, in rep. semper licuisse pestiferum civem de medio tollere, et Clodium insidias Miloni fecisse.

tendum sit in utroque; sed tamen multo est turpius oratori, nocuisse videri causæ, quam non profuisse. LXXIII. Sed quid hoc loco vos inter vos,[e] Catule? an hæc, ut sunt contemnenda,[1] contemnitis? Minime, inquit ille: sed Cæsar de isto ipso quiddam velle dicere videbatur.[f] Me vero lubente, inquit Antonius, dixerit, sive refellendi[2] causa, sive quærendi. 296. Tum Julius, Ego mehercule, inquit, Antoni, semper is fui, qui de te, oratore, sic prædicarem, unum te in dicendo mihi videri tectissimum,[g 3] propriumque hoc esse laudis tuæ, nihil a te unquam esse dictum, quod obesset ei, pro quo diceres. Idque memoria teneo, cum mihi sermo cum hoc ipso[4] Crasso, multis audientibus, esset de te institutus, Crassusque plurimis verbis eloquentiam laudaret tuam, dixisse me, cum ceteris tuis laudibus hanc esse vel maximam, quod non solum, quod opus esset, diceres, sed etiam, quod non opus esset,[o] non diceres: 297. tum illum mihi[5] respondere memini: cetera in te summe esse laudanda; illud vero improbi esse hominis et perfidiosi, dicere quod alienum esset, et noceret ei,[h] pro quo quisque[6] diceret: quare non sibi eum disertum, qui id non faceret,[i] videri, sed improbum, qui faceret.[j] Nunc, si tibi videtur, Antoni, demonstres velim, quare tu hoc ita magnum putes, nihil in causa mali facere, ut nihil tibi in oratore majus

[e] *Sed quid hic clam mussitatis?*
[f] *De ista tua, quam observas, dicendi ratione.*
[g] *Ab omni parte tutum contra hostium tela.*
[h] *Quod non prodesset, vel etiam obesset.* [i] *Qui non noceret causæ.*
[j] *Qui noceret ei, cujus causam suscepisset defendendam.*

quod. Mox, *turpius est* Lamb.

CAP. LXXIII. 1 Erl. 1. *ut sint contemnenda.* Mox, ψ *quidam velle.*—2 Idem codex *refelli.*—3 Ita codd. Bodl. Bal. Nov. et Norf. a m. sec. item edd. Junt. Lamb. Man. Ascens. R. Steph. Pearc. et recentt. *rectissimum* Guelf. 2. Grut. *lectissimum* Guelf. 1. 3. et edd. antiquiss. Mox, *unquam* deest in ψ.—4 Erl. 1. *quod mihi sermo cum hoc,* omisso *ipso,* quod deest etiam in Guelf. 1. *de te* mox omittit Erl. 1.—5 Lamb. *mihi illum.* Actutum, *respondisse* ed. s. l. et a.—6 Codd. Nov. Bod. Guelf. 2. 3. Regii ap. Le Clerc. et Lamb. *pro quo quis.* Mox, Guelf. 3. *qui id faceret.*

NOTÆ

[o] *Quod non opus esset*] Vulgaris in speciem, at revera magna laus. 'Dicenda tacendaque calles.' Pers. Sat. IV.

esse videatur. LXXIV. 298. Dicam equidem, Cæsar, inquit, quid intelligam:[1] sed et tu, et vos omnes hoc, inquit, mementote, non me de perfecti oratoris divinitate quadam[k] loqui, sed de exercitationis et consuetudinis meæ mediocritate. Crassi quidem responsum, excellentis cujusdam est ingenii ac singularis; cui quiddam[2] portenti[l] simile esse visum est, posse aliquem inveniri oratorem, qui aliquid mali faceret dicendo, obessetque ei, quem defenderet: 299. facit enim de se conjecturam;[m] cujus tanta vis[3] ingenii est, ut neminem, nisi consulto, putet, quod contra se ipsum sit, dicere: (sed ego non de præstanti quadam et eximia, sed prope de vulgari et communi prudentia disputo:) ut apud Græcos[4] fertur incredibili quadam magnitudine consilii atque ingenii Atheniensis ille fuisse Themistocles;[p] ad quem quidam doctus homo atque in primis eruditus, accessisse dicitur, eique artem memoriæ, quæ tum primum[5] proferebatur,[n] pollicitus esse, se traditurum: cum ille quæsisset, quidnam illa ars efficere posset, dixisse illum doctorem, ut omnia meminisset; et ei Themistoclem respondisse, gratius sibi illum esse facturum, si se oblivisci, quæ vellet, quam si meminisse,[6] docuisset. 300. Videsne, quæ vis in homine acerrimi ingenii, quam potens et quanta mens fuerit? qui ita responderit, ut intelligere possemus,[7] nihil ex illius animo, quod semel esset infusum, unquam effluere

[k] *Perfecta et absoluta dicendi facultate.* [l] *Monstri.*
[m] *Alios de se existimat.* [n] *Quæ tum primum inventa erat.*

CAP. LXXIV. 1 Vet. ap. Steph. et Lamb. omittunt *quid intelligam.* Erl. 1. omittit *quid intelligam sed.* Idem codex mox habet *vos hoc omnes:* et paulo post *de* ante *perfecti* omittit.—2 Ita Ald. Junt. Lamb. Schutz. *cui quod* duo codd. ap. Steph. *cui quidem* Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3. Cant. Mead. Wag. Harl. 1. 2. Norf. omnes Oxon. item Venet. Manut. Mull. Orell.—3 Guelf. *cui tanta vis.*—4 Joan. Cant. Wag. Harl. 1. Pearc. *disputo. Apud Græcos;* Erl. 1. et Schutz. *disputo: ita apud Græcos.* Guelf. 1. habet, *et communi lingua disputata, &c.*—5 Guelf. 1. 2. *quæ tunc primum.* Mox, *pollicitum esse* Erl. 1. Junt. Crat. Grut. 'Lambinus volebat, non tamen edidit, *dixisse ille doctor ... Themistocles respondisse;* sine causa. Vid. Ochsneri Eclog. Cic. p. 322.' *Orell.* Mox, *se* ante *traditurum* deest in Guelf. 1. *et ei* omittuntur in Erl. 1. *et* deest in Guelf. 1. *sibi ullum esse* Erl. 1.—6 Lamb. *se meminisse.*—

NOTÆ

[p] *Themistocles*] De quo in lib. de Clar. Oratt.

potuisse; cum quidem ei fuerit optabilius, oblivisci posse potius,[8] quod meminisse nollet, quam quod semel audisset vidissetve, meminisse. Sed neque, propter hoc Themistocli[9] responsum, memoriæ nobis opera danda non est, neque illa mea cautio et timiditas in causis, propter præstantem prudentiam Crassi, negligenda est.[10] Uterque enim[11] istorum non mihi attulit aliquam, sed suam significavit facultatem.[o] 301. Etenim permulta sunt in causis, in omni parte orationis circumspicienda, ne quid offendas, ne quo irruas.[p] Sæpe aliquis testis aut non lædit, aut minus lædit, nisi lacessatur: orat reus, urgent[12] advocati, ut invehamur,[q] ut male dicamus, denique ut interrogemus: non moveor, non obtempero, non satisfacio, neque tamen ullam assequor laudem. Homines enim imperiti[13] facilius, quod stulte dixeris, reprehendere, quam, quod sapienter tacueris, laudare possunt. 302. Hic quantum fit[14] mali, si iratum, si non stultum, si non levem testem læseris![r] habet enim et voluntatem nocendi in iracundia, et vim in ingenio, et pondus in vita;[s] nec, si hoc Crassus non committit, ideo non multi, et sæpe committunt. Quo quidem mihi videri turpius nihil solet, quam cum ex oratoris dicto aliquo, aut responso, aut rogatu,[t][15] sermo ille sequitur, 'Occidit ille.'[u][16]

[o] *Nihil me juvant vel Themistocles cum sua memoria, vel Crassus cum prudentia sua.*

[p] *Ne titubes, ne temere dicas plus quam par esset.*

[q] *Ut testem lacessamus.*

[r] *Quantum porro nocet causæ orator, si testem ingeniosum, iratum, et gravem hominem offenderit!*

[s] *Testis iratus vult nocere, ingeniosus potest obesse, et si aliunde probus sit fidem facit.*

[t] *Interrogatione.* [u] *Evertit et perdidit.*

7 Censor Jenensis conj. *possimus.*—8 Lamb. *potius posse.* Idem Lamb. conj. vel legend. *optabile*, vel delendum *potius.*—9 *Themistoclis* Junt. Lamb. Mox, *nobis operanda non est* Erl. 1.—10 Idem codex *neglegenda est*; τὸ *est* omittit Schutz. non monito lectore.—11 *Uter enim* Erl. 1.—12 Idem codex *urguent.*—13 Guelf. 2. *non periti.*—14 *Hic q. sit* ed. 1584. et Grut. *Hic q. fit* Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3. codd. ap. Pearc. et edd. vett. Mox, *si iratum* desunt in Guelf. 2.—15 Ita margo Crat. ed. 1584. Grut. *rogato* Guelf. 2. 3. Junt. Crat. Camer. Victor. Lamb. etsi 'rogatum' substantive positum non agnoscit Forcellinus.—16 Guelf. 1. 2. 3. omittunt *ille*, probante Schutz. Mox *aiunt* ex glossa fluxisse suspicatur Schutz.

'Adversariumne?' 'Immo vero,' aiunt, 'se, et eum, quem defendit.' LXXV. 303. [*p.* 137.] Hoc Crassus non putat nisi perfidia accidere posse: ego autem sæpissime video in causis aliquid mali facere homines minime malos.[v] Quid? illud, quod supra dixi, solere me cedere, et, ut planius[1] dicam, fugere ea, quæ valde causam meam promerent?[w] cum id non faciunt alii, versanturque in hostium castris, ac sua præsidia dimittunt;[x 2] mediocriterne causis nocent, cum aut adversariorum adjumenta confirmant, aut ea, quæ sanare nequeunt, exulcerant?[y] 304. Quid? cum personarum, quas defendunt, rationem non habent? si, quæ sunt in his invidiosa, non mitigant extenuando, sed laudando et efferendo invidiosiora[3] faciunt; quantum in eo tandem mali? Quid? si in homines caros, judicibusque jucundos, sine ulla præmunitione orationis[4] acerbius et contumeliosius invehare; nonne abs te judices abalienes? 305. Quid? si, quæ vitia,[5] aut incommoda sunt in aliquo judice uno, aut pluribus, ea tu, in[6] adversariis exprobrando, non intelligas, te in judices invehi, mediocre peccatum est? Quid? si, cum pro altero dicas, litem tuam facias,[z] aut læsus efferare iracundia, causam relinquas, nihilne noceas? In quo ego, non quo[7] libenter male audiam, sed quia ego causam non libenter relinquo, nimium patiens et lentus existimor:[a] ut, cum te ipsum, Sulpici, objurgabam, quod ministrato-

[v] *Simplices et incautos.*

[w] *Dissimulare et eludere firmissima adversariorum argumenta.*

[x] *Exponunt validissimas adversariorum rationes, quas penitus refellere non valent, et præcipuum causæ suæ robur dimittunt.*

[y] *Ut imperiti chirurgi.* [z] *Te defendas omisso reo.*

[a] *In audiendis adversariorum conviciis credor nimium patiens, non quod maledicta libenter audiam, sed quia, ut me tuear, non libenter omitto ejus causam, cujus defensionem suscepi.*

CAP. LXXV. 1 Guelf. 1. *et planius.* Mox, *quæ etiam valde* Lamb.—2 Ernesti conj. *omittunt.* Mox, *in causis nocent* Guelf. 3. *nocent, aut cum adv.* Lamb. *aut* omittunt Guelf 1. 2. 3. Tum Guelf. 2. 3. *quæ sanari nequeunt.* —3 Guelf. 1. *invidiosiores.* Mox, *quantum est in eo* Erl. 1. edd. vett. Schutz. Harles. et Orell. *quantum in eo* primus Grut. non monito lectore; et sic etiam Mull.—4 Guelf. 2. omittit *orationis.* Mox, Erl. 1. *nonne a te.*—5 Idem codex *qua via.*—6 Ernesti *in* delendum judicat; sed antea deleverant Steph. et Lamb. uncis inclusit Orell.—7 Lamb. *non quod.* Mox, *quia causam* Guelf.

rem[8] peteres, non adversarium.[b] Ex quo etiam illud assequor, ut, si quis[9] mihi maledicat, petulans, aut plane insanus esse videatur. 306. In ipsis autem argumentis si quid posueris aut aperte falsum, aut ei, quod dixeris, dicturusve sis, contrarium, aut genere ipso remotum ab usu judiciorum ac foro, nihilne noceas? Quid multa? omnis cura mea solet in hoc versari semper, (dicam enim sæpius,) si possim, ut boni aliquid efficiam dicendo: sin id minus,[10] ut certe nequid mali.

LXXVI. 307. Itaque nunc illuc redeo, Catule, in quo tu me paulo ante laudabas, ad ordinem collocationemque rerum ac locorum. Cujus ratio est duplex: altera, quam affert natura causarum;[c] altera, quæ oratorum judicio et prudentia comparatur. Nam ut aliquid ante rem dicamus,[d] deinde, ut rem exponamus, post ut eam[1] probemus nostris præsidiis[e] confirmandis, contrariis refutandis, deinde ut concludamus, atque ita peroremus,[2] hoc dicendi genus[f] natura ipsa præscribit. 308. Ut vero statuamus, ea, quæ probandi,[3] docendi, persuadendi causa dicenda sunt, quemadmodum componamus;[g 4] id est vel maxime proprium oratoris prudentiæ.[q] Multa enim occurrunt argumen-

[b] *Quod aggredereris non adversarium, sed patronum adversarii.*
[c] *Cujus ordinis duplex modus est; alterum ipsæ causæ sua sponte suppeditant.*
[d] *Ut exordio utamur.* [e] *Rationibus.*
[f] *Hanc rerum collocationem.*
[g] *Ut vero videamus quemadmodum disponamus ea quæ proba di causa, &c.*

1. Steph. et Lamb. τὸ *ego* circumsepserunt Schutz. et Orell.—8 Steph. et al. ap. Le Clerc. *me oratorem.*—9 Guelf. 3. *ut si qui.* Mox, Guelf. 1. *ut plane insanus;* Guelf. 2. *aut sane insanus.*—10 Guelf. 1. 2. 3. *ut boni efficiam aliquid dicendo: si id minus.*

CAP. LXXVI. 1 Guelf. 1. *postea ut ea;* ψ *post eam,* omissa particula *ut.* —2 Guelf. 3. *atque ut ita peroremus.* Mox, *genus* deest in Erl. 1. Guelf. 1. et vet. ap. Steph. id uncis inclusit Orell. *generis* conj. Schutz.—3 Erl. 1. *deprobandi;* ψ *de probandi.* Actutum, Guelf. 1. *docendi causa,* omisso *persuadendi;* Erl. 1. *et docendi causa.*—4 Erl. 1. ap. Harles. *componatur;* idem

NOTÆ

[q] *Proprium oratoris prudentiæ*] 'Ut opera exstruentibus satis non est saxa atque materiam et cetera ædificanti utilia congerere, nisi disponendis iis collocandisque artificum manus adhibeatur; sic in dicendo quamlibet abundans rerum copia cumulum tantum habeat atque congestum; nisi illas easdem dispositio in ordinem digestas, atque inter se commissas de-

ta :[r] multa,[5] quæ in dicendo profutura videantur: sed eorum partim ita levia sunt, ut contemnenda sint; partim, etiam si quid habent adjumenti, sunt nonnunquam ejusmodi, ut insit in iis aliquid vitii: neque tanti sit illud,[h] quod prodesse videatur, ut cum aliquo malo conjungatur. 309. Quæ autem sunt utilia,[6] atque firma, si ea tamen (ut sæpe fit) valde multa sunt; ea, quæ ex iis aut levissima sunt, aut aliis gravioribus consimilia,[7] secerni arbitror oportere, atque ex oratione removeri. Equidem cum colligo argumenta causarum, non tam ea numerare soleo, quam expendere.[8] LXXVII. 310. Et quoniam (quod sæpe[1] jam dixi) tribus rebus omnes ad nostram sententiam perducimus, aut docendo, aut conciliando, aut permovendo, una ex omnibus his rebus res præ nobis[s] est ferenda,[i] [2] ut nihil

[h] *Adeo gravis momenti sit.* [i] *Palam est significanda.*

vero cod. ap. Ernesti *componantur;* Wald. *exponamus.*—5 Voc. *multa* deest in Mag. ap. Pearc. 'Sane commodius abfuerit, ut uno tenore legas, *multa enim o. a. quæ,' &c.* Schutz.—6 *Quæ autem utilia sunt* Erl. 1. et Guelf. 1. 'Melius forsan et suavius, opinor cum Schutzio.' *Harles.* Mox, *si tamen ea* Lamb.—7 Strebæo verba hæc depravata et mutanda videntur, *aut ex aliis, &c.*—8 Guelf. *quam comprehendere.*

CAP. LXXVII. 1 Erl. 1. *cum sæpe;* Lamb. et Steph. *ut sæpe.* Mox, Lamb. *rebus homines ad, &c.* Tum, *ut docendo* ψ.—2 Ita edd. vett. *una ex tribus rebus hic res semper nobis est ferenda* Guelf. 1. *una ex tribus his rebus præ nobis est ferenda* Guelf. 2. *una ex tribus his rebus res præ nobis est ferenda* Guelf. 3.

NOTÆ

vinxerit.' Quintil. l. VII. præf.

[r] *Multa enim occurrunt argumenta*] De usu ac dispositione argumentorum recte Quintil. v. 12. 'Firmissimis argumentorum, singulis instandum, infirmiora congreganda sunt: quia illa per se fortia non oportet circumstantibus obscurare, ut qualia sunt appareant: hæc imbecilla natura mutuo auxilio sustinentur. Itaque si non possunt valere, quia magna sunt; valebunt, quia multa sunt: quæ ad ejusdem rei probationem omnia spectant: ut si quis hæreditatis gratia hominem occidisse dicatur, Hæreditatem sperabas, et magnam hæreditatem, et pauper eras, et tum maxime a creditoribus appellabaris, et offenderas eum cujus hæres eras, et mutaturum tabulas sciebas. Singula levia sunt et communia; universa vero nocent, etiamsi non ut fulmine, tamen ut grandine.'

[s] *Res præ nobis*] Recte profitetur orator velle se auditores docere. 'Animadverti, judices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes . . . Itaque mihi certum est hanc eamdem distributionem invidiæ et criminum sic in defensione servare, ut omnes intelligant nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo.' Cic. pro Cluent. § 1. At nemo nisi inepte dixerit,

aliud, nisi docere velle videamur: reliquæ duæ, sicuti sanguis in corporibus, sic illæ in perpetuis orationibus fusæ esse debebunt. Nam et principia, et ceteræ partes orationis, de quibus paulo post pauca dicemus, habere hanc vim magnopere[3] debent, ut ad eorum mentes, apud quos agetur,[4] movendas permanare possint. 311. Sed his partibus orationis,[j] quæ etsi nihil docent argumentando, persuadendo tamen et commovendo proficiunt plurimum, quanquam maxime proprius est locus et in[5] exordiendo, et in perorando; degredi tamen[t] ab eo, quod proposueris atque agas, permovendorum animorum causa, sæpe utile est. 312. Itaque vel narratione exposita,[6] sæpe datur ad commovendos animos degrediendi locus; vel argumentis nostris confirmatis, vel contrariis refutatis, vel utroque loco, vel omnibus, si habet eam causa dignitatem atque copiam,[7] recte id

[j] *Exordio scilicet et peroratione.*

Paulo post, *sicut sanguis* Lamb.—3 Guelf. 1. et Orell. *magno opere.*—4 Erl. 1. et Lamb. *agitur.* Mox, Guelf. 1. *permanare possent;* Guelf. 3. *permanere possint;* Erl. 1. *permovere possint.*—5 Guelf. 1. *locus in,* omisso *et.* Mox, *digredi* Erl. 1. Tum, *quod prop. quodque agas* ψ.—6 Codd. ap. Verburg. Erl. 1. et Lamb. *vel re narrata atque exposita,* prob. Ernesti et Mull. dissentit tamen Wetzel.—7 Lamb. *eamque copiam;* Steph. *eam causam dignitatis atque tantum utilitatis, recte;* Lamb. *recte ut fieri possit;* Schutz. et Mull. *ut recte id fieri possit.* Ernesti conj. *ut id recte fieri possit.* 'Sed cur Ciceroni non licuerit, hac ipsa propositione subintellecta, membrum hoc conformare illi, *sæpe datur . . . digrediendi locus?* Cf. etiam Matthiæ Misc. Crit. 1. 4. p. 682.'

NOTÆ

Nunc mihi vestra severitas, judices, excitanda est, nunc mihi conciliandi sunt vestri animi.

[t] *Degredi tamen*] Ubi rem atrocem narraveris, aut argumentis confirmaveris, degredi et eam amplificare juverit. Exempla subministrat una Ciceronis oratio pro Roscio Amerino. Post narrationem degreditur: 'Quid primum querar? aut unde potissimum, judices, exordiar? aut quod, aut a quibus auxilium petam?' &c. Post refutationem iterum ad exaggerandum parricidarum supplicium divertit: 'O singularem sapientiam, judices! nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse, cui repente cœlum, solem, aquam, terramque ademerunt,' &c. Rursus ubi cædis crimen in adversarios probavit magis convenire, invehitur in Chrysogonum: 'Hicne etiam sese putat aliquid posse Chrysogonus? hic etiam potens esse vult? o rem miseram atque acerbam!' &c. Tandem in peroratione mirabiles animorum motus excitat. Ex Strebæo.

fieri potest: eæque causæ sunt ad agendum,[8] et ad ornandum gravissimæ atque plenissimæ, quæ plurimos exitus dant ad ejusmodi degressionem,[k] ut his locis uti liceat, quibus animorum[9] impetus eorum, qui audiant, aut impellantur, aut reflectantur. 313. Atque etiam in illo reprehendo eos, qui, quæ minime firma sunt, ea prima collocant.[u] In quo illos quoque errare arbitror, qui, si quando (id quod mihi nunquam placuit) plures adhibent[10] patronos, ut in quoque[11] eorum minimum putant esse, ita eum primum volunt dicere. Res enim hoc postulat, ut eorum expectationi, qui audiunt, quam celerrime occurratur:[l][12] cui si initio satisfactum non sit, multo plus sit in reliqua causa laborandum. Male enim se res[m] habet, quæ non statim, ut dici cœpta est, melior fieri videtur. 314. Ergo ut in oratore[13] optimus quisque, sic et in oratione, firmissimum quodque sit primum: dum illud tamen in utroque teneatur, ut ea, quæ excellant,[14] serventur etiam ad perorandum: si

[k] *Quæ subministrant plurimas occasiones degrediendi.*
[l] *Satisfiat.* [m] *Causa.*

Orell.—8 Ita Erl. 1. Junt. Crat. Man. Grut. *ad augendum* Mead. Lamb. R. Steph. Pearc. Schutz. et Orell. Mox, *et ornandum* Erl. 1. *et ad orandum* Guelf. 1.—9 Voc. *animorum* durum et glossam redolere videtur Ernestio, qui mox e cod. Erl. 1. *audiant*, more Ciceronis, rescripsit pro vulgato *audiunt*, quod habent Guelf. 1. 2. 3. aliique codd. item Junt. Lamb. Grut. Schutz. Wetzel. Harles. Mull. Orell. 'Ceterum etiam voc. *animorum* suspectum erat Ernestio sine causa.' *Orell.* Paulo ante, *ut iis locis* Man. Lamb. Orell. Mox, *interpellantur* Streb.—10 Guelf. 1. *et plures adhibent.*—11 Ita Manut. et recentt. *uti in quoque* Lamb. *uti quemque* duo codd. Regii, Junt. Crat. —12 Ita Manut. Grut. et recentt. *succurratur* Guelf. 1. Erl. 1. Junt. Crat. Lamb. Actutum, Guelf. 1. *cui si in initio.* Mox, *plus reliqua causa sit* Guelf. 3.—13 *Ergo uti oratorem* Mull. *Ergo ut in oratoribus* Schutz. Mox, *et* omittunt ed. s. l. et a. Steph. Lamb. uncis inclusit Orell. *etiam* conj. Mull. —14 Ita vulgo; *quæ æque excellant* Junt. Crat. Lamb. *que eque excellent* Guelf. 2. *que que excellent* Guelf. 3. *quæ excellunt* Guelf. 1. *quæ excellent*

NOTÆ

[u] *Ea prima collocant*] 'Quæsitum etiam,' inquit Fabius v. 12. 'potentissima argumenta primone ponenda sint loco, ut occupent animos; an summo, ut inde dimittant; an partita primo summoque, ut Homerica dispositione,' Iliados IV. ubi imbecillioores Nestor in medio collocat, 'in medio sint infirma; an a minimis crescant. Quæ prout ratio causæ cujusque postulabit, ordinabuntur, uno, ut ego censeo, excepto, ne a potentissimis ad levissima decrescat oratio.'

quæ erunt mediocria (nam vitiosis nusquam esse oportet locum) in mediam turbam, atque in gregem conjiciantur.[15] 315. Hisce omnibus rebus consideratis, tum denique id, quod primum est dicendum, postremum soleo cogitare,[v] quo utar exordio: nam si quando id primum invenire volui,[n] nullum mihi occurrit, nisi aut exile, aut nugatorium, aut vulgare, atque commune.[16]

LXXVIII. Principia autem dicendi semper cum accurata, et acuta,[w] et instructa sententiis, apta verbis, tum vero causarum propria esse debent. [*p.* 138.] Prima est enim quasi cognitio et commendatio orationis in principio, quæ continuo[1] eum, qui audit, permulcere atque allicere debet. 316. In quo admirari[2] soleo, non equidem istos, qui nullam huic rei operam dederunt, sed hominem inprimis disertum atque eruditum, Philippum, qui ita solet ad dicendum surgere,[3] ut, quod primum verbum habiturus sit, nesciat; et ait idem, cum brachium concalefecerit,[4] tum se solere pugnare: neque attendit, eos ipsos, unde hoc simile ducat,

[n] *Si quando cogitavi ante ceteras partes exordium elaborare.*

Erl. 1. Schutz. Orell. Mox, *si qua erunt* Erl. 1. et Lamb. Tum, *nusquam esse locum* Guelf. 1. *nusquam esse locum oportet* Guelf. 3. Post *locum* in Erl. 1. insertum est *atque.*—15 Guelf. 1. et Erl. 1. *conjiciuntur;* Guelf. 2. *coicentur;* Guelf. 3. *coicientur.*—16 Guelf. 2. Schutz. et Harles. *vulgare, aut commune.*

CAP. LXXVIII. 1 Erl. 1. *quæque continuo.*—2 Ita Man. Steph. Grut. *In quo demirari* Lamb. *In quo mirari* Junt. Crat. *In qua mirari* Guelf. 2. 3. *In qua admirari* Erl. 1. Mox, *non quidem* Steph. et Lamb.—3 Guelf. 1. et Lamb. *surgere ad dicendum.*—4 Erl. 1. *Bacchum cum calefecerit.* Paulo post,

NOTÆ

[v] *Postremum soleo cogitare*] Ab Antonii sententia discrepat Quintil. III. 9. Etsi enim antequam quicquam scribatur, totum causæ genus, quid prosit, quid noceat, accurate velit expendi; 'non ideo tamen,' inquit, 'eos probaverim qui scribendum quoque proœmium novissime putant. Nam ut conferri materiam omnem oportet, et quid quoque loco sit opus, constare debet antequam dicere aut scribere ordiamur, ita incipiendum ab iis quæ prima sunt. Nam nec pingere quisquam aut fingere cœpit a pedibus; nec denique ars ulla consummatur ibi, unde ordiendum est.'

[w] *Accurata, et acuta*] Hæc ita debent observari, ut ars maxime lateat; quam si adverterit auditor, jam tum ab exordio sese præmunit adversus oratorem, a quo fucum pati veretur.

illas primas[5] hastas ita jactare leniter, ut et venustati vel maxime serviant, et reliquis viribus suis consulant.[o] 317. Neque est[6] dubium, quin exordium dicendi vehemens et pugnax non sæpe esse debeat: sed si in ipso illo gladiatorio vitæ certamine, quo ferro[7] decernitur, tamen ante congressum multa fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem[p] valere videantur; quanto hoc magis in oratione expectandum,[8] in qua non vis potius, sed delectatio postulatur? Nihil est denique in natura rerum omnium, quod se universum profundat, et quod totum repente evolet:[9] sic omnia, quæ fiunt, quæque aguntur acerrime, lenioribus principiis[x] natura ipsa prætexuit.[q] 318. Hæc[r] autem in dicendo non extrinsecus alicunde[10] quærenda, sed ex ipsis visceribus causæ sumenda sunt: idcirco tota causa pertentata atque perspecta,[s] locis omnibus inventis, atque instructis, considerandum est, quo principio sit utendum: sic et facile reperietur.[11] 319. Sumentur[12] enim ex iis rebus, quæ erunt

[o] *Ne vires temere velut effundant in ipsa velitatione, sed eas pugnæ reservent.*
[p] *Venustutem quandam et pompam.*
[q] *Lente ac molliter inchoavit.*
[r] *Principia orationis.*
[s] *Prius meditata et considerata.*

simile suspectum Ernestio. Guelf. 1. *simile dicat.*—5 Unus cod. ap. Orell. *primas illas.* Mox, *et in reliquum* al. ibid. *reliquis viribus suis* delet Lamb. —6 *Nec est* Erl. 1.—7 Ita Erl. 1. Manut. Lamb. *quod ferro* Mag. Norf. Guelf. 2. 3. Victor. Ascens. Junt. Crat. Pearc. Schutz. Orell.—8 Guelf. 1. 2. Junt. Lamb. Man. *exspectandum est;* codd. aliquot ap. Orell. et ed. s. l. et a. *spectandum est;* Schutz. et Orell. *spectandum est.* Mox, *non vis potius, sed del.* codd. plerique, Junt. Crat. Man. Grut. Mull. *non vis, potius del.* Schutz. e conjectura Heusingeri; *non vis, sed potius del.* Sterke Act. Acad. Traj. tom. 1. p. 177. et sic conj. Mull.—9 Erl. 1. et al. *evolvat;* Palat. 2. *revolvat;* Pith. *evulvat;* Guelf. 1. *volvat.*—10 Ita codd. aliquot ap. Orell. Ald. Junt. Lamb. Grut. et recentt. *aliunde* Joan. Nov. Cant. Guelf. 1. 2. 3. Venet. Mediol. Pearc.—11 Schutz. et Orell. *reperientur;* Man. *sic enim facile reperietur.*—12 *Sumetur* Erl. 1. et Guelf. 1. 2. 3. Mox, *quæ sunt uber.* Steph.

NOTÆ

[x] *Lenioribus principiis*] Violentissima quæque minime subito impetu erumpunt, sed ab initiis plerumque tenuioribus; ex scintilla magnum incendium excitatur. Vapores sursum attolluntur a sole, concrescunt in nubeculas, coguntur nubes, accenduntur, colliduntur, en tonitru! ardor emicat, en fulgur! prorumpit ignis et obvia quæque disjicit, en fulmen! Ferocissimis belluis nascentibus nihil mitius, paulatim immanitate efferantur, &c.

uberrimæ vel in argumentis, vel in iis partibus, ad quas dixi degredi sæpe oportere. Ita[13] et momenti aliquid afferent, cum erunt pæne ex intima defensione depromta, et apparebit ea non modo non esse communia,[14] nec in alias causas posse transferri, sed penitus ex ea causa, quæ tum agatur, effloruisse.[t][15] LXXIX. 320. Omne autem principium aut rei totius, quæ agetur,[1] significationem habere debebit,[u] aut aditum ad causam et munitionem,[2] aut quoddam ornamentum et dignitatem. Sed oportet, ut ædibus ac templis[y][3] vestibula et aditus, sic causis principia proportione rerum[v] præponere. Itaque in parvis atque infrequentibus[4] causis ab ipsa re est exordiri sæpe commodius. 321. Sed cum erit utendum principio (quod plerumque erit) aut ex reo, aut ex adversario, aut ex re, aut ex eis, apud quos agitur, sententias duci licebit.[5] Ex reo,[z] (reos appello, quorum res est,[w]) quæ[x] significent virum bonum,[6] quæ libe-

[t] *Cum dignitate ortas esse.*
[u] *Id totum ob oculos breviter ponere, de quo dicendum est.*
[v] *Pro rerum magnitudine aut tenuitate.*
[w] *Quorum agitur causa, sive defendantur sive accusentur.*
[x] *Sententiæ duci debent.*

Tum, *velut in argum.* Erl. 1.—13 Steph. et Lamb. *itaque.*—14 Ita Man. Lamb. et sic conj. Ernesti; *depromtæ et a. eas n. m. n. esse communes* codd. ap. Orell. Junt. Crat.—15 Ita Junt. Lamb. Orell. *defluxisse* ed. s. l. et a. margo Crat. Man. *emanasse* Steph. *sed petitur ex ea causa queritur et flevisse* Erl. 1.

CAP. LXXIX. 1 Ita Erl. 1. et vulgg. *de qua agetur* Cant. Wag. Pearc. —2 Norf. Victor. Schutz. et Orell. *et communitionem;* R. Steph. et Lamb. *aut communitionem;* Junt. *et communicationem;* Mag. *et commutationem;* Cant. et Wag. *et ad commutationem;* Erl. *ad commutationem;* Guelf. 1. *aditum ad cam et commutationem.* Mox, *ad dignitatem* conj. Ernesti.—3 Guelf. 1. *atque templis.* Mox, *pro portione* Junt. Crat. Lamb. Mull. Orell. et Drakenb. ad Liv. VII. 1.—4 Sic Manut. Grut. et recentt. *atque in frequentibus* Victor. Lamb. Schutz. *atque frequentibus* Junt. Crat. Mox, *re exordiri sæpe est commodius* Lamb.—5 Ita vet. ap. Steph. margo Crat. Manut. Lamb. et recentt. *duci decebit* Guelf. 2. Junt. Crat. Camer. Steph. *duci debebit* Guelf. 3. *dici licebit* Erl. 1.—6 Erl. 1. *bonum virum.* Idem codex paulo post, *ex adversari-*

NOTÆ

[y] *Ut ædibus ac templis*] Quemadmodum palatiis ac templis vestibula quæ eorum magnificentiæ respondeant, plebeiis autem ædibus nulla præponuntur; ita in causis gravioribus operæ pretium est adhibere exordia, quæ in parvis sunt omittenda.

[z] *Ex reo*] Horum omnium exordiorum exempla e veteribus cum historicis, tum oratoribus depromta attulimus in notis ad l. I. Heren. § 6. 8. et 10. et l. I. de Invent. § 23.

ralem, quæ calamitosum, quæ misericordia dignum, quæ valeant contra falsam criminationem: ex adversario, iisdem ex locis fere contraria. 322. Ex re, si crudelis, si infanda,[7] si præter opinionem, si immerito, si misera, si ingrata, si indigna, si nova, si quæ restitui sanarique non possit: ex iis autem, apud quos agetur, ut benivolos beneque existimantes efficiamus; quod agendo efficitur[8] melius, quam rogando.[y] Est id[9] quidem in totam orationem confundendum, nec minime in extremam:[z] sed tamen multa principia ex eo genere gignuntur.[10] 323. Nam et attentum[11] monent Græci ut principio faciamus judicem, et docilem; quæ sunt utilia; sed non principii[a] magis propria, quam reliquarum partium: faciliora etiam in principiis, quod et attenti[12] tum maxime sunt, cum omnia expectant, et dociles magis initiis esse possunt. Illustriora enim sunt, quæ in principiis, quam quæ in mediis causis dicuntur, aut arguendo,[13] aut refellendo. 324. Maxima autem copia[14] principiorum ad judicem aut alliciendum, aut incitandum, ex iis locis trahitur, qui ad motus animorum conficiendos[15] inerunt in causa: quos tamen totos in principio explicari non oportebit, sed tantum impelli primo judicem leviter,[16]

[y] *Potius ea dicendo quæ benevolos auditores efficiant, quam rogando ut sint benevoli.*

[z] *Captanda est benevolentia tota oratione, sed præcipue in epilogo.*

orum . . . Ex rerum.—7 Guelf. 1. Erl. 1. Steph. et Lamb. *nefanda.*—8 Erl. 1. *efficietur.*—9 *Et id* Steph. et Lamb.—10 Erl. 1. et Guelf. 1. *gignantur.*—11 *Nam attentum* Erl. 1. Actutnm, *commonent* Lamb.—12 Erl. 1. *quod attenti*, omissa conjunctione *et.*—13 Ita codd. aliquot, margo Crat. Victor. Man. Lamb. Grut. *aut augendo* Junt. Crat.—14 Ita codd. plerique, Junt. Lamb. Grut. et recentt. *Maximam autem copiam* Guelf. 1. Schutz. et Orell. *Maxime autem copia* Erl. 1. Mox, *aut incitandum* desunt in eodem cod. Tum, pro *trahitur*, quod habent plerique codd. cum edd. Junt. Lamb. Grut. et recentt. *trahemus* præbent Guelf. 1. Erl. 1. Schutz. et Orell.—15 Nescio quis ap. Lamb. conj. *conciendos;* et hanc conjecturam recepit Wetzel. Mox, *explicare* Steph. et Lamb.—16 Guelf. 3. *leniter;* et sic conj. Kidd. in Dawesii Misc. Crit. p. 601.

NOTÆ

[a] *Sed non principii*] Totum illud ex Aristotele depromtum est, Rhet. III. 14. 'Attentos facere omnium orationis partium commune est. Ubivis enim relaxant animum magis, quam cum incipiunt audire. Quamobrem ridiculum est id in exordio præcipere, cum attenti tum maxime sint auditores.'

ut jam inclinato reliqua incumbat oratio. LXXX. 325. Connexum autem ita sit principium consequenti orationi, ut non tanquam citharœdi procemium affictum aliquod,[a] sed cohærens cum omni corpore membrum esse videatur. Nam nonnulli, cum illud meditati ediderunt, sic ad reliqua transeunt, ut audientiam sibi fieri nolle[1] videantur. Atque ejusmodi illa prolusio[2] debet esse, non ut Samnitum,[b] qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur; sed ut ipsis sententiis, quibus proluserunt,[3] vel[4] pugnare possint.

326. Narrare vero rem quod breviter[4] jubent;[c] si brevitas appellanda est, cum verbum nullum redundat,[5] brevis est L. Crassi oratio; sin tum est brevitas, cum tantum verborum est, quantum necesse est, aliquando id opus est: sed sæpe obest vel maxime in narrando, non solum quod obscuritatem affert, sed etiam quod eam virtutem, quæ narrationis est maxima, ut jucunda, et ad persuadendum accommodata sit, tollit. Ut illa,[6] 'Nam is postquam[d] excessit ex ephebis,'[e] quam longa est narratio! 327. mores adolescentis ipsius, et servilis percunctatio,[d] mors Chrysidis, vultus et forma, et lamentatio sororis, reliqua, perva-

[a] *Ut non sit tanquam aliqua prolusio fidicinis aliunde accersita.*
[b] *Etiam.* [c] *Postquam excessit annum ætatis decimum quartum.*
[d] *Variæ interrogationes quæ a servo fiunt in eadem narratione Terentiana.*

CAP. LXXX. 1 Ita quatuor codd. Gruteri, Mead. Norf. Harl. 2. Nov. in marg. *velle* Erl. 1. Guelf. 1. Junt. Lamb. Grut. *fieri sibi velle* Guelf. 2. —2 Lamb. *prælusio.*—3 Guelf. 1. 2. 3. et Erl. 1. *proluserint;* Lamb. *prælu-serunt.* Actutum, *vel pugnare possunt* Erl. 1.—4 Steph. *rem quidem breviter.* —5 Ita Erl. 1. Cant. Wag. Mead. Harl. 1. 2. Norf. Nov. Joan. Mag. Bod. Bal. Steph. Lamb. et recentt. *redundet* Junt. Crat. Man. Grut. Mox, *si tum* Junt. Lamb. Grut. *sin tum* ex codd. Ernesti, Harles. Schutz. et Orell. —6 *Videlicet illa* Junt. Crat. Manut. *Videant illam* duo vett. ap. Steph. Lamb. *Ut illa* codd. ap. Grut. ' Mire hic alii ab aliis discrepant codd.

NOTÆ

[b] *Samnitum*] Italiæ populorum in ea parte quæ jam dicitur *Abruzzo.*

[c] *Quod breviter jubent*] Hoc in narratione brevitatis præceptum explodit pariter Aristoteles Rhet. III. 16. Vide quæ observavimus ad lib. I. Heren. § 14. et ad lib. I. de Invent. § 28.

[d] *Nam is postquam*] Verba Simonis senis ex Andriæ Terent. I. 1.

rie jucundeque narrantur. Quodsi hanc brevitatem quæsisset,

> 'Effertur,[e] imus: ad sepulcrum venimus:
> In ignem posita est,'

his fere decem verbis[7] totum conficere potuisset:[f] quanquam hoc ipsum, 'Effertur, imus,' concisum est, ita, ut non brevitati servitum sit, sed magis[8] venustati. 328. Quodsi nihil fuisset, nisi, 'In ignem posita est;' tamen res tota cognosci facile potuisset. Sed et festivitatem habet narratio distincta personis, et interpuncta sermonibus:[g] et est probabilius, quod gestum esse dicas, cum,[9] quemadmodum actum sit, exponas, et multo apertius ad intelligendum est, si sic consistitur[h][10] aliquando, ac non ista brevitate percurritur. 329. Apertam enim narrationem tam esse oportet, quam cetera:[i][11] sed hoc magis in hac elaborandum est, [*p.* 139.] quod et difficilius est, non esse obscurum in re narranda, quam aut in principio, aut in argumento,[12] aut in purgando, aut in perorando:[j] et majore

[e] *Ad rogum ducitur ejus cadaver.*

[f] *Versu superiore, Effertur, imus, &c. id totum narrare potuisset senex, quod decem versiculis exposuit.*

[g] *In qua nulla est personarum confusio, ubi suas quisque partes agit.*

[h] *Si quomodo fuerit gestum exponitur.*

[i] *Narratio debet esse tam clara quam reliquæ orationis partes.*

[j] *Quam aut in exordio, aut in confirmatione, aut in refutatione, aut inp eroratione.*

habentque vice *ut*, vel *videant*, vel *vident*, vel *videlicet.*' Pearc.—7 Codd. Regii, (nisi quod unus et alter *versibus* ap. Le Clerc.) Junt. Crat. Man. *in his fere decem versiculis;* Grut. *fere decem versiculis*, omisso *his;* Omnib. *in his vero decem versiculis.* Vocc. *his fere* desunt in Guelf. 1. et al. unde Steph. Lamb. Schutz. ediderunt, *posita est, decem versiculis;* Orell. [*in his fere*] *decem versiculis;* Erl. 1. *in his fere decem ver.;* unde Ernesti fecit *verbis.*—8 Guelf. 1. *servitum est, magis.* —9 Guelf. 2. *est probabilius cum quod gestum esse dicas;* Lamb. conj. *est probabilius, si quod gestum esse dicas*, omisso *cum;* Steph. *est p. si quod gestum esse dicas, etiam frequenter quemadmodum, &c.*—10 Ita Crat. Victor. *sic* delevit Lamb. in ed. 1566. ac rursus de conjectura Heusingeri Schutz. id uncis inclusit Orell. *si* omittunt Guelf. 1. et Erl. 1. qui *constituitur* exhibent; *si sic constituitur* habent Guelf. 2. 3. Junt. et Victor. in textu; sed hic correxit *si sic consistitur;* Lamb. in ed. 1584. *si hic consistitur aliquamdiu.*—11 Ita correxit Man. et sic dederunt Harles. et Orell. *quam ceteros* Erl. 1. *quam ceteras. Et hoc, &c.* Guelf. 2. 3. *quam ceteras: sed, &c.* Junt. Crat. Grut. *quam ceteras orationis partes; sed, &c.* Venet. 1489. Mediol. Lamb. Pearc. Mox, *hoc* omittunt Steph. et Lamb. *in hoc* Erl. 1. et Guelf. 1.—12 Lamb. *aut argumentando.* Mox, *et majore etiam hæc periculo pars* Lamb. *et majore etiam periculo* Junt. Crat. Victor. Mull. *et majore periculo* Man. Grut. Er-

periculo hæc pars orationis obscura est, quam cetera: vel quia si quo alio in loco est dictum quid obscurius, tantum id perit, quod ita dictum est; narratio obscura totam obcæcat[13] orationem: vel quod alia possis, semel si obscurius dixeris, dicere alio loco planius: narrationis[14] unus est in causa locus. Erit autem perspicua narratio, si verbis usitatis,[e] si ordine temporum conservato,[15] si non interrupte narrabitur. LXXXI. 330. Sed quando utendum sit, aut non sit narratione, id est consilii:[k] neque enim si nota res est,[1] nec si non dubium, quid gestum sit, narrari oportet, nec si adversarius narravit;[2] nisi si refellemus.[l] Ac, si quando erit narrandum, nec illa, quæ suspicionem et crimen efficient, contraque nos erunt, acriter persequamur, et quicquid[3] poterit, detrahamus: ne illud, quod Crassus, si quando fiat, perfidia, non stultitia fieri putat, ut causæ noceamus, accidat: nam ad summam totius causæ pertinet, caute, an contra,[f] demonstrata res sit;[m] quod omnis[4] orationis reliquæ fons est narratio.

[k] *Pertinet ad oratoris prudentiam.*

[l] *Ubi adversarius narrationem fecit, non est facienda de integro, nisi velis ea quæ dixerit refellere.*

[m] *In hoc præcipue causa vertitur, an caute et prudenter, an imprudenter et inconsulte res narrando demonstrata fuerit.*

nesti. Tum, *quam ceteræ* Junt. Lamb. Grut. Schutz. *quam cetera* Vet. ap. Steph.—13 Lamb. *excæcat.* Paulo ante, Guelf. 1. *tantum perit;* Erl. 1. *quod obs. tantum perit.*—14 Streb. *narrationi.*—15 Lamb. *servato.*

CAP. LXXXI. 1 Lamb. *est res.* Mox, *nec si dubium* Pearc. *nec dubium sit* Junt. Grut. *nec si dubium sit* Guelf. 3. Man. *nec dubium,* omissis *si non* et *sit,* Steph. et Lamb. probante Schutz. *nec si dubium non sit* Guelf. 2. Dein, pro *narrari,* Guelf. 1. 2. Steph. et Lamb. habent *narrare.*—2 Lamb. *advers. jam narravit;* Steph. *advers. sic narraverit.* Actutum, *nisi refellemus* Erl. 1. Steph. Lamb.—3 Lamb. censuit legendum, *narrandum, videndum, ne illa, quæ . . . . et, ut quicquid;* Mag. Norf. Venet. Mediol. *nec illa, &c.* Guelf. 1. 2. Erl. 1. Ald. al. ante Pearc. *ne illa.* Guelf. 1. *persequimur, et q. potuerit;*

NOTÆ

[e] *Si verbis usitatis*] Rebus contrariis narratio obscuratur, verbis insolentibus, confusione temporum, crebris digressionibus.

[f] *Caute, an contra*] Est hoc rhetorum prudens omnino de narratione præceptum. Si tota sit pro nobis, acriter præcipuis quibusque partibus instandum erit, ut judex bonitatem causæ facilius intelligat, meminerit, credat: si tota sit pro adversariis, quædam verbis elevanda sunt, luxuria hilaritatis, avaritia parsimoniæ, negligentia simplicitatis nomine le-

331. Sequitur,[5] ut causa ponatur, in quo videndum est, quid in controversiam veniat.[n] Tum suggerenda sunt firmamenta causæ conjuncte,[6] et infirmandis contrariis, et tuis confirmandis: namque una in causis ratio quædam est ejus orationis, quæ ad probandam argumentationem valet.[o] Ea autem et confirmationem et reprehensionem quærit:[7] sed quia neque reprehendi quæ contra dicuntur, possunt, nisi tua[8] confirmes, neque hæc confirmari, nisi illa reprehendas;[p] idcirco hæc[q] et natura, et utilitate, et tractatione conjuncta sunt. 332. Omnia autem concludenda plerumque rebus augendis, vel inflammando judice,[9] vel mitigando: omniaque cum superioribus orationis locis, tum maxime extremo,[r] ad mentes judicum quam maxime[10] permovendas, et ad utilitatem nostram vocandas, conferenda sunt.

[n] *Narrationem sequitur propositio orationis tertia pars, in qua causæ caput et summa constituitur: deinde in confirmatione exponenda sunt auditoribus argumenta causæ propria, non aliena et nihil ad rem pertinentia.*

[o] *In omnibus causis una est ratio idemque modus confirmationis; ad cujuslibet enim causæ confirmationem adhibenda sunt argumenta quæ ex locis eruuntur.*

[p] *Nec prodest argumenta adversariorum refutare, nisi tua confirmes; nec tua confirmare, nisi contraria refutes.*

[q] *Confirmatio et refutatio.*

[r] *Propria sedes amplificationis et sedandorum aut excitandorum motuum est peroratio: omnes illi affectus et excitandorum motuum rationes, præterquam quod in exordio, narratione et confirmatione adhiberi debent, maxime locum habent in extrema parte orationis.*

Erl. 1. *persequamur et q. potuerit.*—4 Guelf. 1. *res si quid omnis.*—5 *Sequatur* Guelf. 1. et Erl. 1.—6 Ita Erl. 1. a m. pr. Junt. Man. Grut. *conjuncta* ed. s. l. et a. Victor. Lamb. R. Steph. et Streb. *conjunctæ* Erl. 1. a m. sec. Mox, *contrariis infirmandis* al. Tum, tres codd. Regii ap. Le Clerc. et Steph. *et tuis argumentis confirmandis;* Guelf. 1. et Erl. 1. *et tuis alienis confirmandis.*—7 Guelf. 1. et Erl. 1. *quæret.*—8 Iidem codd. *nisi tu ea;* pessime, ait Schutz.—9 Guelf. 1. et Erl. 1. *vel inflammandos judices;* male, ait Schutz. nisi forte scribere librarius voluit, *vel inflammando judices.*—10 Verba, *extremo ad mentes judicum quam maxime* in Erl. 1. facili librarii errore, propter

NOTÆ

nietur. Effugienda præterea est omnis calliditatis suspicio: nunquam enim diffidit magis judex, quam cum præsentit dici aliquid fictum. Itaque det operam orator, ut omnia potius a causa quam ab oratore profecta credantur. Quod si minime fuerit verisimilis nostra narratio; fatendum est vix credibile id esse, sed tamen verum, et eo majus habendum crimen; nescire nos quomodo factum sit, aut quare; mirari, sed probaturos. Denique tum optime dicit orator cum videtur vera dicere. Consule Quintil. IV. 2.

333. Neque sane jam causa videtur esse, cur secernamus ea præcepta, quæ de suasionibus[g] tradenda sunt, aut laudationibus;[s] sunt enim pleraque communia: sed tamen suadere aliquid, aut dissuadere, gravissimæ mihi videtur esse personæ.[11] Nam et sapientis est, consilium explicare suum de maximis rebus; et honesti, et diserti, ut mente providere, auctoritate probare, oratione persuadere possit.[12] LXXXII. Atque hæc in senatu minore apparatu agenda sunt: sapiens enim est[1] consilium; multisque aliis dicendi relinquendus locus. Vitanda etiam ingenii ostentationis suspicio.[2] 334. Concio capit[3] omnem vim orationis, et gravitatem, varietatemque desiderat.[t] Ergo in suadendo nihil est optabilius, quam dignitas:[u] nam qui utilitatem putat,[v] 4 non quid maxime[h] velit suasor, sed quid interdum magis sequatur, videt. Nemo est enim, præsertim in tam clara civitate,[5] quin putet expetendam maxime

[s] *Cum egerimus de genere judiciali, nulla est causa cur disseramus seorsim de præceptis ad genus deliberativum et exornativum spectantibus.*

[t] *Qui ad populum dicit, debet explicare vim omnem eloquentiæ, auctoritatem suam ac sententiarum varietatem ad pompam ostentare: hæc enim mirum quantum apud plebem valent.*

[u] *Id quod honestum est.* [v] *Optabiliorem esse.*

vicinitatem adverbii antecedentis *maxime,* sunt omissa.—11 Erl. 1. *personæ videntur esse.*—12 Guelf. 1. *persuadere possis.*

CAP. LXXXII. 1 Schutz. Mull. et Orell. e Schæferi regula, *sapiens est enim.* Mox, *dicendi locus* Guelf. 1. *dicendi relinquendus est* Guelf. 3. *dicendi ac linguendi locus* Erl. 1.—2 Ita Palat. 1. 2. Memm. Pith. Joan. Harl. 1. Norf. a m. pr. Manut. Lamb. Pearc. et recentt. *ostentationisque suspicio* Guelf. 2. 3. Junt. Grut. al. vett. *ingeniis ostentationis suspicio* Erl. 1. et Guelf. 1.—3 *Concio cupit* Steph.—4 ' Loco *putat,* scil. optabiliorem esse, male habent Erl. 1. et Guelf. 1. 3. *petit;* Guelf. 2. *putant.*' Harles.—5 In Erl. 1. et Guelf. 1. *in clara civitate,* omisso τῷ *tam;* in Guelf. 3. *in tanta clara*

NOTÆ

[g] *De suasionibus*] Quæ spectant tria dicendi genera, cum fusius explicet Cicero in Partitione, notas omnes, quibus illustrari possunt, eo rejicimus.

[h] *Non quid maxime*] Qui putat melius esse utilitati servire, is non attendit quid iis faciendum sit qui suadent universe, (ii enim quæ sunt honestissima velle ac suadere debent,) sed tantum spectat quid interdum aliquis ex ipsis faciat: contingit enim aliquando ut is qui suadet, utilitatem spectet in suadendo, sed est tamen verum dignitatem præcipue ac vulgo spectandam esse. Ceterum ab hac sententia discedit Tullius in Partitione, ubi utilitatem dignitati præfert.

dignitatem: sed vincit utilitas plerumque, cum subest ille timor, ea neglecta, ne dignitatem quidem posse retineri. 335. Controversia autem inter hominum sententias, aut in illo est,[6] utrum sit utilius; aut etiam, cum id convenit,[w] certatur, utrum honestati potius, an utilitati consulendum sit. Quæ quia pugnare sæpe inter se videntur,[7] qui utilitatem defendit, enumerabit commoda pacis, opum, potentiæ, pecuniæ,[8] vectigalium, præsidii militum, [utilitates] ceterarum rerum, quarum fructum utilitate metimur, itemque incommoda contrariorum.[9] Qui ad dignitatem impellit,[10] majorum exempla, quæ erunt vel cum periculo gloriosa, colliget, posteritatis immortalem memoriam augebit; utilitatem ex laude nasci defendet, semperque eam cum dignitate esse conjunctam. 336. Sed quid fieri possit, aut non possit, quidque etiam sit necesse, aut non sit, in utraque re[x] maxime est quærendum. Inciditur enim omnis jam[11] deliberatio, si intelligitur non posse fieri, aut si necessitas affertur:[y] et qui id docuit, non videntibus aliis,[z] is plurimum vidit.[a] [12] 337. Ad consilium autem de republica dandum, caput est, nosse rempublicam; ad dicendum vero probabiliter,[b] [1] nosse mores civitatis: qui [13] quia crebro mu-

[w] *Cum certum est quid sit utilius.* [x] *In suasione et dissuasione.*
[y] *Tollitur enim omnis deliberatio, si res de qua deliberatur sit impossibilis aut necessaria.*
[z] *Si ab aliis qui suadent aut dissuadent id observatum non est.*
[a] *Is rem confecit, plurimum probavit.*
[b] *Ad dicendum ex instituto civitatis ad populum.*

civitate. Mox, loco *expetendum*, in Erl. 1. est *expectandum.*—6 Verbum *est* deest in Erl. 1. et Guelf. 1. *utrum* omittit ed. s. l. et a. Mox, *etiam quid conveniat* Erl. 1. et Guelf. 1. Tum, *utilitati sit consulendum* Guelf. 2.—7 Erl. 1. et Guelf. 1. *pugnare inter se sæpe videntur.* Actutum, *qui æquitatem defendit* Erl. 1. *qui utilitatem defendet* Man.—8 Voc. *pecuniæ* deest in Erl. 1. Guelf. 1. Grut. Harles. Schutz. probante Heusingero. Uncis inclusit Orell. Mox, *præsidii, militum* Ald. Junt. Lamb. Grut. *utilitates et ceterarum* Mead. et Regii omnes ap. Le Clerc. *utilitates* delendum censebat Lamb. *militum, utilitates, ceterarumque rerum* Nov. ap. Pearc. *utilitates ceterarum rerum utilitates quarum fr. util. metimur* Guelf. 1. *ceterarum rerum quarum rerum utilitate metimur* Guelf. 2.—9 Lamb. *contrariarum.*—10 Ita Erl. 1. Lamb. Grut. *impellet* Guelf. 2. 3. Victor. Junt. Man. Steph. Schutz. Orell. et Harles. Mox, *erant* conj. Pearc. *vel* omittit Lamb.—11 Particula *jam* omittunt Erl. 1. Guelf. 1. Steph. Lamb. Harles. et Schutz. *omnis jam* omittit Guelf. 2. Paulo ante *aut non possit* Erl. 1.—12 Idem codex *videt.*—13 Erl. 1. omittit *qui;*

tantur, genus quoque orationis est sæpe mutandum. Et quanquam una fere vis est eloquentiæ, tamen[14] quia summa dignitas est populi, gravissima causa reipublicæ, maximi motus multitudinis; genus quoque dicendi grandius quoddam et illustrius esse adhibendum videtur: maximaque pars orationis admovenda est[15] ad animorum motus nonnunquam aut cohortatione, aut commemoratione aliqua, aut in spem, aut in metum, aut ad cupiditatem, aut ad gloriam concitandos, sæpe etiam a temeritate, iracundia, spe, injuria,[16] invidia, crudelitate revocandos. LXXXIII. 338. Fit autem, ut, quia maxima quasi oratori[1] scena videatur concionis,[c] natura ipsa ad ornatius dicendi genus excitetur. Habet enim multitudo vim quandam talem;[2] ut quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic orator, sine multitudine[j] audiente, eloquens esse non possit. 339. Et cum sint populares multi variique lapsus,[d] vitanda est acclamatio[k] ad-

[c] *Magna hominum frequentia est oratori quasi theatrum, in quo suam eloquentiam explicat cum dignitate.*

[d] *Cum sæpe et variis modis oratores peccent in iis orationibus quas habent ad populum.*

et Guelf. 1. *quia.* Mox, *sæpe est* Lamb.—14 Particula *tamen* deest in Erl. 1. —15 Guelf. 2. *adhibenda.* Paulo post, Erl. 1. *in spe aut metu;* et mox *concitando.* Tum, *ad* ante *cupiditatem* deest in Guelf. 2.—16 Nov. *spe ab injuria;* unde Pearc. conj. *sæpe ab injuria.*

CAP. LXXXIII. 1 Guelf. 1. *quam maxima quasi oratoris;* Erl. 1. *quia maxima quasi oratoris.* Mox, *concio* Ald. Junt. Lamb. Grut. Pearc. *concio, concionis* de Heusingeri conjectura Schutz. *concio, is* Mull. sine ulla auctoritate; *conctio in his natura* Guelf. 3. *concionis* Erl. 1. et edd. antiq. Tum *ad* deest in Wald. *genus excitemur* Erl. 1. et Guelf. 1.—2 Voc. *talem* deest in Guelf. 2. Mox *nisi multitudine* Guelf. 2. 3. tres Regii, Junt. Schutz. Harles. Orell.

NOTÆ

[i] *Probabiliter*] Firmatur auctoritate Tullii interpretatio nostra. 'Probabilis erit narratio,' inquit lib. de Partitione, 'si cum hominum opinione, auctoritate, si cum lege, cum more, cum religione conjuncta.'

[j] *Orator, sine multitudine*] Auditorum paucitas Ciceronem pro Deiotaro dicentem angebat, § 5. 'Dico intra domesticos parietes, dico extra conventum, et eam frequentiam, in qua oratorum studia niti solent; in tuis oculis, in tuo ore vultuque acquiesco; te unum intueor; ad te unum omnis mea spectat oratio; quæ mihi ad spem obtinendæ veritatis gravissima sunt, ad motum animi et ad omnem impetum dicendi contentionemque leviora. Hanc enim, C. Cæsar, causam si in foro dicerem, eodem audiente te et disceptante te, quantam mihi alacritatem pop. Rom. concursus afferret?'

[k] *Acclamatio*] In rep. Romana max-

versa populi:[e] quæ aut orationis[3] peccato aliquo excitatur, si aspere, si arroganter, si turpiter, si sordide, si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videatur; aut hominum offensione vel invidia, quæ aut justa est, aut ex criminatione atque fama; aut res si displicet; aut si est in aliquo motu suæ cupiditatis[f] aut metus multitudo. Hisque quatuor[4] causis totidem medicinæ opponuntur: tum objurgatio, si est auctoritas;[g] tum admonitio, quasi lenior objurgatio; tum promissio, si audierint, probaturos;[h] [5] tum deprecatio, quod est infimum, sed nonnunquam utile. 340. [*p.* 140.] Nullo[6] autem loco plus facetiæ prosunt, et celeritas, et breve aliquod dictum, nec sine dignitate, et cum lepore. Nihil enim tam facile, quam multitudo, a tristitia, et sæpe ab acerbitate, commode, ac breviter, et acute, et hilare dicto[7] deducitur.

LXXXIV. Exposui fere, ut potui, vobis in utroque genere causarum quæ sequi solerem, quæ fugere, quæ spectare,

[e] *Graviter aliquid ferentis populi.*

[f] *Solet uti multitudo adversa acclamatione, cum aliqua cupiditate vel metu perturbatur: tunc enim non libenter audit eos qui suæ cupiditati resistunt.*

[g] *Si est in oratore satis auctoritatis, ut objurgare populum acclamantem possit.*

[h] *Vere ac juste dictum æstimaturos.*

Tum *non potest* Guelf. 2.—3 Quædam edd. ap. Harles. *aut oratoris.* Paulo post, *si cum animi vitio* Erl. 1. et Guelf. 1. *si quo animi vitio* Lamb. Mox, *aliquid videtur* Erl. 1. Idem post *justa* omittit *est.*—4 *His quatuor* Erl. 1. Guelf. 1. Schutz. Harles. Orell. *Iis quatuor* Vet. ap. Steph. *Hisque quatuor* Junt. Lamb. Grut. Pearc. Paulo post, *tum monitio* Lamb.—5 'Guelf. 1. *probationes,* male. Strebæus legisse videtur *probaturum,* nempe oratorem.' *Schutz.* Mox, *quod est infirmum* Erl. 1. Guelf. 1. Man.—6 Ita Erl. 1. Ald. Junt. Lamb. Grut. et recentt. *Nonnullo* edd. vett. *plus* deest in Erl. 1. Mox, pro *celeritas,* Schutz. conj. *hilaritas.*—7 Codd. Regii et margo Crat. *acute ad hilaritatem;* unde Le Clerc. conj. *et acute dicto ad hilaritatem deducitur.*

NOTÆ

ime libera, acclamabat populus alias in gratiam oratoris, ut patet ex Philipp. IV. § 2. 'Nunc vero multo sum erectior, quod vos quoque hostem illum esse tanto consensu, tantoque clamore approbavistis.' Alias adversum clamorem tollebat, quod expertus est Cicero dum diceret pro Rabirio perduellionis reo § 18. 'Nihil me clamor iste commovet, sed consolatur, cum indicat esse quosdam cives imperitos, sed non multos: nunquam, mihi credite, pop. Romanus hic qui silet, consulem me fecisset, si vestro clamore perturbatum iri arbitraretur.' *Strebæus.*

quaque omnino in causis ratione versari. 341. Nec illud[1] tertium laudationum genus est difficile, quod ego initio quasi a præceptis nostris secreveram: sed et quia multa sunt[2] orationum genera, et graviora, et majoris copiæ, de quibus nemo fere præciperet, et quod nos laudationibus non ita multum uti soleremus,[3] totum hunc segregabam locum.[i] Ipsi enim Græci, magis legendi,[j] et delectationis, aut hominis alicujus ornandi, quam utilitatis hujus forensis causa, laudationes[4] scriptitaverunt: quorum sunt libri, quibus Themistocles,[l] Aristides,[m] Agesilaus,[n] Epaminondas,[o] Philippus,[p] Alexander,[q] aliique laudantur: nostræ laudationes, quibus in foro utimur, aut testimonii brevitatem habent nudam atque inornatam,[k] aut scribuntur ad funebrem concionem, quæ ad orationis laudem[5] minime ac-

[i] *Separatim explicandum susceperam.* [j] *Præstat Græcos rhetores legere.*
[k] *Breves sunt, usurpanturque cum laudatur aliquis testis, ejusque testimonium recitatur.*

Cap. lxxxiv. 1 *Nec illuc* Lamb. Mox, idem Lamb. censuit, delendam vocem *laudationum;* pro qua Erl. 1. Omnib. et edd. ante Aldum habent *laudationis.*—2 Lamb. *sed quia et multa sunt;* Schutz. de Ernesti conjectura, *sed et quia multa essent.* 'Sic necessario legendum ob consequentiam temporum; uti postea in eadem constructione *soleremus,* jam Ernesti animadvertit, et ego cum Schutzio correxi.' *Harles.* 'Necessaria fere conjectura, si retinemus *soleremus* cum Junt.' *Orell.*—3 'Forte *solemus,* ut ante, *multo sunt orationum genera;* vel potius ibi lege *essent.*' Pearc. 'Prætuli cum Mull. *solemus,* quod habet saltem auctoritatem ed. s. l. et a. *soleremus* accommodatum videtur ad v. *præciperet,* pro quo tamen Steph. conj. *præceperat.*' Orell. Mox, *Græci magis legendi, qui del.* Crat. *Gr. legendi, qui magis del.* vet. ap. Steph. *Gr. legendi qui del.* Harl. 1. Lamb. et Man. *Gr. magis legendi, aut del.* Pearc. *et* ante *delectationis* delendum censebat Schutz. delevit Mull. uncis inclusit Orell. *et delectationi, ut hominis* Erl. 1.—4 Idem codex *laudationis.*—5 Ita Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3. Junt. Lamb. *ad oratoris laudem* cod. Reg. 7703. et sic

NOTÆ

[l] *Themistocles*] De quo in Bruto.

[m] *Aristides*] Atheniensis cognomento Justus, frugalissimis moribus, egregie remp. administravit. Floruit Olymp. lxxv. annis ante Chr. 480. Plutarch. &c.

[n] *Agesilaus*] Lacedæmoniorum rex multis fortiter gestis obiit an. 3. Olymp. cv. ante Chr. 358. ætatis 84. regni 41. Plutarch. Corn. Nepos, &c.

[o] *Epaminondas*] De quo in notis ad l. i. de Orat. § 210.

[p] *Philippus*] Macedo Alexandri Magni parens annos natus 24. regnare cœpit in Macedonia: a Pausania occisus est Olymp. cxi. anno 1. ante Chr. 336. Diodorus, Justinus, &c.

[q] *Alexander*] Vide notas in lib. iv. Heren. § 31.

commodata est.[l] Sed tamen, quoniam est utendum aliquando, nonnunquam etiam scribendum,[6] velut P. Tuberoni Africanum avunculum laudanti scripsit[m] C. Lælius, vel[7] ut nosmetipsi, ornandi causa, Græcorum more, si quos velimus, laudare possimus; sit a nobis quoque tractatus is locus.[8] 342. Perspicuum est igitur,[r] alia esse in homine optanda, alia laudanda. Genus, forma, vires, opes, divitiæ, ceteraque quæ[9] fortuna det, aut extrinsecus, aut corpori, non habent in se veram laudem; quæ deberi virtuti uni putatur: sed tamen, quod ipsa virtus in earum rerum usu ac moderatione maxime cernitur, tractanda etiam[10] in laudationibus hæc sunt naturæ et fortunæ bona: in quibus est summa laus, non extulisse se in[11] potestate,[n] non fuisse insolentem in pecunia, non se prætulisse aliis[12] propter abundantiam fortunæ; ut opes et copiæ non superbiæ videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem et materiam[13] dedisse. 343. Virtus autem, quæ est[14] per se ipsa laudabilis, et sine qua nihil laudari potest, tamen habet plures partes; quarum alia est ad laudationem[15] aptior. Sunt enim aliæ virtutes, quæ vi-

[l] *Ad explicandam orationis vim.*
[m] *Orationem a se scriptam Tuberoni dedit, quam ipse Tubero pronuntiaret.*
[n] *Non elatum fastu ac superbia fuisse.*

conj. Ernesti. Mox, *accommoda est* Erl. 1.—6 Ernesti conj. *etiam ad scribendum.* Actutum, *vel ut P.* Lamb. Pearc. Schutz. et Mull. *laudantis* Erl. 1.—7 'Mihi quoque, ut Ernestio, suspectum est hoc *vel*; nec enim congruit cum *velut* superiore, neque illud ipsum *velut P. Tub.* divisim scribi potest.' *Orell.* Mox, *orandi causa* Guelf. 2. Tum *laudare possumus* Guelf. 3. et Lamb. *possimus* Guelf. 1. 2.—8 Guelf. 2. 3. et Lamb. *tractatus etiam hic locus*; Junt. et Crat. *tractatus etiam is locus*; Man. *tractatus hic locus.* 'Suspicor etiam deletum esse ab iis, qui offenderentur vicinia voc. *quoque.*' Orell.—9 Unus codex ap. Orell. *cetera quæquæ*; Lamb. *cetera quæ*; Erl. 1. *cetera quæque*; Guelf. 3. *cetera que*; Guelf. 1. omittit *ceteraque.* Mox, pro *det*, quod habent Junt. Lamb. Grut. *dat* legunt Schutz. et Orell. Tum *aut corpore* Erl. 1. *in se* omittit Guelf. 3.—10 Voc. *etiam* deest in Erl. 1. *tractanda in laudationibus etiam sunt naturæ* Guelf. 1.—11 Erl. 1. *extulisse in*, omisso pronomine *se.*—12 'Suavior et aptior verborum ordo *non prætulisse se aliis* mihi esse videtur in Guelf. 1.' *Hurles.*—13 Guelf. 2. *materiem.*—14 *Virtus autem est* Guelf. 1.—15 'Vul-

NOTÆ

[r] *Perspicuum est igitur*] Recte ille apud Terent. 'Quid reliqui est quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona? Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias? Atque hæc perinde sunt,

dentur in moribus hominum, et quadam comitate ac beneficentia positæ; aliæ, quæ in ingenii aliqua facultate, aut animi magnitudine ac robore. Nam clementia, justitia, benignitas, fides, fortitudo in periculis communibus, jucunda est auditu in laudationibus: 344. omnes enim hæ virtutes non tam ipsis, qui eas in se[16] habent, quam generi hominum, fructuosæ putantur. Sapientia et magnitudo animi, qua omnes res humanæ[s] tenues et pro nihilo[17] putantur; et in excogitando vis quædam ingenii, et ipsa eloquentia, admirationis habet non minus, jucunditatis minus: ipsos enim magis videtur, quos laudamus, quam illos, apud quos laudamus, ornare ac tueri. Sed tamen in laudando jungenda sunt etiam hæc genera virtutum: ferunt enim[18] aures hominum, cum illa, quæ jucunda, et grata, tum etiam illa, quæ mirabilia sunt in virtute, laudari.[19] LXXXV. 345. Et quoniam singularum virtutum sunt[1] certa quædam officia ac munera, et sua cuique virtuti laus propria debetur, erit explicandum in laude justitiæ, quid cum fide, quid cum æquabilitate,[2] quid cum ejusmodi aliquo officio is, qui laudabitur, fecerit.[3] Itemque in ceteris res gestæ ad cujusque virtutis[4] genus, et

go, *quantum alia est ad laudationem.* Manut. legit, *quarum alia est alia ad laudationem;* quam lectionem vehementer probo.' *Pearc.* Ita legunt etiam Schutz. et Orell. *quarum alia est ad virtutem* Guelf. 1. 2. 3. Alterum *alia* omittunt Junt. et Lamb.—16 Vocc. *in se* absunt a codd. Joan. Mag. Nov. Bod. et Vet. ap. C. Steph. item ab edd. Steph. Lamb. et Pearc.—17 Ita Joan. Harl. 1. Erl. 1. Pith. Memm. Palatt. 1. 2. Palat. 6. a m. sec. alii codd. ap. C. Steph. item edd. Manut. Pearc. et recentt. *res humanæ tenues et prope pro nihilo* Vet. ap. Steph. et Lamb. quod minime displicet Orellio; *res humanæ geruntur, tenues et, &c.* Guelf. 2. 3. Palat. 6. a m. pr. Junt. Grut. *r. h. cernuntur tenues* Mull. *ac pro nihilo* Orell. *ac prope nihilo* Erl. 1. Paulo post nescio quis ap. Steph. conj. *admirationis habet plurimum, non minus vero jucunditatis.* Erl. 1. *habet non minus jocunditatis. Minus ipsos enim magis* [*videntur quos laudamus ornare ac tueri, sed tamen laudando,* omissis *quam illos, apud quos laudamus;* quæ verba omittunt etiam quatuor codd. Gruteri.—18 Ita Erl. 1. Cant. Mead. Harl. 1. 2. Norf. Bod. Mag. Nov. Bal. Joan. et sic conj. Victor. *Feriunt enim* Guelf. 3. Junt. Grut. Lamb.—19 Lamb. *laudata.*

CAP. LXXXV. 1 Guelf. 1. *singularum sunt.*—2 Idem codex *æqualitate.*—3 Erl. 1. *is qui laudabitur gerit;* Guelf. 1. *is, qui laudatur, gerit.*—4 Erl. 1.

NOTÆ

ut illius animus qui ea possidet: Qui recte, mala.'

s [*Geruntur*] Haud scio an non melius vocem hanc expunxeris.

vim, et nomen accommodabuntur. 346. Gratiss ma autem laus eorum factorum habetur, quæ suscepta videntur a viris fortibus sine emolumento ac præmio: quæ vero etiam cum labore et periculo[5] ipsorum, hæc habent uberrimam copiam ad laudandum; quod et dici ornatissime possunt, et audiri facillime. Ea enim denique virtus esse videtur præstantis viri,[6] quæ est fructuosa aliis, ipsi autem laboriosa, aut periculosa, aut certe gratuita. Magna etiam illa[7] laus, et admirabilis videri solet, tulisse casus sapienter adversos, non fractum esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem. 347. Neque tamen illa non ornant, habiti honores, decreta virtutis[8] præmia, res gestæ, judiciis hominum comprobatæ: in quibus etiam felicitatem ipsam, Deorum immortalium judicio tribui, laudationis est. Sumendæ autem[9] res erunt aut magnitudine præstabiles,[t] aut novitate primæ, aut genere ipso singulares: neque enim parvæ, neque usitatæ, neque vulgares, admiratione, aut omnino laude dignæ videri solent. 348. Est etiam cum ceteris præstantibus viris comparatio,[10] [u] in laudatione

aliquo usque virtutis.—5 Erl. 1. et Lamb. *ac periculo.*—6 Lamb. *viri præstantis virtus esse videtur.* Mox, *ipsi aut laboriosa* Guelf. 1. et sic dedit Schutz. *ipsi autem aut laboriosa* Guelf. 3. Tum, *aut gratuita*, omissa voce *certe*, Guelf. 2.—7 Guelf. 1. et Schutz. omittunt τὸ *illa.* Mox, pro *sapienter*, Lamb. legit *patienter.*—8 Lamb. et Schutz. *virtuti.*—9 *Sumendæ etiam* Guelf. 1.—10 Erl. 1. *viribus comprobatio.* Idem codex mox habet *libitum mihi est,*

NOTÆ

[t] *Res erunt aut magnitudine præstabiles, &c.*] Egregium aliquod factum ad laudem amplificandi Aristoteles in libris Rhetoricorum octo rationes aperit: 1. Si quis solus rem gesserit. 2. Si quis primus. 3. Si quis cum paucis. 4. Si quis præcipue. 5. Si quis tempore opportuno. 6. Si quis crebro. 7. Si quis ideo novos honores adeptus sit. 8. Si quis ita comparetur cum viris illustribus, ut præferatur.

[u] *Comparatio*] Quam eloquenter adhibuit incertus auctor Panegyrici Constantino Augusto § 5. 'Magnus Alexander, cum præter Macedonas suos cunctæ Græciæ, universo Illyrico innumerabilem delectum posset indicere, nunquam majores quadraginta millium copias duxit, inhabile regenti ratus quicquid excederet, et turbam potius quam exercitum. Tu vero etiam minoribus copiis bellum multo majus aggressus es; tanto scilicet tua virtute propria potior, quanto ille numero instructior. Et ille quidem contra leves Medos et Parthorum arma volatica et Asiaticos op-

præclara. De quo genere libitum est mihi paulo plura, quam ostenderam, dicere, non tam propter usum forensem, qui est a me in omni hoc sermone tractatus, quam ut hoc videretis, si laudationes essent in oratoris [11] officio, quod nemo negat, oratori virtutum omnium cognitionem, sine qua laudatio effici non possit, esse necessariam. 349. Jam vituperandi præcepta contrariis ex vitiis sumenda esse, perspicuum est: simul est illud ante oculos, nec bonum virum proprie et copiose laudari, sine virtutum, nec improbum notari ac vituperari, sine vitiorum cognitione, satis insignite [12] atque aspere posse. Atque his locis [13] et laudandi et vituperandi sæpe nobis est utendum in omni genere causarum.

350. Habetis, de inveniendis [14] rebus, disponendisque quid sentiam: adjungam etiam de memoria, ut labore Crassum levem, neque ei quicquam aliud, de quo disserat, relinquam, nisi ea, quibus hæc exornentur.[15] LXXXVI. [*p.* 141.] Perge vero, inquit Crassus: libenter enim te cognitum jam artificem, aliquandoque evolutum [o 1] illis integumentis dissimulationis tuæ, nudatumque perspicio: et quod mihi nihil, aut quod [2] non multum relinquis, percommode

[o] *Exutum.*

****

et *tam* ante τὸ *propter* omittit.—11 Lamb. *in oratoris essent.* Mox, *quam nemo* Erl. 1. Dein, *virtutum omnino cognitionem* Guelf. 2.—12 Ita Nonius in v. 'Insignite,' et duo vett. ap. Steph. *insigniter* ed. s. l. et a. Victor. Lamb. Junt. Crat. Man.—13 *Atque iis locis* Erl. 1.—14 Idem codex *de inveniendisque.*—15 Idem a m. pr. *desiderat;* et mox *ni ea.* Tum codd. aliquot ap. Orell. tres Regii, et unus Oxon. item ed. s. l. et a. *quibus rebus hæc.*

CAP. LXXXVI. 1 Unus codex et Omnib. *evelatum.* Mox, *nudatum despicio* Erl. 1.—2 Guelf. 1. Steph. et Lamb. omittunt *quod.* Mox, in Erl. 1. est *jam gratum;* sed *jam* habet lineolam subductam; at post *gratum* a manu recentiore est superscriptum *jam istuc,* quæ duo vocabula desunt in contextu.—

NOTÆ

tantes mutare servitium, rem gessit prœlii unius eventu; tibi vincendi erant milites, pro nefas! paulo ante Romani, armis omnibus more primæ classis armati, et pro facinorum conscientia nunquam nisi morte cessuri.' Aliquando etiam heroës cum Diis comparantur: 'An quemadmodum educatus institutusque sis, prædicabo in illo limite, in illa fortissimarum sede legionum, inter discursus strenuæ juventutis et armorum sonitus tuis vagitibus obstrepentes? Finguntur hæc de Jove, sed de te vera sunt, Imperator.' Mamertinus in Paneg. Maximiano.

facis, estque mihi gratum. 351. Jam istuc[3] quantum tibi ego reliquerim, inquit Antonius, erit in tua potestate.[p] Si enim vere agere volueris,[q] omnia tibi relinquo: sin dissimulare,[4] tu quemadmodum his satisfacias, videris.[r] Sed, ut ad rem redeam, non sum tanto ego, inquit,[5] ingenio,[v] quanto Themistocles fuit, ut[6] oblivionis artem, quam memoriæ, malim: gratiamque habeo Simonidi[w] illi Ceo,[7] quem primum ferunt artem memoriæ protulisse. 352. Dicunt enim, cum cœnaret Crannone[x][8] in Thessalia[y] Simonides apud Scopam, fortunatum hominem, et nobilem, cecinissetque id carmen,[9] quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa, poëtarum more, in Castorem[z] scripta et Pollucem fuissent, nimis illum sordide Simonidi dixisse, se dimidium ejus ei, quod pactus esset, pro illo[10] carmine, daturum; reliquum a suis Tyndaridis,[a] quos æque laudasset, peteret, si ei videretur. 353. Paulo post esse ferunt[11] nuntiatum Simonidi, ut prodiret: juvenes stare ad januam

[p] *Tam erit magnum et copiosum quam volueris.*
[q] *Nihil dissimulare ac reticere.*
[r] *Vide an non id ægre laturi sint Cæsar et Calulus.*

3 *Jam istud* Schutz. Mox, Lamb. omittit *ego.*—4 Guelf. 1. *si dissimulare.*—5 Ed. s. l. et a. omittit *ego;* Guelf. 1. omittit *inquit;* unde Schutz. conj. *non sum tanto equidem ingenio.*—6 Particula *ut* deest in Erl. 1. Mox, pro *memoriæ,* Vet. ap. Steph. habet *recordationis.*—7 Ita Lamb. 1566. *Ceio* margo Lamb. 1584. et Grut. *Chio* Guelf. 1. 2. 3. Erl. 1. et Junt.—8 *Cranone* Man. Lamb. Schutz. *Crannone* Junt. Grut. *Cramone* al. Vid. Drakenb. ad Liv. XXXVI. 10.—9 Guelf. 2. *illud carmen.*—10 Lamb. *ejus, quod p. esset, ei pro.*—11 Erl. 1. *ferunt esse.* Mox, *ad januas* Guelf. 1. Actutum, pro *duos,* Erl. 1.

NOTÆ

[v] *Ingenio*] Ingenium hic sumit pro memoria, quam inferius partem ingenii vocat.

[w] *Simonidi*] Simonides poëta lyricus oriundus ex Cea, quæ maris Ægæi insula Eubœam inter et Bœotiam sita est, floruit, Eusebio teste, Olymp. LXI. annis ante Chr. 535. Perperam variis in edd. habetur *Simonidi illi Chio.*

[x] *Crannone*] Crannon, ut ait Bellonius, nunc dicitur *Ceres.*

[y] *Thessalia*] Quæ Græciæ regio hodie vocatur *Cemenolitari.*

[z] *Castorem*] Castor et Pollux, gemini fratres, Ledæ filii, quorum alterum ex Jove suscepit, poëtarum fabulis celebres.

[a] *Tyndaridis*] A Tyndaro Œbaliæ rege, conjuge Ledæ, appellati sunt Tyndaridæ Pollux et Helena, exclusi ex ovo quod ex Jove Leda conceperat; item Castor et Clytæmnestra, ex altero ovo exclusi, quod eadem ex Tyndaro conceperat.

duos quosdam, qui eum magnopere evocarent: surrexisse illum,[12] prodisse, vidisse neminem: hoc interim spatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse: ea ruina ipsum oppressum cum suis interiisse:[13] quos cum humare vellent sui, neque possent obtritos internoscere ullo modo,[14] Simonides dicitur ex eo, quod meminisset, quo eorum loco quisque cubuisset,[s] demonstrator uniuscujusque sepeliendi fuisse. Hac tum re admonitus invenisse fertur, ordinem esse maxime, qui memoriæ lumen afferret. 354. Itaque iis, qui hanc partem ingenii exercerent,[15] locos esse capiendos, et ea, quæ memoria tenere vellent, effingenda animo, atque in his locis collocanda; sic fore ut ordinem rerum locorum ordo conservaret:[16] res autem ipsas rerum effigies[t] notaret, atque ut locis pro cera,[b] simulacris pro literis uteremur. LXXXVII. 355. Qui sit autem oratori memoriæ fructus, quanta utilitas, quanta vis, quid me attinet dicere? tenere quæ didiceris in accipienda causa,[u] quæ ipse cogitaris? omnes fixas esse in animo sententias? omnem descriptum[1] verborum apparatum? ita audire vel eum, unde discas,[v 2] vel eum, cui respondendum sit, ut illi

[s] *Accubuisset mensæ.* [t] *Imago rerum animo efficta.*
[u] *Quæ tibi tradiderit is qui causam tibi suam defendendam dedit.*
[v] *A quo sis delectus ad dicendum.*

habet *duo.* Dein, Guelf. 1. *magno opere vocarent;* Erl. 1. Guelf. 2. 3. *magnopere vocarent.*—12 Guelf. 2. 3. Junt. Man. Grut. *surrexisse illum ipsum.* 'Delevi vocem vulgatam *ipsum* post *illum* auctoritate codd. Joan. Wag. Cant. et Harl. 1. item edd. Steph. et Lamb.' *Pearc.* *ipsum* deest etiam in Erl. 1. —13 *Concidisse earum ipsum cum cognatis oppressum suis interiisse,* Erl. 1. *cum cognatis suis* Guelf. 2. 3. *interisse* Guelf. 1. 2. 3.—14 Lamb. *ullo modo internoscere.* Paulo post, *eorum quisque loco* Erl. 1. Actutum *recubuisset* Lamb.—15 Guelf. 2. 3. *exercent.* Mox, *quæ maxime memoria* Omnib. Actutum, *effigenda* Guelf. 1. *effugienda* Guelf. 2. Dein, *in iis locis* Erl. 1.—16 Ed. s. l. et a. et Omnib. *servaret.* Mox, Guelf. 1. et Erl. 1. *effigie.* Tum *atque in locis* Guelf. 1. *utemur* Guelf. 2.

CAP. LXXXVII. 1 Guelf. 1. *omne scriptum.*—2 Ita codd. et edd. vett. *unde dicas* Junt. Crat. Lamb. Grut. Paulo post, *cui ex contrario respondendum* Guelf. 3. *scribere non mediocris, sed boni laus oratoris videtur* ed. s. l. et a.

NOTÆ

[b] *Pro cera*] In tabulis cera obductis scribere solebant Romani: certa loca animo designata, v. g. ædes, templum, porticus, &c. erunt nobis pro tabulis et papyro: rerum imagines, v. g. pugna, funus, statua, &c. erunt pro literis et characteribus.

non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere? Itaque soli, qui memoria vigent, sciunt, quid, et quatenus, et quomodo dicturi sint,[3] quid responderint, quid supersit: iidemque multa ex aliis causis aliquando a se acta, multa ab aliis audita meminerunt. 356. Quare confiteor equidem, hujus boni, naturam esse principem,[w] sicut earum rerum, de quibus ante locutus sum, omnium: sed hæc ars tota dicendi,[4] sive artis imago quædam est[x] et similitudo, habet hanc vim, non ut totum aliquid, cujus in ingeniis nostris pars nulla sit, pariat[5] et procreet, verum ut ea, quæ sunt orta jam in nobis et procreata, educet atque confirmet. 357. Verumtamen neque tam acri memoria fere quisquam est, ut, non dispositis notatisque rebus, ordinem verborum aut sententiarum[6] complectatur:[y] neque vero tam hebeti, ut nihil hac consuetudine et exercitatione adjuvetur. Vidit enim hoc prudenter sive Simonides, sive alius quis[7] invenit, ea maxime animis effingi[z] nostris, quæ essent a sensu tradita atque impressa acerrimum autem ex omnibus nostris sensibus esse sensum videndi: quare facillime animo teneri posse ea, quæ[8] perciperentur auribus aut cogitatione, si etiam oculorum commendatione animis traderentur; ut res cæcas, et ab aspectus judicio remotas,[a] conformatio quædam, et imago, et figura ita notaret, ut ea quæ cogitando complecti non pos-

[w] *Principium.* [x] *Sive hæc ars est, sive quid arti simile.*
[y] *Nemo fere est qui possit animo tenere ordinem verborum aut sententiarum, nisi prius disposuerit certis locis, ac certis imaginibus res notarit.*
[z] *Inhærere.* [a] *Res obscuras, quæque cerni nequeunt.*

videamur scribere Guelf. 1.—3 Vulgo ante Pearc. *dicturi sunt;* Norf. Bod. Bal. Wag. Mead. Harl. 1. 2. Nov. Mag. et Joan. cum edd. Manut. Lamb. et recentt. *dicturi sint.* Actutum *cui responderint* Guelf. 1. et Schutz. Tum, *eidem quæ multa* Erl. 1.—4 Muret. conj. *discendi.* Mox, *et similitudo est* Erl. 1. et Lamb.—5 Guelf. 2. *cujus ingeniis nostris pars nulla pareat;* Erl. 1. *cujus ingeniis nostris pars nulla pariet.*—6 Erl. 1. Guelf. 1. *aut hominum aut sententiarum;* Mag. *et sententiarum;* Venet. et Mediol. *atque sententiarum.* Mox, *a consuetudine* Guelf. 1.—7 Guelf. 2. *aliis quisque;* et sic conj. Benedict. Mox, *animis affigi* Crat. Lamb. Pearc. Schutz. *animis affingi* codd. aliquot ap. Le Clerc. *animis effingi* codd. plerique, Guelf. 1. 2. 3. Erl. 1. Junt. Man.—8 Erl. 1. *posse si ea quæ;* Guelf. 1. *tenere posse;* Guelf. 1. *si ea, quæ perciperentur .... etiam.* Mox, Erl. 1. *cogitatione etiam commendatione oculorum.*

semus,[9] intuendo quasi teneremus.[b] 358. His autem formis[c] atque corporibus, sicut omnibus, quæ sub aspectum veniunt,[c] [10] admonetur memoria nostra atque excitatur: sed locis opus est: etenim corpus intelligi sine loco non potest: quare ne in re nota et pervulgata multus et insolens sim,[d] [11] locis est utendum multis, illustribus, explicatis, modicis intervallis;[e] imaginibus autem agentibus,[f] [12] acribus, insignitis,[g] quæ occurrere, celeriterque percutere animum possint. Quam facultatem et exercitatio dabit; ex qua consuetudo gignitur; et similium verborum[d] conversa[13] et immutata casibus, aut traducta ex parte ad genus notatio, et unius verbi imagine, totius sententiæ informatio,

[b] *Adeo ut quæ vix effingimus cogitatione, illa ipsa certis imaginibus notata quasi videremus.*

[c] *Illæ imagines et formæ corporeæ animo effictæ debent aliquo in loco collocari.*

[d] *Ne multa dicam et longius repetita.*

[e] *Multis in locis illæ imagines ponendæ sunt, neque hæc loca a se invicem distare admodum debent, neque intricata et impedita esse.*

[f] *Non quietis et immotis.*

[g] *Vehementer animum impellentibus, et quæ aliquid insigne habeant.*

Guelf. 1. *manibus traderentur.*—9 Junt. Crat. Man. Schutz. Orell. *complecti vix possemus;* Lamb. *vix complecti possemus;* Grut. *complecti non possemus.* —10 *His autem formis, sicut omnibus corporibus, quæ sub asp. veniunt, sedes opus est* conj. Schutz. *His autem ... asp. veniunt, sedes opus est* Ald. Junt. Man. Grut. *sicut omnibus rebus* Lamb. *quæ sub asp. veniunt, memoria nostra movetur atque excitatur, sed locis opus est* Steph. Lamb. *quæ sub asp. veniunt si opus est* Guelf. 1. *q. s. a. veniunt, sed opus est* Erl. 1. et Guelf. 2. *q. s. a. veniunt, sed locis opus est* Guelf. 3.—11 Guelf. 2. *quare in re nota et pervulgata ne multus et i. sim.*—12 Ed. s. l. et a. et Omnib. *ingentibus.* Paulo ante Guelf. 1. habet *illustribus et explicatis.* Mox, *celeriter occurrere, celeriterque percutere* Lamb.—13 Ita Lamb. ita quoque Erl. 1. et Steph. omisso tamen *et* ante v. *similium.* Junt. et Crat. habent *similium v. conservata;* Manut. *et si-*

NOTÆ

[c] *His autem formis*] De memoria artificiali consule notas ad l. I. de Orat. § 157.

[d] *Similium verborum*] Dabit facultatem ad recordandum notatio et animadversio verborum similium, quorum unum alterius memoriam revocabit propter similitudinem: meminisse vis hominis qui vocatur Leo? leonem feram animo effinge. Memoriam item excitat casuum in iisdem verbis varietas, ut pisum legumen et Piso vir consularis. Necnon verba quæ partem significant totum exhibebunt, ut cicer Ciceronem, lac Lactantium: species genus repræsentabit, ut canis animal. Denique unius verbi imagine totius sententiæ recordatio recurrit. Imago terræ menti impressa revocare poterit versum hunc integrum, 'Terra malos homines nunc educat atque pusillos.'

pictoris[e] cujusdam summi[14] ratione et modo, formarum varietate locos distinguentis. LXXXVIII. 359. Sed verborum memoria,[f] quæ minus est nobis necessaria, majore[1] imaginum varietate distinguitur:[h] multa enim sunt verba, quæ, quasi articuli, connectunt membra orationis, quæ formari similitudine nulla possunt: eorum fingendæ[2] nobis sunt imagines, quibus semper utamur. Rerum memoria propria est oratoris: eam[3] singulis personis bene positis notare possumus, ut sententias imaginibus, ordinem locis comprehendamus.[i] 360. Neque verum est, quod ab inertibus dicitur, opprimi memoriam imaginum pondere, et obscurari etiam id, quod per se natura tenere[j] potuisset.[4] Vidi enim ego summos homines,[5] et divina prope memoria, Athenis Charmadam,[6] in Asia, quem vivere hodie aiunt,

[h] *Ad retinenda verba opus est majori varietate imaginum.*
[i] *Ut innotescat nobis ordo singularum sententiarum, illarum imagines certis locis inter se ordinatis oportebit affigere.* [j] *Complecti memoria.*

milium v. conservata. Mox, *ut traducta* Guelf. I.—14 Guelf. 1. et Erl. 1. *summa,* probante Ernestio.

CAP. LXXXVIII. 1 Erl. 1. *majorum.* Mox, verb. *distinguitur* suspectum est Schutzio, qui conj. *definitur;* Harles. malit *designatur.*—2 Guelf. 1. *similitudine eorum nulla possunt, fingendæ.* Dein in Erl. 1. et Omnib. legitur *sunt nobis imagines.*—3 Schutz. e conjectura, et Harles. *eas.*—4 Guelf. 2. 3. *natura ipsa tenere potuisset.*—5 Erl. 1. *homines summos.*—6 Ita Erl. 1. Guelf. 3. et

NOTÆ

[e] *Pictoris*] In iis omnibus magnam varietatem oportebit adhibere, pictoremque optimum imitari, qui ne confundantur personæ et res quas in variis tabellæ unius locis pingit, eas magna varietate distinguit et alias ab aliis secernit.

[f] *Verborum memoria*] Quintilian. XI. 2. artificialem hanc verborum memoriam non immerito explodit: 'Nam quomodo,' inquit, 'poterunt copulata fluere, si propter singula verba ad singulas formas respiciendum erit? Quare et Carneades et Scepsius Metrodorus, quos Cicero dicit usos hac exercitatione, sibi habeant sua: nos simpliciora tradamus.' Paulo post quæ memoriæ maxime conducant, suggerit: 'In iis quæ scripsimus complectendis multum valent prope solæ divisio et compositio. Nam qui recte diviserit, nunquam poterit in rerum ordine errare ... Etiam quæ bene composita erunt, memoriam serie sua ducent. Nam sicut facilius versus ediscimus quam prosam orationem; ita prosam vinctam quam dissolutam ... Si quis tamen unam maximamque a me artem memoriæ quærat, exercitatio est et labor, multa ediscere, multa cogitare, et (si fieri potest) quotidie, potentissimum est. Nihil æque vel augetur cura, vel negligentia intercidit.'

Scepsium [g] Metrodorum, quorum uterque, tanquam literis in [7] cera, sic se aiebat imaginibus in iis locis, quos haberet, quæ meminisse vellet, perscribere. Quare hac exercitatione non eruenda [k] memoria est, si est nulla [8] naturalis: sed certe, si latet, evocanda [l] est.

361. Habetis sermonem bene longum hominis, utinam non impudentis; illud quidem certe [9] non nimis verecundi; qui quidem, tum te, Catule, tum etiam L. Crasso audiente, [*p.* 142.] de dicendi ratione tam multa dixerim: nam istorum ætas minus me fortasse movere debuit: sed mihi ignoscetis profecto, si modo, quæ causa me ad hanc insolitam mihi loquacitatem impulerit, acceperitis. LXXXIX. 362. Nos vero, inquit Catulus, (etenim pro me hoc, et pro meo fratre [m] respondeo,[1]) non modo tibi ignoscimus, sed te diligimus, magnamque tibi habemus gratiam: et cum humanitatem et facilitatem agnoscimus tuam, tum admiramur istam scientiam, et copiam. Equidem etiam hoc [2] me assecutum puto, quod magno sum levatus errore, et illa admiratione liberatus, quod multis cum aliis semper admirari solebam, unde esset illa tanta tua in causis divinitas: [n] nec enim te ista attigisse arbitrabar, quæ diligentissime cognosse, et undique collegisse, usuque doctum partim correxisse video, partim [3] comprobasse. 363. Neque eo

[k] *Per vim artemque comparanda.* [l] *Excitanda.* [m] *Julio.*
[n] *Divina et admirabilis eloquentia.*

sic e conjectura Salmasii Exerc. Plin. p. 50. et Jonsii in Hist. Philos. II. 14. jam rescripsit Gronov. *Charmidam* Grut. *Carneadem* Junt. et Lamb.—7 Guelf. 1. *tanquam in literis.* Mox, Erl. 1. *se alebat.* Tum, *in his locis habere, quæ meminisse* Guelf. 1.—8 Vet. ap. Steph. Victor. et Mannt. *est ulla.*—9 Ita codd. cum Junt. Lamb. Grut. *illud certe* volebat Schutz. *illum quidem certe* Mull. *illud quidem* delendum censebat Ernesti. Mox, pro *tum,* plerique codd. etiam Regii, item Junt. Lamb. Grut. Schutz. Orell. habent *cum.*

CAP. LXXXIX. 1 Guelf. 1. et ed. s. l. et a. *spondeo.* Mox, pro *etenim,* Erl. 1. habet a m. pr. *etiam.* Tum, *et cum humanitate facilitatem* Guelf. 1.—2 *Equidem hoc* Junt. Crat. Man. Mox, verba *quod m. c. a. s. a. solebam* suspecta erant Schutzio. *cum alii* Erl. 1. Dein *tua tanta* Lamb.—3 Erl. 1. et Guelf. 1. *par-*

NOTÆ

g *Scepsium*] Oriundum ex Scepsi, quæ urbs, si credimus Ptolemæo, est in Mysia Minore; si Stephano, in Troade.

minus eloquentiam tuam, et multo magis[4] virtutem et diligentiam admiror, et simul gaudeo, judicium animi mei comprobari, quod semper statui, neminem sapientiæ laudem et eloquentiæ[5] sine summo studio, et labore, et doctrina, consequi posse. Sed tamen[6] quidnam est id, quod dixisti, fore, ut tibi ignosceremus, si cognossemus, quæ te causa in sermonem impulisset? Quæ est enim alia causa, nisi quod nobis, et horum adolescentium studio, qui te attentissime audierunt, morem gerere voluisti? 364. Tum ille, Adimere, inquit, omnem recusationem[7] Crasso volui, quem ego paulo sciebam, vel pudentius, vel invitius, (nolo enim dicere de tam suavi homine fastidiosius,) ad hoc genus sermonis accedere. Quid enim poterit dicere? consularem se esse[8] hominem et censorium? eadem nostra causa est. An ætatem afferet? quadriennio minor est. An se nescire?[9] quæ ego sero, quæ cursim arripui, quæ subsicivis operis,[h] (ut aiunt,) iste a puero, summo studio, summis doctoribus. Nihil dicam de ingenio, cui par nemo fuit: etenim me dicentem[10] qui audierit, nemo unquam tam sui despiciens[11] fuit, quin speraret aut melius, aut eodem modo se posse dicere: Crasso dicente, nemo tam arrogans, qui similiter se unquam dicturum esse confideret. Quamobrem, ne frustra hi tales viri venerint, te aliquando, Crasse, audiamus. XC. 365. Tum ille, Ut ita ista esse[1] concedam, inquit,

tem ... partem.—4 Schutzio aptius videtur, *sed multo magis.*—5 Lamb. *sapientiæ et eloquentiæ laudem.* Actutum, Guelf. 1. *sine summo juditio studio.*—6 Particula *tamen* deest in Guelf. 1. Mox, *quidnam est quod dixisti* ex uno codice Schutz. *quod tu dixisti* Guelf. 2. *quid est, quod dixisti* conj. Heusinger. *ignoscerem, si cognoscem* Erl. 1. Paulo post, *in hunc sermonem* Lamb.—7 Steph. et Lamb. *excusationem.* Mox, *paulo ante sciebam* Erl. 1. Actutum, *vel prudentius* Vet. ap. Steph. et Lamb.—8 Verbum *esse* deest in Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3.—9 *An se hæc nescire* Mead. Harl. 1. Guelf. 2. 3. Erl. 1. Lamb. Steph. Mull. Orell. et Nonius in v. 'Subsicivum.' Mox, *succisivis* Streb. *subcivisi* Erl. 1. Pith. Memm. Guelf. 1.—10 Erl. 1. *etenim dedicentem.*—11 Erl. 1. *unquam desipiens.* Mox, Guelf. 2. 3. *qui desperaret;* Guelf. 1. *qui speraret.* Paulo post, *quin similiter* Erl. 1.

CAP. XC. 1 *Ut ita esse,* omisso *ista,* Guelf. 1. Actutum, *inquit concedam*

NOTÆ

[h] *Subsicivis* [*succisivis*] *operis*] Operæ succisivæ fiunt iis temporibus quæ a gravioribus negotiis vacua sunt, iis horis quæ quasi succiduntur ex occupationibus necessariis.

Antoni, quæ sunt longe secus, quid mihi tu tandem hodie, aut cuiquam homini, quod dici possit, reliquisti? Dicam enim vere, amicissimi homines, quod sentio: sæpe ego [2] doctos homines; quid dico sæpe? immo nonnunquam: sæpe enim, qui potui, qui puer in forum [3] venerim,[o] neque inde unquam diutius, quam quæstor abfuerim?[p] sed tamen audivi, ut heri dicebam, et Athenis cum essem, doctissimos viros, et in Asia istum ipsum Scepsium [4] Metrodorum, cum de his ipsis rebus disputaret: neque vero mihi quisquam copiosius unquam visus est, neque subtilius in hoc genere dicendi, quam iste hodie, esse versatus: quod si esset aliter, et aliquid intelligerem ab Antonio prætermissum, non essem tam inurbanus, ac pæne [5] inhumanus, uti eo gravarer,[q] quod vos cupere sentirem. 366. Tum Sulpicius, An ergo, inquit, oblitus es, Crasse, Antonium ita partitum esse tecum, ut ipse instrumentum [i] oratoris exponeret, tibi ejus distinctionem atque ornatum [6] relinqueret? Hic ille, Primum, quis Antonio permisit, inquit, ut et partes faceret, et, utram [7] vellet, prior ipse sumeret? deinde, si ego recte intellexi, cum valde libenter audirem, mihi conjuncte est visus de utraque re dicere. Ille vero, inquit Cotta, ornamenta orationis non attigit, neque eam laudem, ex qua elo-

[o] *Quo enim modo potuissem illos sæpe audire otiose disputantes de arte oratoria, cum forensibus causis et negotiis occupatus semper fuerim?*
[p] *Quam quo tempore quæstor fui.* [q] *Id facere nollem.*

Erl. 1. Mox, *valde secus* Guelf. 1. et Erl. 1. Tum in iisdem, *quid mihi tandem*, omisso pronomine *tu*. Denique *quiquam homini* Erl. 1. *homini* deest in Guelf. 2. *dici posset* malit Harles.—2 Pronomen *ego* deest in Erl. 1. et Guelf. 1. Mox, *immo nunquam* Guelf. 1. *immo vero nunquam* Guelf. 3. al. ap. Orell. Steph. Lamb.—3 Erl. 1. *quique in forum*, omisso *puer*. Mox, in eodem *nec inde*. Tum, *questor affuerim* Erl. 1. et Guelf. 1. 2.—4 *Asia ipsum Sepsium* Guelf. 2. Mox, *de his istis rebus* Erl. 1.—5 Erl. 1. *et pene*. Idem codex mox, Guelf. 1. et sex ap. Pearc. *ut in eo gravarer;* Guelf. 2. *uti ego gravarer.*—6 Erl. 1. et Guelf. 1. *atque exornatum.*—7 Omnib. *ut partes faceret, ut utram;* Erl. 1. *inquit mei partes facere*, omissis vocc. *et utram v. p. i. sumeret.* Mox,

NOTÆ

[i] *Instrumentum*] Instrumentum oratoris hic vocatur quod adhibetur ad docendum, conciliandum, et movendum. Hæc sibi sumserat Antonius explicanda, quæ Crasso expolienda et exornanda reliquerat.

quentia nomen ipsum invenit.[8] Verba igitur, inquit Crassus, mihi reliquit Antonius, rem ipse sumsit. 367. Tum Cæsar, Si, quod difficilius est, id tibi[9] reliquit, est nobis, inquit, causa, cur te audire cupiamus; sin, quod facilius, tibi causa non est, cur recuses. Et Catulus, Quid, quod dixisti, inquit, Crasse, si hic[10] hodie apud te maneremus, te morem nobis esse gesturum, nihilne ad fidem tuam putas pertinere?[r][11] Tum Cotta ridens, Possem tibi, inquit, Crasse, concedere:[s] sed vide,[12] ne quid Catulus attulerit religionis:[t] opus hoc censorium est:[u] id autem committere, vide[13] quam sit homini turpe censorio.[v] Agite vero, ille inquit,[14] ut vultis: sed nunc quidem, quoniam id temporis est, surgendum censeo, et requiescendum: post meridiem, si ita vobis est commodum, loquemur[15] aliquid, nisi forte in crastinum differre mavultis. Omnes se vel statim, vel, si ipse post meridiem mallet, quamprimum tamen audire velle dixerunt.

[r] *Nonne putas te promissi religione teneri?* [s] *Ut nihil diceres.*
[t] *Ne quid injecerit tibi scrupuli propter promissi religionem ac sanctitatem quam nefas est violare.*
[u] *Est censoris id videre, ne quid contra religionem peccetur.*
[v] *Qui censor fuerit, qualis tu ipse es.*

deinde ego si recte in eodem cod.—8 Erl. 1. *mihi conjuncte est visus. Cotta. De utraque vero inquit, ornamenta orationis non attigit: neque . . . nomen suum invenit;* Steph. et Lamb. etiam *nomen suum;* Schutz. conj. *ipsa suum.*— 9 Erl. 1. et Guelf. 1. *si quid difficilius est tibi;* Guelf. 3. *si quod facilius est id tibi.* Mox, *inquit* deest in Erl. 1.—10 Voc. *hic* deest in Erl. 1. et Guelf. 1. Postea in Erl. 1. legitur *manerem.* Dein in eodem cod. post *morem* additur *nobis.*—11 Erl. 1. *nihilne ad fiduciam tuam putas pertinere;* sed a m. sec. suprascriptum est *fidem.* Guelf. 2. 3. Schutz. Harles. omittunt *tuam,* probante Hensingero. Id uncis inclusit Orell.—12 Guelf. 2. 3. *sed vides.* Mox, *hoc opus c. est* Erl. 1.—13 Ita Junt. Crat. Man. *vides* Erl. 1. Guelf. 1. Schutz. Orell. *vide, quam homini censorio conveniat* Steph. et Lamb. 'Estque egregia plane lectio; ironiam glossatores explicasse videri possunt vulgata. Sed vereor, ne conjecturæ duntaxat debeatur, qua quis suppleverit lectionem e cod. Erl. 1. notatam, *vides, quam homini censorio,* omisso verbo.' *Orell.*— 14 *Agite vero inquit* Erl. 1. sed supra *inquit* scriptum est a m. sec. *Crassus,* et omissum τὸ *ille,* quod etiam deest in Guelf. Mox, *quoniam est id temporis* Erl. 1. et Guelf. 1. 2. 3.—15 Guelf. 1. *loquar.* Mox, *nisi forte me in crastinum* Guelf. 2. 3. Junt. Crat. Camer. Paulo post, *vel post meridiem, si ipse mallet* Lamb. *meridiem* deest in Erl. 1.

M. TULLII CICERONIS

DE ORATORE

LIBER III.

I. 1. Instituenti mihi, Quinte frater, eum sermonem referre, et mandare huic tertio libro, quem, post Antonii disputationem, Crassus habuisset, acerba sane recordatio veterem animi curam molestiamque renovavit. Nam illud immortalitate dignum ingenium, illa humanitas, illa virtus L. Crassi, morte extincta subita est, vix diebus decem post eum diem, qui hoc et superiore[1] libro continetur.[a] 2. [*p.* 143.] Ut enim Romam rediit extremo scenicorum ludorum[a] die, vehementer commotus ea oratione, quæ ferebatur habita esse in concione a Philippo;[b] quem dixisse constabat, videndum sibi aliud esse[2] consilium,[b] illo

[a] *Quo die quæ disseruit de arte oratoria continentur in hoc tertio et superiore altero libro.*

[b] *Alios sibi deligendos quibuscum iniret ipse consul consilium de rep. gerenda.*

Cap. I. 1 Erl. 1. *post eum, qui eum diem, qui hoc est superiore.* Mox, *ludorum scenicorum* Guelf. 1. Erl. 1. et Lamb. Tum, *oratione ea* in iisdem codd. Deinde, *ferebatur esse habita in, &c.* Erl. 1.—2 Guelf. 1. Erl. 1. et Lamb. *esse*

NOTÆ

[a] *Scenicorum ludorum*] Ludi Romani, de quibus vide notas in l. I. de Orat. § 24. dicebantur scenici, quod in iis tragœdiæ, comœdiæ, et mimi exhiberentur, ut patet ex Epist. ad Fam. VII. 1.

[b] *A Philippo*] De gravi illa Philippum consulem inter et Drusum tribunum plebis contentione egimus in notis ad l. I. de Orat. § 24.

senatu se rempublicam gerere non posse : mane Idibus Septembris,[c] [3] et ille, et senatus frequens vocatu Drusi in curiam venit. Ibi cum Drusus multa de Philippo questus esset, retulit ad senatum de illo ipso, quod consul in eum ordinem[d] tam graviter[4] in concione esset invectus. 3. Hic,[5] ut sæpe inter homines sapientissimos constare vidi, quanquam hoc Crasso, cum aliquid accuratius dixisset, semper fere contigisset, ut nunquam dixisse melius putaretur, tamen omnium consensu sic esse tum judicatum audivi, ceteros a Crasso semper omnes, illo autem die etiam ipsum a sese superatum. Deploravit[6] enim casum atque orbitatem senatus ; cujus ordinis a consule, qui quasi parens bonus, aut tutor fidelis esse deberet, tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis :[e] neque vero esse mirandum, si, cum suis consiliis rempublicam profligasset,[f] [c] consilium senatus a republica[7] repudiaret.[g] 4. Hic cum homini et vehementi, et diserto, et inprimis forti ad resistendum, Philippo, quasi quasdam verborum faces[8]

[c] *Decimo tertio Septembris.* [d] *In senatum.*

[e] *Cujus ordinis auctoritas, quæ velut hæreditario jure a patribus accepta erat, affligeretur a consule, tanquam ab aliquo scelerato latrone, cum tamen ipse consul eam tanquam pater optimus aut fidelis tutor deberet propugnare.*

[f] *Perdidisset.* [g] *Nollet remp. senatus consiliis adjuvari.*

aliud. Mox, in eadem ed. *regere non posse.* Ed. Gothofr. et quædam aliæ *concilium.*—3 *Septembribus* Lamb. *septemlibris* Erl. 1.—4 Guelf. 1. et Erl. 1. *quod in eum ordinem consul, &c.* Particula *tam* deest in Erl. 1.—5 *Hoc* Erl. 1. *Hic sæpe* Lamb. et Mag. *Hunc sæpe* Guelf. 1. *Hic et sæpe* Guelf. 2. Paulo post, *contigisse* in eodem codice; *contigisse constabat* Guelf. 3. et Steph. Mox, *sic est tum judicatum* Manut. *audivi*, quod habent ed. s. l. et a. aliæque vett. ap. Ernesti, deest in Ald. Junt. Man. Lamb. Grut. Mull. Orell. probante Matthiæ de Anacol. p. 9. *audivimus* habet cod. Reg. 7703. ap. Le Clerc. Ceterum Schutz. totum locum ita refinxit, *Hic, quanquam hoc inter homines sapientissimos constare vidi, Crasso, cum aliquid accuratius dixisset, semper fere contigisse, ut nunquam . . . judicatum audivi.* Denique, *a se superatum* Erl. 1. et Lamb.—6 *Deploratum* Erl. 1. Idem mox, *senatus quo vis ordinis . . . tam ab aliquo predone nefario.* Pro *parens*, margo Crat. habet *patronus.*—7 Ita Ald. Junt. Lamb. Grut. *in rem publicam* unus codex ; unde *in re publica* conj. Schutz. *rei publicæ* unus Oxon. et edd. vett. *consilium rei publicæ* conj. Ernesti; *consilium senatu rep.* conj. Heusinger.—8 Lamb. *fasces.* Mox, *sed gra-*

NOTÆ

[c] *Profligasset*] Asperius dictum in Philippum, qui cum in ea causa Drusum seditionis auctorem exagitaret, bene de rep. meritus est.

admovisset,[h] non tulit ille, et graviter exarsit, pignoribusque ablatis Crassum instituit coërcere.[i] Quo quidem ipso in loco[9] multa a Crasso divinitus dicta efferebantur, cum sibi illum consulem[d] esse negaret, cui[10] senator ipse non esset. 'An tu, cum omnem auctoritatem universi ordinis pro pignore putaris,[11] eamque in conspectu populi Rom. concideris; me his pignoribus existimas posse terreri? non tibi illa sunt concidenda,[j][12] si Crassum vis coërcere: hæc tibi est excidenda[13] lingua: qua vel evulsa, spiritu ipso[k] libidinem tuam libertas mea refutabit.' II. 5. Permulta tum vehementissima contentione[1] animi, ingenii, virium, ab eo dicta esse constabat; sententiamque eam, quam senatus frequens secutus est ornatissimis et gravissimis verbis, 'Ut populo Romano[e] satisfieret, nunquam senatus neque consilium reipublicæ, neque fidem defu-

[h] *Philippi iracundiam dictis acrioribus irritasset.*

[i] *Jubendo bona Crassi fisco addici, decrevit eum mulctare, quod in consulem liberius inveheretur.*

[j] *An tu, Philippe, cum dignitatem senatvs palam ita profligaveris ac dissipaveris, quasi si esset res addicta ærario, et mulctæ loco vendenda ac diripienda, mihi terrorem injicere putas occupatis bonis meis? Illa non sunt rapienda, &c.*

[k] *Anhelitu ac flatu.*

---

viter, de conjectura Ernestii, Schutz. Tum, *vignoribus allatis* Erl. 1. *Crassus institit* Man.—9 *Quod quidem in ipso loco* Erl. 1. Mox, *ferebantur* conj. Ernesti; *esse ferebantur* Lamb.—10 'Erl. 1. *q̃m*, an *quem?*' Harles.—11 Ita Manut. et recentt. *pro pignore putares* Crat. et Lamb. *propugnare putares* unus Oxon. Victor. et Junt. Mox *concideres* Junt. Lamb. al. vett. Tum, pro *me his pign.* quod exhibent Cant. Mead. Wag. Harl. 2. tres Oxon. cum Junt. et Lamb. *meis pign.* scribit Grut.—12 Ita edd. vett. *edenda* Erl. 1. *cædenda* Guelf. 1. 2. 3. Ald. Junt. Lamb. Grut. Schutz.—13 Ita Guelf. 2. 3. Erl. 1. Ald. Junt. *incidenda* Guelf. 1. Schutz. et Harles.

CAP. II. 1 Ed. s. l. et a. *concitatione*, probante Ernesti; sed *contentione* ser-

NOTÆ

[d] *Sibi illum consulem*] Totum hoc breviter refert Val. Max. VI. 2. 'L. Pbilippus cos. adversus senatum libertatem exercere non dubitavit: nam segnitiem pro rostris exprobrans, alio sibi senatu opus esse dixit: tantumque a pœnitentia dicti abfuit, ut etiam L. Crasso, summæ dignitatis et eloquentiæ viro, id in curia graviter ferenti manus injici juberet. Ille rejecto lictore, Non es, inquit, mihi, Philippe, consul, quia nec ego quidem tibi senator sum.'

[e] *Ut pop. Romano*] Sunt verba sententiæ, quæ instar alicujus decreti ac senatusconsulti a Crasso conceptis verbis istis quæ referuntur, 'Ut populo,' &c. dicta et a senatu probata, et gravissimis ornata verbis fuit.

isse,[2] ab eo dictam: et eundem (id quod in auctoritatibus præscriptis extat) scribendo affuisse.[l] 6. Illa tanquam cycnea fuit divini hominis vox[f] et oratio, quam[3] quasi expectantes,[m] post ejus interitum veniebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset,[n] contueremur. Namque tum latus ei dicenti condoluisse,[4] sudoremque multum consecutum esse audiebamus: ex quo cum cohorruisset, cum febri domum rediit, dieque septimo lateris dolore[g] consumtus est. 7. O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, et inanes nostras contentiones![5] quæ in medio spatio[o] sæpe franguntur, et corruunt, et ante, in ipso cursu, obruuntur, quam portum conspicere potuerunt. Nam, quamdiu Crassi fuit ambitionis labore vita districta,[p] tamdiu privatis magis officiis et ingenii laude floruit, quam fructu amplitudinis, aut reipublicæ dignitate.[q]

[l] *Constabat Crassum, ut patet ex edictis a senatu factis, nomen suum cum ceterorum senatorum nominibus in extrema parte illius sententiæ scripsisse.*

[m] *Illam iterum audituri.*

[n] *Eum locum in quo postremum stetisset verba facturus in senatu.*

[o] *Cursu.* [p] *Occupata honoribus ambiendis.*

[q] *Splendore illo et auctoritate, quam obtinent homines summis honoribus perfuncti.*

vant Guelf. 1. 2. 3. et Erl. 1. et unice verum censuit Schutz.—2 Guelf. 2. *nunquam consilium reip. nec fidem defuisse.* Mox, pro *præscriptis*, quod ex edd. vett. dedit Ernesti, *perscriptis* habent Guelf. 1. 2. 3. Ald. Junt. Lamb. Grut.—3 Ita codd. item Junt. Lamb. Grut. *quem* Schutz. et Harles. Actutum, Gesner. conj. *quasi exceptantes*, prob. Kidd. in Dawes. Misc. Crit. p. 14. 'Sed hoc sensu Ciceronianum non est, ac vix Latinum.' *Orell.*—4 *Namque dum latus ejus doluisset* Guelf. 1. et Harl. 1. Paulo post, *est lateris dolore consumptus* Guelf. 2. 3. Victor. Junt. Crat. Man. Mull. Orell. *lateris est dolore consumtus* conj. Schutz.—5 Ernesti conj. *cogitationes.* Mox, *mediocri in spatio* Erl. 1. *aut*

NOTÆ

[f] *Cycnea . . . vox*] Proverbium in eos quadrat qui sub vitæ finem eloquenter disserunt. Socrates, in Phædone Platonis, cycnis proxime morituris divinandi facultatem et cantum suavissimum tribuit; de cantu consentiunt Aristoteles in Historia Animalium, aliique philosophi, quos secuti sunt celeberrimi poëtæ et Græci et Latini. Fabulæ! sexcentos vidimus, et in iis aliquos morti proximos; canentem audivimus nullum, qui morientes audivisse se diceret, neminem invenimus: ut vera sit Alexandri Myndii apud Athenæum, Plinii, Luciani, et J. C. Scaligeri sententia, qui cycni cantum commentitium putant.

[g] *Lateris dolore*] Πλευρῖτιν appellant Græci inflammationem membranæ quæ costas succingit, ortam ex contentione.

Qui autem ei annus[6] primus ab honorum perfunctione[r] aditum, omnium concessu, ad summam auctoritatem dabat, is ejus omnem spem atque omnia vitæ consilia morte pervertit. 8. Fuit hoc luctuosum suis, acerbum patriæ, grave bonis omnibus: sed ii tamen rempublicam[7] casus secuti sunt, ut mihi non erepta L. Crasso a Diis immortalibus vita, sed donata mors esse videatur. Non vidit flagrantem bello Italiam,[8 h] non ardentem invidia senatum,[i] non sceleris nefarii principes civitatis reos, non luctum filiæ,[j] non exilium generi, non acerbissimam C. Marii fugam,[k] non illam[9] post reditum ejus cædem omnium crudelissimam, non denique in omni genere deformatam eam civitatem, in qua ipse florentissima multum omnibus gloria præstitisset.

III. 9. Sed quoniam[1] attigi cogitatione vim varietatemque fortunæ, non vagabitur oratio mea longius, atque eis

[r] *Post gestos magistratus.*

ante Joan. Bodl. Cant. Mead. Harl. 1. 2. Guelf. 2. 3. Erl. 1. et ed. Rawl.— 6 Erl. 1. *annus ei.* Mox, *ad honorum perfunctionem* Guelf. 1. Paulo post, *is ei omnem, &c.* Erl. 1—7 Ita Erl. 1. Guelf. 2. 3. Junt. Lamb. Grut. et recentt. *rei publicæ,* vel *in re publica* conj. Ernesti; *re in publica* Guelf. 1. et sic conj. Heusinger. Mox, *a Dis* Erl. 1.—8 Erl. 1. et Guelf. 1. *flagrantem Italiam bello.* Acutum, *non* deest in Erl. 1.—9 Erl. 1. *non illa.* Idem codex, *cædem crudelissimam omnium;* et paulo post omittit *ipse.*

CAP. III. 1 *Et quoniam* Guelf. 1. et Erl. 1. Mox, *eis fere ipsis fere finietur viris* Guelf. 1. *his fere ipsis definietur viris* Guelf. 3. Paulo post, *suscepimus*

NOTÆ

[h] *Flagrantem bello Italiam*] Bello Sociali sive Marsico, quod tum exarsit, cum Marsi aliique Italiæ populi finitimi sperato per Drusum civitatis jure frustrati a pop. Rom. cum plerisque Italiæ populis defecerunt: dubio Marte aliquando pugnatum est, donec de iis omnino devictis triumphavit Cn. Pompeius Strabo consul, A. U. C. 665. ante Chr. 89. Florus, &c.

[i] *Ardentem invidia senatum*] Factione equitum, de qua diximus l. I. de Orat. § 24. quo tempore potentissimi quique senatores in suspicionem affectatæ tyrannidis veniebant.

[j] *Luctum filiæ*] Crassi filia nupsit Scipioni, qui Marium secutus, pulsus in exilium a Sylla, magnum uxori luctum attulit.

[k] *C. Marii fugam*] Mithridatici belli gerendi provinciam Syllæ ereptam in se transtulit Marius, ope C. Sulpicii tribuni plebis. Graviter id tulit Sylla, urbeque occupata occidit Sulpicium, Marium in fugam compulit: paulo post rediit Marius, totamque urbem rapinis ac cædibus fœdavit, A. U. C. 666. ante Chr. 88. Plutarchus, Appianus, Florus, &c.

fere ipsis definietur viris, qui hoc sermone, quem referre cœpimus, continentur. Quis enim non jure beatam L. Crassi mortem illam, quæ est [2] a multis sæpe defleta, dixerit, cum horum ipsorum sit, qui tum cum illo postremum fere collocuti sunt, eventum recordatus? Tenemus enim memoria, Q. Catulum,[3] virum omni laude præstantem, cum sibi non incolumem fortunam, sed exilium et fugam deprecaretur,[s] esse coactum, ut vita se ipse privaret.[1] 10. Jam M. Antonii [m] in his[4] ipsis rostris,[t] in quibus ille rempublicam constantissime consul defenderat, quæque censor imperatoriis manubiis [n] ornarat, positum caput illud fuit, a quo erant multorum civium [5] capita servata. Neque vero longe ab eo C. Julii caput,[o] hospitis Etrusci scelere proditum, cum L. Julii fratris capite jacuit; ut ille, qui hæc non vidit,[6] et vixisse cum republica pariter, et cum illa simul extinctus esse videatur. Neque enim propinquum suum, maximi animi virum, P. Crassum,[p] suapte in-

[s] *Cum precaretur ut sibi liceret exulare.*
[t] *In loco unde habebantur orationes ad populum.*

Erl. 1. Guelf. 1. et Vet. ap. Steph.—2 Erl. 1. *qua est.* Paulo post, idem Erl. 1. habet *qui tum illo;* Guelf. 1. *qui cum illo.*—3 *Q. Catulum* deest in Erl. 1. Idem codex mox habet *sed exitum et fugam.*—4 Erl. 1. et Guelf. 1. *in eis;* Guelf. 3. *in his rostris,* omisso *ipsis.*—5 Voc. *civium* deest in Erl. 1.—6 Er-

NOTÆ

[1] *Ut vita se ipse privaret*] Q. Catuli mortem ut minime vulgarem Valerius Maximus refert l. IX. c. 12. 'a Mario propter civiles dissensiones mori jussus, recenti calce illito, multoque igni percalefacto cubiculo se inclusum peremit: cujus tam dira necessitas maximus Marianæ gloriæ rubor extitit.' Idem tradit Appian. Bell. Civ. l. I. Tamen ignis haustu sese ludibrio hostium exemisse tradit Florus III. 21.

[m] *M. Antonii*] Marius et Cinna urbe potiti satellites ad Antonium occidendum submisere, qui ejus eloquentia deliniti districtos gladios vaginis reddiderant; cum iis digressis Antonius crudele imperium A. U. C. 667. ante Chr. 87. truculento ministerio peregit. Val. Max. VIII. 9. Appian. Plutarch. &c.

[n] *Manubiis*] 'Manubiæ appellatæ sunt pecunia a quæstore ex venditione prædæ redacta.' Gellius XIII. 24.

[o] *Julii caput*] C. et L. Julii Cæsares fratres Syllam secuti a Mario crudelissime eadem proscriptione occisi sunt, jure hospitii a Quintilio Tarquiniensi perfide violato.

[p] *P. Crassum*] Eadem belli civilis procella sæviente 'Crassi pater et filius,' inquit Florus, 'in mutuo alter alterius aspectu trucidantur.' Narrat Appianus Bell. Civ. l. I. Crassi

terfectum manu, neque collegæ sui,[q] pontificis maximi,[7] sanguine simulacrum Vestæ[r] respersum esse[8] vidit: cui mœrori (qua mente ille in patriam fuit) etiam C. Carbonis,[s] inimicissimi hominis, eodem illo die mors nefaria fuisset.[u] [9] 11. Non vidit eorum ipsorum, qui tum adolescentes Crasso se dicarant, horribiles miserosque casus. Ex quibus C. Cotta,[10] [t] quem ille florentem reliquerat, paucis diebus post mortem Crassi depulsus per invidiam tribunatu, non multis ab eo[11] tempore mensibus ejectus est e civitate. Sulpicius[u] autem, qui in eadem invidiæ flamma fuisset, quibuscum privatus conjunctissime vixerat, hos in tribunatu spoliare instituit omni dignitate: cui quidem ad summam gloriam eloquentiæ florescenti,[12] ferro erepta vita est, et pœna temeritatis non sine magno reipublicæ malo[v]

[u] *Eidem Crasso tristitiam attulisset mors Carbonis, quamvis inimici, quia patriam magis quam se amaret, ac patriæ funesta esset mors Carbonis.*

nesti conj. *viderit.*—7 Erl. 1. *maxumi.*—8 Melius videtur Schutzio, *esse* cum Lambino delere. Mox, *quo mœrore* Erl. 1.—9 Idem codex, *mors fuisset nefaria.*—10 *Ex quibus Cotta* Erl. 1.—11 Idem codex a m. pr. *ab eodem.*—12 Ita Erl. 1. Junt. Lamb. Grut. *florenti* Guelf. 3. *efflorescenti* Guelf. 2. 3. Schutz. Orell. et sic conj. Ernesti. Mox, *ferro excepta* Steph. *temeritati* e conjectura

NOTÆ

filium in fuga interemtum a patre, ne veniret in potestatem insequentium satellitum, quos effugere pater ipse cum non posset, suo se gladio transfixit: quanquam de necis modo dissentiunt historici.

[q] *Collegæ sui*] Q. Mucii Scævolæ, qui Crassi collega fuit in consulatu. Is cum adhæsisset Syllæ, Vestales amplexus aras tantum non eodem igne sepultus, jussu Marii interfectus est. Florus, Appian. et Lucan. l. II. 'Te quoque neglectum violatæ, Scævola, dextræ Ante ipsum penetrale Deæ, semperque calentes Mactavere focos: parvum sed fessa senectus Sanguinis effudit jugulo, flammisque pepercit.'

[r] *Vestæ*] Quæ fuit Saturni filia ex Ope: Vestæ colendæ dabant operam virgines, quibus credita erat cura ignis perpetui fovendi. Ejus nomen Cicero de Nat. Deor. l. I. derivat ἀπὸ τῆς ἑστίας, *a foco.*

[s] *C. Carbonis*] Non is fuit quem Crassus adolescens accusavit; eum enim veneno sibi mortem attulisse traditur in Bruto; verum ejus filius, quem triplici consulatu gesto insignem, e fuga retractum, vinctum, et quasi reum sedens pro tribunali Pompeius morti addixit: rescissum caput ad Syllam missum est. Appian. Bellor. Civ. l. I. Plutarch. &c.

[t] *C. Cotta*] De quo in notis ad l. I. de Orat. § 25.

[u] *Sulpicius*] Consule notas in l. I. Herenn. § 25.

[v] *Non sine magno reip. malo*] Sulpicius tribunus plebis Syllæ infensus

constituta. 12. Ego vero te, Crasse, cum vitæ flore, tum mortis opportunitate, divino consilio et ortum[13] et extinctum esse arbitror: nam tibi aut, pro virtute animi constantiaque tua, civilis ferri subeunda fuit crudelitas, aut, si qua te fortuna ab atrocitate mortis vindicasset, [*p.* 144.] eadem esse te funerum patriæ spectatorem coëgisset: neque solum tibi improborum dominatus, sed etiam, propter admixtam[14] civium cædem, bonorum victoria mœrori fuisset. IV. 13. Mihi quidem, Quinte frater, et eorum casus, de quibus ante dixi, et ea, quæ nosmetipsi ob amorem in rempublicam incredibilem et singularem pertulimus ac sensimus, cogitanti, sententia sæpe tua vera ac sapiens[w] videri solet, qui propter tot, tantos, tamque præcipites[1] casus clarissimorum hominum atque optimorum virorum, me semper ab omni contentione ac dimicatione revocasti.[v] 14. Sed quoniam hæc jam neque in integro[2] nobis esse possunt,[w] et summi labores nostri, magna compensati gloria, mitigantur; pergamus[3] ad ea solatia, quæ non modo sedatis molestiis, jucunda, sed etiam hærentibus, salutaria nobis esse possunt;[x] 4 sermonemque L. Crassi reliquum, ac pæne pos-

[v] *Auctor fuisti ne cum improbis contenderem.*
[w] *Non est in nostra potestate ut emendentur præterita.*
[x] *Præsenti dolore cruciantibus malis salutaria sunt remedia.*

Manut.—13 Erl. 1. *ornatum.* Paulo post, *fuit subeunda* Lamb.—14 Guelf. 1. 2. 3. *amixtam;* Erl. 1. *ammixtam.*

Cap. IV. 1 Guelf. 1. 2. et Erl. 1. *tam præcipitesque.* Mox, *hominum* suspectum Schutzio; *virorum* deleret Pearc. *clarissimorum virorum atque optimorum hominum* Guelf. 2. Codex tamen Erl. 1. tuetur vulgatam lectionem.—2 Ita Guelf. 3. Junt. Crat. Man. Basil. Schutz. Orell. *neque integro* Guelf. 1. Erl. 1. *neque integra* Cant. Mead. Harl. 2. in marg. Guelf. 2. Omnib. Leonic. Venet. 1492. Lamb. Pearc. et Harles.—3 Erl. 1. *pergam.*—4 Idem co-

NOTÆ

leges in gratiam Marii tulerat. Sylla cum exercitu Romam, ex qua paulo ante fugerat, reversus, occupavit. Sulpicius quidem in fuga occisus est; at elapsus Marius, et ex Africa revocatus, annitente Cinna consule, Syllanos vicissim proscripsit, et quos sibi senserat infestos, incredibili reip. detrimento trucidari jussit. Plutarchus, Florus, &c.

[w] *Vera ac sapiens*] Huic fratris sententiæ non semper Cicero adhæsit: quanto sibi steterit cum Antonio dimicasse, vidit sed serius, cum ab ejus satellitibus obtruncatus est.

tremum memoriæ prodamus: atque ei, etsi nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio, meritam gratiam debitamque referamus. 15. Neque enim quisquam nostrum, cum libros Platonis mirabiliter scriptos legit, in quibus omnibus[5] fere Socrates exprimitur, non, quanquam illa scripta sunt divinitus, tamen majus quiddam de illo, de quo scripta sunt, suspicatur.[6] Quod item nos postulamus non a te quidem, qui nobis omnia summa[7] tribuis, sed a ceteris, qui hæc in manus sument, ut majus quiddam de L. Crasso, quam quantum a nobis exprimetur, suspicentur. 16. Nos enim (qui ipsi[8] sermoni non interfuissemus, et quibus C. Cotta tantummodo locos ac sententias hujus disputationis tradidisset,) quo in genere orationis utrumque oratorem cognoveramus,[y] idipsum sumus[9] in eorum sermone adumbrare conati. Quodsi quis erit, qui ductus opinione vulgi, aut Antonium jejuniorem,[z] aut Crassum pleniorem[a] fuisse[10] putet, quam quomodo a nobis uterque inductus est; is erit ex iis, qui aut illos non audierint, aut judicare non possint.[11] Nam fuit uterque (ut exposui antea) cum studio atque ingenio[12] et doctrina præstans omnibus, tum in suo genere perfectus, ut neque in Antonio deesset hic ornatus orationis, neque in Crasso redundaret.

v. 17. Ut igitur ante meridiem discesserunt, paululum-

[y] *Ita loquentem facimus, eo stylo utentem, qualem in utroque fuisse ex eorum scriptis et fama cognoveramus.*
[z] *Pressiorem.* [a] *Uberiorem in dicendo.*

dex *possint*, probante Harles. Paulo post in eodem, *atque su si nequaquam.* Mox, *atque pro nostro* Guelf. 2. *ac pro nostro* Erl. 1. Denique *referam* in eodem codice.—5 Guelf. 2. 3. Victor. et Man. omittunt *omnibus.* Mox, *non* deest in Erl. 1. et Guelf. 1. *illa* deest in Erl. 1.—6 Guelf. 2. *suspicantur;* Guelf. 3. *suspicatus.*—7 Ita Cant. Bal. Mead. Wag. Harl. 1. 2. Joan. Erl. 1. Venett. Mediol. et Lamb. *summa omnia* Junt. Man. Grut. Mox, *majus ut quiddam* Erl. 1. et Guelf. 1.—8 Steph. et Lamb. *qui ipsius.*—9 Verbum *sumus* deest in Erl. 1.—10 Ita Cant. Mead. Wag. Harl. 1. 2. Joan. Bal. Nov. Bod. Mag. Erl. 1. Venet. Mediol. Lamb. Pearc. Harles. *fuisse pleniorem* Guelf. 1. 2. 3. Junt. Man. Grut. Orell. Mox, *a nobis* desunt in Erl. 1. *inductus esset* Guelf. 1.—11 Ita Cant. Lamb. Pearc. *audierit . . . possit* Guelf. 1. 2. 3. Erl. 1. aliique codd. item edd. Junt. Crat. Man. Grut. *is erit, qui aut illos non audierit . . . possit* conj. Schutz.—12 Guelf. 1. et Erl. 1. *cum studio et ingenio.* Paulo post, *hic* deest in Guelf. 1.

que requierunt, inprimis [1] hoc a se Cotta animadversum esse dicebat, omne illud tempus meridianum Crassum in acerrima atque attentissima cogitatione posuisse, seseque, qui vultum ejus, cum ei dicendum esset, obtutumque oculorum in cogitando [2] probe nosset, atque in maximis causis sæpe vidisset, tum dedita opera, quiescentibus aliis, in eam exhedram [x] venisse,[3] in qua Crassus lectulo posito recubuisset, cumque eum in cogitatione defixum esse sensisset, statim recessisse, atque in eo silentio duas horas fere esse consumtas. Deinde cum omnes, inclinato jam in pomeridianum [4] tempus die, venissent ad Crassum, Quid est, Crasse, inquit Julius, imusne sessum? etsi admonitum venimus te, non flagitatum.[b] 18. Tum Crassus, An me tam impudentem esse existimatis, ut vobis hoc præsertim [5] munus putem [c] diutius posse debere? Quinam igitur,[6] inquit ille, locus? [d] an in media sylva placet? Est enim is maxime et opacus,[e] et frigidus. Sane, inquit Crassus: etenim est in eo loco sedes huic nostro non inopportuna sermoni. Cum placuisset idem ceteris, in sylvam venitur, et ibi magna cum audiendi expectatione considitur.[7]

19. Tum Crassus, Cum auctoritas atque amicitia vestra, tum Antonii facilitas eripuit, inquit, mihi [8] in optima mea

[b] *Hoc autem non dicimus ut moleste a te postulemus quod promisisti, sed ut in memoriam tantum revocemus.*

[c] *Explicandi quæ de eloquentia supersunt dicenda.*

[d] *Quinam igitur locus, inquit Julius, nobis est eligendus?*

[e] *Umbrosus.*

Cap. v. 1 *Sub persona Cottæ. igitur ante m. d. in primis,* omissis *Ut* et *paululumque requierunt,* Erl. 1.—2 Ita Erl. 1. *in cogitationem* Guelf. 1. *in cogitandum* Guelf. 2. 3.—3 Ald. Junt. Crat. Man. Grut. *exedram venisset;* Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3. Cant. Norf. Wag. Bal. Bod. Nov. Mag. Joan. Venet. Mediol. *exhedram venisse.* Mox, *posito lectulo* Erl. 1. et Guelf. 1. Tum, *defixum in cogitatione esse* Guelf. 1. *defixum esse in cogitatione* Erl. 1.—4 Ita codd. aliquot, edd. vett. Lamb. Pearc. *postmeridianum* Junt. Man. Grut. In Erl. 1. scriptum est, *inclinato jam pomeridianum tempus devenisset ad crassum quidem: crasse inquit julus.*—5 Lamb. *præsertim hoc.* Mox, pro *debere,* Ascens. conj. *deberi,* probante Pearc. *debei* Erl. 1. *me diut. p. debere* Lamb.—6 *Quid nam igitur* Erl. 1.—7 Lamb. *considetur.*—8 Erl. 1. *tum auctoritas et amicitia*

NOTÆ

[x] *Exhedram*] Aulam, locum ubi sint cathedræ ad quietem captandam: ἕδρα Græce *sedes* est. Jul. Pollux I. 8.

causa libertatem recusandi: quanquam in partienda disputatione nostra, cum sibi de iis, quæ[9] dici ab oratore oporteret, sumeret, mihi autem relinqueret, ut explicarem, quemadmodum illa ornari oporteret; ea divisit, quæ sejuncta esse non possunt. Nam cum omnis ex re atque verbis constet oratio; neque verba sedem[10] habere possunt, si rem subtraxeris, neque res lumen, si verba semoveris. 20. Ac mihi quidem veteres illi, majus quiddam animo complexi, multo plus etiam[11] vidisse videntur,[f] quam quantum nostrorum ingeniorum acies intueri potest: qui omnia hæc, quæ supra et subter, unum esse,[y] et una vi atque una[12] consensione naturæ constricta esse dixerunt.[g] Nullum est enim genus rerum, quod aut avulsum a ceteris per seipsum constare,[h] aut, quo cetera si careant, vim suam atque æternitatem conservare possint. VI. 21. Sed si hæc[1] major esse ratio videtur, quam ut hominum possit sensu aut cogitatione comprehendi: est etiam illa Platonis[z] vera,

[f] *Videntur mihi veteres de rerum hac universitate sensisse quam nos ac vidisse præclarius.*

[g] *Summa et ima, cœlum ac terras, unum quiddam esse, cujus partes omnes sibi mutuo conjunctæ ac connexæ forent.*

[h] *Consistere ac durare.*

nostra . . . eripuit mihi, omisso *inquit*.—9 Lamb. *sibi ea quæ*. Mox, *dicendum*, vel *disserendum*, conj. Schutz. Mox, verba, *mihi autem rel. ut explicarem, quemadmodum illa ornari oporteret*, desunt in Erl. 1.—10 Ita codd. aliquot, ed. s. l. et a. Man. Lamb. Grut. *fidem* Junt. Crat. Mox *subtraxeris* suspectum Lambino.—11 Ita codd. edd. vett. Grut. *plus multo etiam* Junt. Lamb. 'Quod tamen ab iis profectum videtur, qui dactylicos hos numeros Cicerone indignos censerent. Ceterum probus hic quoque ordo, *plus multo*.' Orell.—12 Voc. *una* deest in Erl. 1.

CAP. VI. 1 Ita edd. vett. Junt. Crat. Lamb. *Sed hæc* Manut. Grut. id quod placuit Matthiæ Misc. Crit. I. 4. p. 682. Mox, *est tamen illa* conj.

NOTÆ

[y] *Quæ supra et subter, unum esse*] Quo refertur illud Platonis in Timæo: Πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα· εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔστι. *An igitur recte unum mundum dixerimus, an plures et innumerabiles dicere rectius est? Unum certe dixero, siquidem ad exemplar factus est.*

[z] *Illa Platonis*] Illa sententia desumta videtur ex Epinomide sub finem, ubi dicitur mathematicas disciplinas ab eo facile capessendas, qui ad unum intentus eas ediscere voluerit. Ἀναφανήσεται δὲ, ἄν, ὃ λέγομεν, ὀρθῶς τις εἰς ἓν βλέπων μανθάνει· δεσμὸς γὰρ πεφυκὼς πάντων τούτων εἷς ἀναφανήσεται διανοουμένοις· *Percipietur autem, si quis, quod dicimus, ad unum recte*

et tibi, Catule, certe non inaudita vox, omnem doctrinam harum ingenuarum et humanarum artium[2] uno quodam societatis vinculo contineri: ubi enim perspecta vis est rationis ejus, qua causæ rerum atque exitus cognoscuntur, mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum concentusque reperitur.[i] 22. Sed si hoc quoque videtur esse altius,[3] quam ut id nos, humi strati, suspicere possimus, illud certe tamen, quod amplexi sumus, quod profitemur, quod suscepimus, nosse et tenere debemus.[j] Una est[a] enim,[k] quod et ego hesterna[4] die dixi, et aliquot locis antemeridiano sermone significavit Antonius, eloquentia, quascumque in oras disputationis regionesve delata est.[l] 23. Nam sive de cœli natura loquitur, sive de terræ, sive de divina vi,[m] sive de humana, sive ex inferiore loco,[b] sive ex æquo, sive ex superiore,[n] sive ut impellat homines, sive ut doceat, sive ut deterreat, sive ut concitet, sive ut reflectat,[o] sive ut incendat, sive ut leniat, sive ad paucos, sive ad multos, sive inter alienos, sive cum suis, sive secum,[5]

[i] *Si quis cognoverit causas effectusque rerum singularum, reperiet doctrinas omnes quodam inter se quasi vinculo colligatas.*
[j] *Saltem non debemus artem oratoriam quam profitemur ignorare.*
[k] *Uniusmodi et ejusdem generis.* [l] *Quacumque de re disputetur.*
[m] *De rebus ad Deum et superos pertinentibus.*
[n] *Sive alloquatur superiores, sive æquales, sive inferiores.*
[o] *Concitatos mitiget.*

Pearc.—2 Guelf. 2. *omnem doctrinarum et ingenuarum et humanarum artium;* qua in lectione Schutzio placet illud, quod omittitur, *harum.* Mox, *causæ rerum exitus* Harles.—3 Erl. 1. *aliter.*—4 Lamb. *hesterno.* Paulo post, *disputationes* Erl. 1.—5 Verba *sive secum* suspecta habuit Pearc. extant tamen in omnibus codd. Erl. 1. habet, *sive ut levat . . . sive cum socys sive secum.*

NOTÆ

respiciens discat: vinculum enim esse in his omnibus unum apparebit intelligentibus. Ex ea tamen auctoritate nihil probat Crassus, ut sibi sint omnes doctrinæ uno societatis vinculo conjunctæ; certe præcepta et quæ de iis traduntur institutiones separari posse nemo negaverit.

[a] *Una est*] Iisdem elocutionis præceptis exornari potest, quodcumque sibi tractandum sumserit orator.

[b] *Ex inferiore loco*] Oratores in inferioribus subselliis dicebant ad prætores sedentes pro tribunali, ex æquo parique loco ad patres conscriptos, ex superiore ut ex rostris ad populum. *Strebæus.*

rivis est diducta oratio, non fontibus;[p] [*p.* 145.] et, quocumque ingreditur, eodem est instructu ornatuque comitata. 24. Sed quoniam oppressi jam sumus opinionibus non modo vulgi, verum etiam hominum leviter eruditorum,[q] qui, quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius divulsa et quasi discerpta contrectant; et qui, tanquam ab animo corpus, sic a sententiis verba sejungunt, quorum sine interitu fieri neutrum[6] potest;[r] non suscipiam oratione mea plus, quam mihi imponitur: tantum significabo brevi, neque verborum ornatum inveniri posse non partitis[s] [7] expressisque sententiis, neque esse ullam sententiam illustrem sine luce verborum. 25. Sed priusquam illa conor attingere, quibus orationem ornari, atque illuminari putem, proponam breviter, quid sentiam de universo genere dicendi.

VII. Natura nulla est, ut mihi videtur, quæ non habeat in suo genere res complures dissimiles inter se, quæ tamen consimili laude dignentur.[t] [c] Nam et auribus multa percipimus, quæ, etsi nos vocibus delectant, tamen ita sunt varia sæpe, ut id, quod proximum audias, jucundissimum esse videatur: et oculis colliguntur pæne innumerabiles voluptates, quæ nos ita capiunt, ut unum sensum dissimili genere delectent:[u] et reliquos sensus voluptates[1] oblectant dispares,[v] ut sit difficile judicium excellentis maxime

[p] *Eloquentia unum tantum aliquem fontem habet, unde tota varias in partes, ut rivos funditur: eadem sunt præcepta orationis in quolibet argumento.*

[q] *Servimus pervulgatis opinionibus non modo vulgi sed etiam semidoctorum.*

[r] *Cum tamen neque corpus ab anima, neque a sententiis verba sejungi possint, quin uti corpus, ita verba quasi intereant et emortua sint.*

[s] *Divisis in suas partes.* [t] *Dignæ sint.*

[u] *Ut eundem videndi sensum mira varietate rerum peræque oblectent.*

[v] *Diversi generis ac modi.*

Pro *diducta*, codd. ap. Verburg. Erl. 1. Junt. Crat. habent *deducta*.—6 Lamb. *neutrum fieri*.—7 Ita codd. omnes ap. Pearc. Junt. Lamb. *partis* conj. nescio quis ap. Pearc. et sic edidit Schutz. *repertis* conj. Lamb. *paratis* al.

CAP. VII. 1 Lamb. conj. *sensus singulos singulæ voluptates*. Actutum, *oblectent* Crat. Grut. *oblectant* Cant. Mead. Harl. 2. Erl. 1. cum edd. W. Ald.

NOTÆ

[c] *Consimili laude dignentur*] Diversi colores visum, auditum canora vox sive gravis sive acuta, gustum acria et dulcia, odoratum quam dispares odores perinde fere oblectant.

suavitatis. 26. At hoc[2] idem, quod est in naturis rerum, transferri potest etiam ad artes. Una fingendi[w] est ars, in qua præstantes fuerunt Myro,[d] Polycletus,[e] Lysippus;[f] qui omnes inter se dissimiles fuerunt; sed ita tamen, ut neminem sui velis esse dissimilem.[x] Una est ars ratioque picturæ, dissimillimique tamen[3] inter se Zeuxis,[g] Aglaophon,[h] Apelles:[i] neque eorum quisquam est, cui quicquam in arte sua deesse videatur. Et, si hoc in his quasi mutis artibus est mirandum, et tamen verum:[4] quanto admirabilius in oratione atque in lingua? quæ cum in iisdem sententiis verbisque versetur, summas habet dissimilitudines; non sic, ut alii vituperandi sint,[5] sed ut ii, quos constet esse laudandos, in dispari tamen genere laudentur. 27. Atque id primum in poëtis cerni licet, quibus est proxima cognatio cum oratoribus, quam sint inter sese Ennius, Pacuvius,[j] Acciusque[k] [6] dissimiles; quam apud Græcos Æschylus,[l]

[w] *Statuas elaborandi.*
[x] *Neminem velles non sibi constare in sua quadam sibi propria fingendi ratione.*

Junt. Man. Lamb.—2 *Ad hoc* Cant. Bod. Wag. Erl. 1. *Atque hoc* Lamb. *Et hoc* conj. Pearc. Mox, *transferri etiam potest* Erl. 1.—3 Schutz. conj. *dissimillimi tamen,* abscissa copula. Mox, *Aglophon* Erl. 1.—4 Hæc, *et tamen verum,* spuria visa sunt Goerenzio ad Acad. II. 12. 37. delerunt Schutz. et Mull.—5 Lamb. conj. *ut alii laudandi, alii vituperandi sunt;* Pearc. suspic. *ut aliqui* (vel *ulli*) *vitup.*—6 Ita Junt. et Lamb. *Attiusque* Schutz. Lapides Pi-

NOTÆ

[d] *Myro*] Lycius, insignis statuarius, Polycleti discipulus, claruit circa Olymp. XC. annis ante Chr. 420. Plin. XXXIV. 8.

[e] *Polycletus*] Qui e Sicyone orinndus floruit Olymp. LXXXVII. annis ante Chr. plus minus 430. Plin. ibid.

[f] *Lysippus*] De quo in notis ad l. IV. Herenn. § 9.

[g] *Zeuxis*] Vide notas in l. II. de Invent. § 1.

[h] *Aglaophon*] Celeberrimus pictor teste Plinio XXXV. 9. inclaruit Olymp. XC. annis ante Chr. 1520.

[i] *Apelles*] Omnes prius genitos futurosque postea pingendi arte superavit, inquit Plinius XXXV. 10. ab hoc uno pingi se jussit Alexander Magnus: celebris fuit Olymp. CXII. annis ante Chr. 330.

[j] *Ennius, Pacuvius*] De Ennio consulantur notæ in l. II. Heren. § 34. De Pacuvio dictum eodem lib. § 36.

[k] *Accius*] L. Accius poëta tragicus, auctore Eusebio, floruit Olymp. CLX. ante Chr. annis 140.

[l] *Æschylus*] Poëta tragicus, Olymp. LXXI. annis ante Chr. 496. floruit Athenis, illiusque Cynegiri frater fuit, qui in pugna Marathonia incredibili fortitudine certavit, quocum et Æschylus in acie stetit. Postea cum prædictæ sibi ruinæ metu in aperto

Sophocles,[m] Euripides,[n] quanquam[7] omnibus par pæne laus in dissimili scribendi genere tribuatur. 28. Aspicite nunc eos homines atque intuemini, quorum de facultate quærimus,[8] quid intersit inter oratorum studia atque naturas. Suavitatem Isocrates,[o] subtilitatem Lysias, acumen Hyperides,[9] sonitum Æschines, vim Demosthenes habuit: quis eorum non egregius? tamen quis cujusquam nisi sui similis? Gravitatem Africanus, lenitatem Lælius, asperitatem Galba, profluens quiddam habuit[10] Carbo et canorum: quis horum non princeps temporibus illis fuit? et suo tamen quisque in genere princeps.[y] VIII. 29. Sed quid ego vetera conquiram, cum mihi liceat uti præsentibus exemplis atque vivis? Quid jucundius auribus nostris unquam accidit hujus oratione Catuli? quæ est pura sic, ut Latine loqui pæne solus videatur, sic autem gravis, ut in singulari dignitate omnis tamen adsit humanitas ac lepos. Quid multa? istum audiens equidem[1] sic judicare soleo, quicquid aut addideris, aut mutaveris, aut detraxeris, vitiosius[2] et deterius futurum. 30. Quid noster hic Cæsar? nonne novam quandam rationem attulit orationis, et dicendi genus induxit prope singulare? Quis unquam res, præter hunc, tragicas pæne comice,[z][3] tristes remisse, severas hilare, forenses scenica[a]

[y] *Excellens.* [z] *Jucunde ac leniter.*
[a] *Qualis in theatro et scena solet adhiberi.*

saurenses ap. Oliverium utramque scripturam exhibent.—7 Lamb. *quamque.* —8 Post hæc Schutz. sine causa excidisse opinatur, *ut intelligatis.*—9 Erl. 1. *acumen ipicles.*—10 Totus hic locus, *quis eorum n. e. t. q. c. n. s. s. G. A. l. L. a. G. p. q. habuit,* deest in Erl. 1. *et tamen quis, &c.* Lamb. Mox, pro *canorum* Erl. 1. habet *canor.* Denique idem codex habet, *quis horum temporibus illis fuit, suo, &c.*

CAP. VIII. 1 Voc. *equidem* deest in Guelf. 3. Mox, prius *aut* deest in Erl. 1.—2 Orell. conj. *vitiosum id.*—3 Verba, *tragicas p. comice* suspecta sunt

NOTÆ

loco consideret, casu testudinis, quam ex aëre demisit aquila, comminutis cervicibus interiit ætatis anno 58. Suidas.

[m] *Sophocles*] Atheniensis natus est anno 2. Olymp. LXXI. ante Chr. 495. fabulas scripsit 123. et vicies quater victoriam reportavit. A Cicerone divinus poëta dicitur.

[n] *Euripides*] Vide notas in l. I. de Invent. § 94.

[o] *Isocrates*] De quo, ut de ceteris oratoribus quorum hic fit mentio, disseremus in notis ad Brutum.

prope venustate tractavit; atque ita, ut neque jocus magnitudine rerum excluderetur, nec gravitas facetiis minueretur? 31. Ecce præsentes duo prope æquales Sulpicius et Cotta: quid tam inter se dissimile? quid tam in suo genere præstans? limatus alter et subtilis, rem explicans propriis aptisque verbis:[b] hæret in causa semper, et, quid judici probandum sit, cum acutissime vidit, omissis ceteris argumentis, in eo mentem orationemque defigit. Sulpicius autem fortissimo quodam animi impetu, plenissima et maxima voce, summa contentione corporis, et dignitate motus, verborum quoque ea gravitate et copia est, ut unus ad dicendum instructissimus a natura esse videatur. IX. 32. Ad nosmetipsos[c] jam revertor: quoniam sic fuimus semper comparati, ut hominum sermonibus quasi in aliquod contentionis judicium vocaremur:[d] quid tam dissimile, quam ego in dicendo et Antonius? cum ille is sit orator, ut nihil eo possit esse præstantius; ego autem, quanquam memet mei pœnitet,[e] cum hoc maxime tamen in comparatione conjungar.[1] Videtisne, genus hoc quod sit Antonii? forte, vehemens, commotum in agendo, præmunitum et ex omni[2] parte causæ septum, acre, acutum, enucleatum, in unaquaque re commorans, honeste cedens, acriter insequens, terrens, supplicans, summa orationis varietate, nulla nostrarum aurium satietate. 33. Nos autem, quicumque[f]

[b] *Cotta scilicet erat tam exactus, ut nihil nisi quod causam spectaret, loqueretur.*

[c] *Crassum et Antonium.*

[d] *Ut homines cum de nobis loquerentur, ambigerent, contenderentque uter utri præstaret.*

[e] *Non mihi ipse satisfacio.* [f] *Quantulicumque.*

Schutzio, quamvis bis agnoscit Nonius in v. 'Remissum,' et in v. 'Hilare,' ubi *serias* pro *sereras*. Pearc. conj. *tristes hilare, severas remisse.* Paulo post, *neque gravitas* Lamb.

Cap. IX. 1 Lamb. conj. *ego,* (*quanquam me mei pœnitet,*) *cum hoc m. t. in c. conjungor.* 'Vitiosus plane est locus, nec Lambiniana lectio mihi satis placet. Legendum potius puto, *ego autem — ; quanquam memet mei pœnitet, cum ... conjungor.*' Pearc. Ernesti transpositionem a librariis factam esse suspicabatur, hoc modo reformandam, *cum ille . . . præstantius, ego, quanquam me mei pœnitet, conjungar. Quid tam d. q. e. in d. et Antonius?*—2 Erl. 1. *atque ex*

in dicendo sumus, quoniam esse aliquo in numero vobis videmur, certe tamen ab hujus [3] multum genere distamus; quod quale sit, non est meum dicere, propterea quod minime sibi quisque notus est, et difficillime de se quisque sentit: sed tamen dissimilitudo intelligi potest, et ex motus mei mediocritate, et ex eo, quod, quibus vestigiis primum institi, in iis fere soleo perorare,[g] et quod aliquanto me major in verbis quam in sententiis eligendis labor[4] et cura torquet, verentem, ne, si paulo obsoletior[h] fuerit oratio, non digna expectatione et silentio fuisse videatur. 34. Quodsi in nobis, qui adsumus, tantæ dissimilitudines,[5] tam certæ res cujusque propriæ,[i] et in ea varietate fere melius a deteriore, facultate magis quam genere distinguitur,[j] atque omne laudatur, quod in suo genere perfectum est; [*p.* 146.] quid censetis, si omnes, qui ubique sunt, aut fuerunt oratores, amplecti[k] voluerimus? nonne fore,[6] ut, quot oratores, totidem pæne reperiantur genera dicendi? Ex qua mea disputatione forsitan occurrat[l] illud, si pæne innumerabiles sint quasi formæ figuræque dicendi, specie dispares, genere laudabiles; non posse ea, quæ inter se discrepant,[7] iisdem præceptis, atque in una institutione formari. 35. Quod non est ita: diligentissimeque hoc est eis, qui instituunt aliquos,[8] atque erudiunt, videndum, quo sua quemque natura maxime ferre videatur.

[g] *Iisdem utor in peroratione argumentis ad amplificationem et ciendos motus, quibus sum usus in ipsa confirmatione.*

[h] *Negligentior et humilior.* [i] *Laudautur.*

[j] *Id quod est melius in arte dicendi ab eo quod est deterius distinguitur, non diverso genere eloquentiæ, sed majore facultate ac scieutia oratoris, qui ad hoc vel illud eloquentiæ genus animum appellit.*

[k] *In quo singuli fuerint dissimiles, explicare.* [l] *Objiciatur.*

---

omni.—3 Pearc. conj. *ab hoc.*—4 Ita Ald. Junt. Crat. Lamb. *quam in sententiis* delerunt Schutz. et Mull. uncis inclusit Orell. *me major in verbis et in sententiis eligendis quam eum labor* Man. Grut. *et in sententiis eligeudis quam labor* Vet. ap. Steph. *me major iu verbis et in sententiis eligendis labor* Le Clerc. *quam Antonium* edd. aliquot vett. et margo Crat.—5 Lamb. conj. *dissimilitudines sunt.* Erl. 1. habet, *tante dissimilitudinis causa certe res ... distinguuntur.* —6 Ita Cant. Mead. Harl. 2. Norf. Bal. Bod. Non. Mag. Guelf. 1. 2. 3. Erl. 1. Venett. et Lamb. *numne fore* Ald. Junt. Grut. Mox, pro *pæne*, Lamb. habet *fere.*—7 Ernesti conj. *discrepent.* Mox, *in* omittunt Lamb. Steph. Gryph. Streb. Notandum autem est, edd. Venet. et Mediol. exhibere, *in una dis-*

Etenim videmus, ex eodem quasi[9] ludo[m] summorum in suo cujusque genere artificum et magistrorum exisse discipulos, dissimiles inter se, attamen laudandos; cum ad cujusque naturam institutio doctoris accommodaretur. 36. Cujus est vel maxime insigne illud exemplum (ut ceteras artes omittamus) quod dicebat Isocrates, doctor singularis, se calcaribus in Ephoro,[p] contra autem in Theopompo frænis uti solere: alterum enim, exultantem verborum audacia, reprimebat, alterum cunctantem et quasi verecundantem, incitabat. Neque eos similes effecit inter se,[10] sed tantum alteri affinxit,[q] de altero limavit, ut id conformaret in utroque, quod utriusque natura pateretur. x. 37. Hæc eo mihi prædicenda[1] fuerunt, ut, si non omnia, quæ proponerentur a me, ad omnium vestrum studium, et ad genus id, quod quisque vestrum in dicendo probaret, adhærescerent,[n] id a me genus exprimi sentiretis, quod maxime mihi ipsi probaretur.

Ergo hæc et agenda sunt[o] ab oratore, quæ explicavit Antonius, et dicenda quodam modo.[2] Quinam igitur dicendi est modus melior, (nam de actione post videro,) quam ut Latine,[r] ut plane, ut ornate, ut ad id, quodcumque age-

[m] *Ex eadem schola.* [n] *Accommodata essent.*
[o] *Pronuntianda cum actionis dignitate.*

putatione.—8 Ernesti conj. *alios.*—9 Voc. *quasi* suspectum Schutzio. Mox, *diss. inter se, ac tamen* Orell. e Goerenzii cod. prob. Schutz. et Mull.—10 Guelf. 2. *neque eos inter se similes effecit;* Erl. 1. *similes fecit, &c.* Mox, Guelf. 3. *sed tantum quod alteri effinxit.* Tum, *ut id confirmaret* Erl. 1. Junt. Crat. et ed. 1584.

Cap. x. 1 Plurimi codd. *prædicunda.*—2 Ita Mead. Harl. 2. *quodammodo*

NOTÆ

[p] *Ephoro*] De quo, ut et Theopompo, dictum in notis ad l. II. de Orat. § 57.

[q] *Alteri affinxit*] Ephoro tardiori Isocrates magister stimulos admovebat; addebat aliquid, pictoris instar, qui additis ex arte coloribus tabulam perficit: contra Theopompum nimis juveniliter exsultantem frænis coërcebat, ipsi detrahebat aliquid, ut statuarius, dum materiam informem deradendo expolit, simulacrum fabricatur.

[r] *Latine*] Latina est oratio quæ barbarismum et solœcismum excludit; plana quæ dilucida; ornata quæ vel numerosa, vel figuris sive verborum sive sententiarum distincta; apta denique quæ dicentem decet.

tur, apte congruenterque dicamus? 38. Atque eorum quidem, quæ duo prima dixi,[p] rationem[q] non arbitror expectari a me, puri dilucidique sermonis: neque enim conamur docere eum dicere,[3] qui loqui nesciat; nec sperare, qui Latine non possit, hunc ornate esse dicturum: neque vero, qui non dicat, quod intelligamus, hunc posse, quod admiremur, dicere. Linquamus igitur hæc,[4] quæ cognitionem habent facilem, usum necessarium: nam alterum traditur literis, doctrinaque puerili;[r] alterum[s] adhibetur ob eam causam, ut intelligatur, quid quisque dicat: quod videmus ita esse necessarium, ut tamen eo minus nihil esse possit. 39. Sed omnis loquendi[5] elegantia, quanquam expolitur scientia literarum, tamen augetur legendis oratoribus et poëtis: sunt enim illi veteres, qui ornare nondum[6] poterant ea, quæ dicebant, omnes prope præclare locuti: quorum sermone assuefacti qui erunt, ne cupientes quidem, poterunt loqui, nisi Latine.[t] Neque tamen erit utendum verbis iis, quibus jam consuetudo nostra non utitur, nisi quando ornandi causa, parce, quod ostendam;[7] sed usitatis ita poterit uti, lectissimis ut utatur, is, qui in veteribus erit scriptis studiose et multum volutatus.[u] XI. 40. Atque, ut Latine loquamur, non solum videndum est, ut et verba[1] efferamus ea, quæ nemo jure reprehendat: et ea sic et casibus, et temporibus, et genere, et numero conservemus,[2] ut nequid perturbatum, ac discrepans, aut præposterum sit:

[p] *Ut Latine et plane loquamur.* [q] *Modum et præcepta.*
[r] *Modus Latine loquendi pueris traditur a grammaticis.*
[s] *Perspicuitas.*
[t] *Tametsi nolint bene Latine loqui, non poterunt tamen non recte loqui.*
[u] *Sæpe versatus.*

vulgg. et Erl. 1.—3 Schutz. conj. *dicere eum docere.* Mox, Lamb. conj. *speramus;* Pearc. malit *sperare est.*—4 *Linquamus hæc igitur* Erl. 1. Mox, pro *cognitionem,* quod habent Cant. Wag. Mead. Harl. 2. Bod. Nov. Erl. 1. Junt. et Lamb. *cogitationem* legitur in ed. 1584. et Grut.—5 Erl. 1. *eloquendi.*—6 Lamb. *nondum ornare.* Schutz. conj. *legendis veteribus oratoribus et poëtis: sunt enim illi, qui ornare nondum.* Mox, *sermoni assuefacti* Lamb.—7 Verba *quod ostendam* suspecta sunt Ernestio et Schutz. *quod ostenderam* habet unus Oxon. a m. sec. Mox, *ut utatur iis* margo ed. 1584.

Cap. XI. 1 Erl. 1. Lamb. et Steph. *ut verba,* omissa copula.—2 ‘Hoc corruptum utique videtur: *construemus* cod. Reg. 7753. unde exit *construamus;* ut cap. 31. in fine: *conseramus* conj. Schutz. Sed hujus maxime exempla desi-

sed etiam lingua, et spiritus, et vocis sonus est ipse moderandus. 41. Nolo exprimi literas putidius,[v] nolo obscurari[w] negligentius; nolo verba exiliter exanimata[x] [3] [s] exire, nolo inflata, et quasi anhelata[y] [t] gravius: nam de voce nondum ea dico, quæ sunt actionis; sed hoc, quod mihi cum sermone quasi conjunctum videtur. Sunt enim certa vitia, quæ nemo est, quin effugere [4] cupiat; mollis vox, ut muliebris, aut quasi extra modum absona[z] atque absurda. Est autem vitium, quod nonnulli de industria consectantur. 42. Rustica vox et agrestis quosdam delectat, quo magis antiquitatem, si ita sonet, eorum sermo retinere videatur: ut tuus, Catule, sodalis, L. Cotta, gaudere mihi videtur gravitate [5] linguæ,[a] sonoque vocis agresti, et illud, quod loquitur, priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum. Me autem tuus sonus[b] et suavitas [6] ista delectat; omitto verborum, quanquam est caput;[c] verum id affert ratio, docent literæ, confirmat consuetudo et legendi et loquendi; sed hanc dico suavitatem, quæ exit ex ore: quæ quidem, ut [7] apud Græcos, Atticorum, sic, in Latino sermone, hujus est urbis maxime propria. 43. Athenis jam diu doctrina ipsorum Atheniensium interiit: domicilium

[v] *Molestius ac scrupulosius.* [w] *Obscura voce efferri.*
[x] *Molli et quasi fœminea voce prolata.*
[y] *Magno et oris et pectoris conatu pronuntiata.*
[z] *Contenta plus justo.* [a] *Tarda asperitate linguæ.*
[b] *Tua pronuntiandi ratio.*
[c] *Nihil dico de suavitate verborum, licet sit præcipua.*

dero Ciceroniana.' *Orell.*—3 Ita Erl. 1. aliique codd. nisi quod unus Oxon. et Crat. habent *examinata;* Schutz. de conjectura Ernesti dedit *exiliter animata;* Schneider. conj. *exilia et quasi exanimata,* cum *quasi* ante v. *anhelata* absit ab ed. s. l. et a.—4 Erl. 1. *qui effugere.* Mox, idem codex *aut muliebris.* Schutz. observat, quasdam edd. habere *mollis vox atque muliebris;* unde forsan legere aliquem malle suspicatur *mollis vox et muliebris.* Tum *obsona* Erl. 1.—5 Pearc. conj. *pravitate.*—6 Ita Crat. Man. Lamb. Grut. *et subtilitas* Erl. 1. Regii omnes, Streb. Junt. Steph. Mox, *ratio, quam docent* suspic. Schutz. *verum id docent literæ, affert ratio* conj. Censor Jenens.—7 Erl. 1. *quidem,*

NOTÆ

[s] *Exiliter exanimata*] Qualia sunt eorum qui, ut loquar cum Persio, 'tenero supplantant verba palato.'

[t] *Anhelata*] Catullus lepide ridet nescio quem Arium hoc vitio laborantem, qui 'Chommoda dicebat, si quando commoda vellet Dicere, et hinsidias Arius insidias,' &c.

tantum in illa urbe remanet studiorum, quibus vacant[u] cives,[d] peregrini fruuntur, capti quodammodo nomine urbis et auctoritate: tamen eruditissimos homines Asiaticos[v] quivis Atheniensis indoctus, non verbis, sed sono vocis, nec tam bene, quam suaviter loquendo, facile superabit. Nostri minus student literis, quam Latini:[e] tamen ex istis, quos nostis, urbanis,[f] in quibus minimum est literarum, nemo est, quin literatissimum togatorum omnium,[g] Q. Valerium Soranum,[w] [8] lenitate vocis atque ipso oris pressu et sono[h] facile vincat. XII. 44. Quare cum sit quædam certa vox Romani generis urbisque propria, in qua nihil offendi,[i] [1] nihil displicere, nihil animadverti[2] possit, nihil sonare aut olere peregrinum; hanc sequamur: neque solum rusticam asperitatem, sed etiam peregrinam insolentiam[j] fugere discamus. 45. Equidem cum audio socrum meam Læliam (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem[k] conservant, quod multorum sermonis expertes,[l] ea tenent semper, quæ prima didicerunt); [*p.* 147.] sed eam sic audio, ut Plautum mihi, aut Nævium videar audire: sono ipso vocis

[d] *Quibus Athenienses carent.*
[e] *Qui sunt Romæ nati minus se applicant ad artes liberales, quam reliqui Latii cives.*
[f] *Qui in urbe Roma habitant.*
[g] *Latinorum omnium, quorum propria vestis est toga.*
[h] *Apto labiorum, linguæ ac dentium habitu.* [i] *Peccari.*
[j] *Modum loquendi inusitatum Romæ, in Italia reliqua, in provinciis usitatum.*
[k] *Rationem antiquam pronuntiandi.*
[l] *Non habent consuetudinem loquendi cum multis, et maxime cum exteris et peregrinis.*

muta; unde Harles. conj. *quidem, ut multa.*—8 *Serranum* conj. Lamb.
CAP. XII. 1 Quidam, notante Lambino, legere voluerunt *offendere.*—2 Cod.

NOTÆ

[u] *Quibus vacant*] *Quibus* in sexto casu. Jam illud observarunt nonnulli verbum 'vacare' a Cicerone nunquam usurpari pro 'operam dare,' immo adhiberi contrario sensu: itaque ipsi fere semper ablativus conjungitur; et si quando additur dandi casus, ne tum quidem significat 'animum applicare,' sed vacuum esse et otium habere, verbi causa, disserendi de philosophia.

[v] *Asiaticos*] Oratores ex Caria, Phrygia, et Mysia, quos in Oratore § 25. tradit Tullius ascivisse aptum suis auribus opimum quoddam et tanquam adipatum dictionis genus.

[w] *Q. Valerium Soranum*] De quo in Bruto.

ita recto et simplici est, ut nihil ostentationis aut imitationis afferre videatur:[m] ex quo sic locutum esse ejus patrem judico, sic majores; non aspere, ut ille, quem dixi, non vaste,[n] non rustice, non hiulce, sed presse, et æquabiliter, et leniter.[o] 46. Quare Cotta noster, cujus tu illa lata,[p] Sulpici, nonnunquam imitaris, ut iota[3] literam tollas,[q] et E plenissimum[r] dicas, non mihi oratores antiquos, sed messores videtur imitari.[4] Hic cum arrisisset ipse Sulpicius, Sic agam vobiscum, inquit Crassus, ut, quoniam me loqui voluistis, aliquid de vestris vitiis audiatis. Utinam quidem! inquit ille: id enim ipsum volumus, idque si feceris, multa (ut arbitror) hic hodie vitia ponemus.[s] 47. At enim non sine meo periculo, Crassus inquit, possum, Sulpici, te reprehendere, quoniam Antonius mihi te simillimum dixit sibi videri. Tum ille, Tum quod monuit[5] idem, ut ea,[t] quæ in quoque maxima essent, imitaremur: ex quo vereor, ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedis, imitatus, et pauca quædam verba, et aliquem, si forte, motum.[u] Ergo ista, inquit Crassus, quæ habes a me, non reprehendo, ne meipsum irrideam:[6] sunt autem mea[v] multo et plura, et majora, quam dicis: quæ autem sunt aut tua plane, aut imitatione ex aliquo expressa, de iis te, si qui me forte locus admonuerit, commonebo. XIII. 48. Prætereamus

[m] *Nihil est in ejus sermone aliunde expressum imitando.*
[n] *Ore diducto et patenti.*
[o] *Cum verba verbis veluti colliduntur, ita ut is qui pronuntiat, hianti ore cogutur esse.*
[p] *Rationem illam vaste pronuntiandi.*
[q] *Tam parum pronunties, ut abesse videatur e vocabulo, verbi causa, dicendo 'domnum,' pro 'dominum.'*
[r] *Ore pleno et aperto.* [s] *Corrigemus.*
[t] *Tum Sulpicius: Sed idem etiam Antonius, inquit, monuit, ut ea, &c.*
[u] *Gestum.* [v] *Peccatu et vitia in dicendo.*

Reg. 7753. *offerre;* Ernesti conj. *animadvertere.*—3 Erl. 1. et Ald. *iotam.* Mox, *et plenissimam,* omissa litera *E,* Erl. 1.—4 Ita Erl. Venet. Mediol. Man. Lamb. *videris imitari* Junt. Grut.—5 *Tu vero; inquit ille, quoniam monuit* ex uno codice Lamb. et Mull. *Tum ille, Tum quod monuit* Junt. Grut. et recentt. *Tum ille, Tum cum monuit* Manut. *Tum ille, Tu vero; quod monuit* Schutz. *Tum ille: Tum quod monuit . . . ex eo vereor* conj. Heusinger.—6 Pearc. conj. *me ipse irrideum.* Mox, *multa et plura* Erl. 1. Paulo post, *de his te si quis* Erl. 1. *si quis* etiam Lamb.

igitur præcepta Latine loquendi, quæ puerilis doctrina tradit, et subtilior cognitio ac ratio literarum alit, aut consuetudo sermonis quotidiani ac domestici, libri confirmant,[1] et lectio veterum oratorum, et poëtarum. Neque vero in illo altero diutius commoremur, ut disputemus, quibus rebus assequi possimus, ut ea, quæ dicamus, intelligantur. 49. Latine scilicet dicendo, verbis usitatis, ac proprie demonstrantibus ea, quæ significari ac declarari volemus, sine ambiguo verbo aut sermone, non nimis longa continuatione verborum, non valde productis iis,[w] quæ similitudinis causa ex aliis rebus transferuntur, non discerptis sententiis,[x] non præposteris temporibus,[y] non confusis personis, non perturbato ordine: quid multa? tam facilis est tota res, ut mihi permirum sæpe videatur, cum difficilius intelligatur, quid patronus velit dicere, quam si ipse ille,[z] qui patronum adhibet, de re sua diceret. 50. Isti enim, qui ad nos causas deferunt, ita nos plerumque ipsi docent, ut non desideres planius dici. Easdem res autem simulac Fusius,[2] aut vester æqualis Pomponius, agere cœpit, non æque, quid dicant, nisi admodum attendi,[a] intelligo: ita confusa est oratio,[3] ita perturbata, nihil ut sit primum, nihil ut secundum; tantaque insolentia[b] ac turba verborum, ut oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem et tenebras afferat, atque ut quodammodo ipsi sibi in dicendo obstrepere videantur. 51. Verum, si placet, quoniam hæc satis[4] spero, vobis quidem certe majoribus, molesta et putida videri,[c] ad reliqua aliquanto odiosiora[5] pergamus.

[w] *Metaphoris et allegoriis non diu continuatis.*
[x] *Divisis in minutas veluti partes.* [y] *Perturbato temporum ordine.*
[z] *Is cujus agitur causa.* [a] *Nisi attentius audivi.*
[b] *Tot et tam inusitatæ voces.*
[c] *Si non Sulpicio et Cottæ adolescentibus, certe vobis, Antonio et Catulo, qui majores natu quam illi estis, hæc, credo, videntur ingrata et fastidiosa.*

Cap. xiii. 1 Voc. *libri* suspectum Ernestio, quo deleto legendum putavit *confirmat;* idque placuit Censori Jenensi delenti præterea *et* ante v. *subtilior*, et *aut* ante v. *consuetudo.* Schutzius mallet locum sic constituere, *et subtilior ratio literarum, alit consuetudo sermonis q. ac d. confirmat lectio oratorum, &c.*— 2 Ita Erl. 1. Junt. Man. Grut. *Fufius* Mead. Palatt. 5. 6. 8. 9. Lamb. Pearc. Schutz. Harles. Orell. Ernesti autem, num hic *Furius*, an *Fufius* scribendum sit, decernere non audet.—3 Lamb. *omnis oratio*—4 Ed. s. l. et a. *quoniam*

XIV. Atqui vides, inquit Antonius, cum alias[1] res agamus,[d] quam te inviti audiamus, qui adduci possumus, (de me enim conjicio,) relictis ut rebus omnibus te sectemur, te audiamus: ita de horridis rebus nitida, de jejunis plena, de pervulgatis nova quædam est oratio tua.

52. Faciles enim, inquit, Antoni, partes eæ[2] fuerunt duæ, quas modo percucurri, vel potius pæne præterii, Latine loquendi, planeque dicendi: reliquæ sunt magnæ, implicatæ, variæ, graves, quibus omnis admiratio ingenii, omnis laus eloquentiæ continetur. Nemo enim unquam est oratorem, quod Latine loqueretur, admiratus. Si est aliter, irrident; neque eum oratorem tantummodo, sed hominem non putant. Nemo extulit eum verbis, qui ita dixisset, ut, qui adessent, intelligerent quid diceret, sed contemsit eum, qui minus id facere potuisset. 53. In quo igitur homines exhorrescunt?[e] quem stupefacti dicentem intuentur? in quo exclamant? quem Deum, ut ita dicam, inter homines putant? Qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate et rebus et verbis dicunt, et in ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficiunt: id est, quod dico, ornate.[3] Qui idem[4] ita moderantur, ut rerum, ut personarum dignitates ferunt,[f] ii sunt in eo genere laudandi laudis,[5] quod ego aptum et congruens nomino.[6] 54. Qui

[d] *Cum parum attenti simus (ironice dictum).*

[e] *Quis est ille, quem cum horrore quodam, qui ex admiratione nascitur, audiunt?*

[f] *Hunc moderationem adhibent in dicendo, ut orationem ad res et personas accommodent.*

equidem satis. Mox, *majoribus natu* Manut.—5 Purgoldus opinabatur legendum esse *aliquanto operosiora.*

CAP. XIV. 1 Ita Junt. Crat. Grut. *quam alias* codd. aliquot, Manut. Lamb. Schutz. Orell. Mox, *audiamus* post *inviti* omittunt codd. plurimi ap. Grut. habentque *quam te in vitia qui, &c.* Palat. 8. *quanta in vitia qui, &c.* ed. s. l. et a. *quam abs te, non inviti quidem adduci possimus;* unus Oxon. *abduci.* Nostra lectio est ab Ald. Junt. Lamb. *audiamus* delet etiam Jac. Gronov. in ed. 1692. *quam te inviti audiamus* suspecta sunt Matthiæ Misc. Crit. I. 4. p. 682. Dein, *omnibus rebus* ed. s. l. et a. *omnibus* delendum censebat Lamb. nec tamen expunxit in editione sua. *rebus* suspectum Grutero. —2 Erl. 1. *partes hæ.* Mox, *percurri* codd. Reg.—3 Ita codd. item Junt. Lamb. al. Suspecta hæc, *id e. q. d. ornate* Matthiæ Misc. Crit. I. 4. p. 682. '*qui dicunt* conj. Schutzii admodum speciosa, recepta etiam a Mull.' *Orell.*— 4 Ernesti conj. *item,* vel *iidem.* Ed. s. l. et a. *Qui id quidem;* Lamb. *Qui hoc idem.* Mox, *hi sunt* conj. Schutz.—5 Voc. *laudis,* suspectum Ernestio, delevit Schutz.—6 Ita codd. aliquot, etiam Reg. 7706. et Erl. 1. item edd.

ita dicerent, eos negavit adhuc se vidisse Antonius, et iis hoc nomen dixit eloquentiæ solis esse tribuendum. Quare omnes istos, me auctore, deridete atque contemnite, qui se horum, qui nunc ita appellantur, rhetorum præceptis omnem oratorum vim complexos esse arbitrantur,[g] neque adhuc, quam personam teneant, aut quid profiteantur,[7] intelligere potuerunt. Verum enim[8] oratori, quæ sunt in hominum vita, quandoquidem in ea versatur orator, atque ea est ei subjecta materies, omnia quæsita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent. 55. Est enim eloquentia una quædam de summis virtutibus;[x] (quanquam sunt omnes virtutes æquales[y] et pares, sed tamen est species alia[9] magis alia formosa et illustris: sicut hæc vis,[h] quæ scientiam complexa rerum, sensa mentis et consilia sic verbis explicat, ut eos, qui audiant,[10] quocumque incubuerit, possit impellere; quæ quo major est vis, hoc est magis probitate[11] jungenda, summaque prudentia:) quarum virtutum expertibus si dicendi copiam tradiderimus, non eos quidem ora-

[g] *Qui omnia cognovisse, unde vis omnis orationis et eloquentiæ efflorescit, putant legendis ac discendis rhetorum libris ac præceptis.* [h] *Eloquentia.*

Venet. Mediol. Lips. Lamb. Grut. *nominem* alii codd. Junt. Crat. Man. 'Ortum hoc e corruptela v. c. Oxon. *congruens nomine qui.*' Orell.—7 Ernest. videtur esse debere, *tenerent aut quid profiterentur,* quia pendeant hæc verba e *potuerunt.* Schutz. et Wetzel. vulgatam lectionem vindicant.—8 *Vero enim* Erl. 1. et W. *Verum enim vero* Guelf. 3. Schutz. et Orell. et sic conj. Ernesti. —9 Ita Erl. 1. Victor. Pearc. *sed tamen specie est alia* Schutz.—10 Ita codd. aliquot, etiam Erl. 1. edd. vett. et Lamb. *qui audiunt* alii codd. Junt. Grut. Schutz.—11 Steph. et Lamb. *cum probitate.*

NOTÆ

[x] *Una q. de s. virtutibus*] Eloquentiam esse virtutem Fabius II. 20. sic probat: 'Si consonare sibi,' inquit, 'in faciendis ac non faciendis, virtutis est, quæ pars ejus prudentia vocatur, eadem in dicendis ac non dicendis erit. Et si virtutes sunt, ad quas nobis etiam, ante quam doceremur, initia quædam ac semina sunt concessa natura, ut ad justitiam, cujus rusticis quoque ac barbaris apparet aliqua imago: nos esse sic ab initio formatos, ut possemus orare pro bonis, etiamsi non perfecte, tamen, ut inessent quædam (ut dixi) semina facultatis, manifestum est.'

[y] *Omnes virtutes æquales*] Sequitur Stoicorum sententiam, qui et virtutes omnes et vitia esse æqualia sentiebant. Vide Paradoxa Ciceronis.

tores effecerimus, sed furentibus quædam arma dederimus. XV. Hanc, inquam, cogitandi pronuntiandique rationem, vimque dicendi, veteres Græci sapientiam nominabant. 56. [*p.* 148.] Hinc illi Lycurgi,[z] hinc Pittaci,[a] hinc Solones,[b] atque ab hac similitudine[i] Coruncanii[c] nostri, Fabricii,[d] Catones, Scipiones fuerunt,[1] non tam fortasse docti, sed impetu mentis simili et voluntate.[j] Eadem autem alii prudentia, sed consilio ad vitæ studia[2] dispari,[k] quietem atque otium secuti, ut Pythagoras,[e] Democritus, Anaxagoras,[f] a regendis civitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt: quæ vita propter tranquillitatem, et propter ipsius scientiæ suavitatem, qua nihil est hominibus jucundius, plures, quam utile fuit rebus publicis, delectavit. 57. Itaque, ut ei studio se excellentissimis ingeniis homines dediderunt, ex ea summa facultate vacui ac liberi temporis,[l] multo plura, quam erat necesse, doctissimi homines, otio nimio et ingeniis uberrimis affluentes, curanda[m] sibi esse ac quærenda[3] et investiganda duxerunt. Nam

[i] *Eandem atque Græci sapientiam professi.*
[j] *Eadem indole ac natura.* [k] *Dissimile vitæ genus amplexi.*
[l] *Cum iis tempus vacuum ac liberum ab administratione reip. suppeteret.*
[m] *Curiose cognoscenda.*

CAP. XV. 1 Verbum *fuerunt* suspectum Beiero ad Offic. tom. II. p. 242.

NOTÆ

[z] *Lycurgi*] Vide notas in l. I. de Orat. § 58.

[a] *Pittaci*] Pittacus Mitylenæus, unus e septem Græciæ sapientibus, floruit Olymp. XLII. et obiit anno 3. Olymp. LII. annis ante Chr. 570. Diog. Laërt.

[b] *Solones*] Vide notas in l. I. de Orat. § 58.

[c] *Coruncanii*] Antiquæ probitatis Romani variis magistratibus ipsaque dictatura insignes. De Ti. Coruncanio inferius § 134.

[d] *Fabricii*] C. Fabricii virtus potissimum enituit in bello Samnitico, quod gestum est ab A. U. C. 411. ad 481. Eum Pyrrhus admirans aliquando dixit: 'ille est Fabricius qui difficilius ab honestate quam sol a cursu suo averti potest.' Eutropius. De Catonibus et Scipionibus alibi disserimus.

[e] *Pythagoras*] De Pythagora et Democrito consule notas in l. I. de Orat. § 42.

[f] *Anaxagoras*] Patria Clazomenius, Periclis magister, natus Olymp. LXX. annis ante Chr. 498. inedia sibi necem conscivit annos natus 70. Olymp. LXXXVIII. non LXXVIII. ut mendose legitur apud Laërtium. De quo plura Plutarch. in Pericle.

vetus quidem illa doctrina, eadem videtur et recte faciendi, et bene dicendi magistra; neque disjuncti doctores, sed iidem erant vivendi præceptores atque dicendi; ut ille apud Homerum[g] Phœnix,[h] qui se a Peleo[i] patre Achilli[j] juveni comitem esse datum dicit ad bellum, ut illum efficeret[4] 'oratorem verborum, actoremque rerum.' 58. Sed ut homines, labore[5] assiduo et quotidiano assueti, cum tempestatis causa opere prohibentur,[n] ad pilam[k] se, aut ad talos,[l]

[n] *Cum propter incommodam tempestatem coguntur laborem intermittere.*

—2 Lamb. conj. *ac vitæ studio.*—3 Lamb. *et quærenda.*—4 Erl. 1. *ut efficeret,*

NOTÆ

[g] *Homerum*] Hic poëtarum princeps ætate fuit ceteris omnibus longe superior, jam tum ab ipsis Salomonis temporibus celebris, annis ante Chr. 1016. De hujus origine contendunt septem urbes, Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ. Hunc si quis cæcum genitum putat, inquit Velleius l. 1. omnibus sensibus orbus est.

[h] *Phœnix*] Phœnicem Achillis magistrum sic inducit loquentem Homerus Il. I. Σοὶ δέ μ' ἔπεμπε γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς .... Τοὔνεκά με προέηκε, διδασκέμεναι τάδε πάντα, Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων. *Tecum vero me misit senex eques Peleus .... Propterea me misit, ut te docerem hæc omnia, Ut dicendi vi præstares, et operibus agendis excelleres.*

[i] *Peleo*] Peleus Æaci filius ex Thetide genuit Achillem.

[j] *Achilli*] Qui heros Homeri Iliade celeberrimus est.

[k] *Pilam*] Hunc ludum sic describit Julius Pollux IX. 7. Græca brevitatis studiosi prætermittimus, quæ Latine reddimus. Luditur, inquit, secundum multitudinem dispositis paribus ad pares: deinde mediam educunt lineam, quam scyrum appellant. Huic imponitur pila: tum duas lineas post utrorumque ordinem describunt: vincunt qui pila missa alios ad aliam usque lineam pepulerint. Alio præterea modo luditur, cum pila sursum projecta ante debet excipi manu quam terram attigerit, quod Homerus in Phæacibus videtur intelligere.

[l] *Talos*] Ut ea, quæ de talis hic observamus, facilius intelligantur, haud abs re fuerit notam de tesseris sequentem prælegere. Tali, quos Græci dixere ἀστραγάλους, a tesseris differebant situ; neque enim quatuor insistebant lateribus, sed qua parte sinuata erant et veluti concamerata, non stabant: numero; scilicet quatuor aut plures adhibebantur: ornatu; nullis erant punctis inscripta, sed ipsa positura, auctore Polluce, numerorum vicem præstabat: jactu; qui fuit in talis Cous, Chius, Planus, Suppus, Venus, Canis, Basilicus, Vulturius. Felicissimus fuit jactus Cous, qui Latinis dicitur Venus et Suppus, id est, qui cadit ex animi sententia, æque faustus ac senio tesseræ; tuncque contingebat, ut patet ex Luciano in Amoribus, cum quælibet talorum superficies dissimilis cadebat. Chius autem, quem Planum Latini vocant et Canem, refertur ad unionem tesserarum; Basilicus cum Veneris. Vultu-

aut ad tesseras[m] conferunt, aut etiam novum sibi ipsi[6] aliquem excogitant in otio ludum; sic illi a negotiis publicis, tanquam ab opere, aut temporibus exclusi,[o] aut voluntate sua feriati, totos se alii ad poëtas, alii ad geometras, alii ad musicos contulerunt, alii etiam, ut dialectici, novum sibi ipsi studium ludumque pepererunt, atque in iis artibus, quæ repertæ sunt, ut puerorum mentes ad humanitatem fingerentur atque virtutem, omne tempus atque ætates suas consumserunt. XVI. 59. Sed quod erant quidam, iique multi, qui aut in republica propter ancipitem,[p] quæ non potest esse sejuncta, faciendi dicendique sapientiam, florerent, ut Themistocles,[n] ut Pericles, ut Theramenes, aut, qui minus[1] ipsi in republica versarentur, sed hujus tamen ejusdem sapientiæ doctores essent, ut Gorgias, Thrasymachus, Isocrates; inventi sunt, qui, cum ipsi doctrina et ingeniis abundarent, a re autem civili et a negotiis, animi quodam judicio, abhorrerent, hanc dicendi exercitationem

[o] *Propter calamitatem temporum prohibiti a gerenda republica.*
[p] *Duas partes complectentem.*

omisso *illum.*—5 Lamb. *labori.*—6 Pronomen *ipsi* deest in Guelf. 2. Deinceps in Erl. 1. scriptum est *aut voluntates suas.*

CAP. XVI. 1 Guelf. 3. *aut quivis qui minus.* Actutum, *ipsi quidem in republica* Lamb. Paulo post, *essent, Gorgias,* omissa particula *ut,* Guelf. 2.—

NOTÆ

rius cum Canis jactu congruit.

[m] *Tesseras*] Tesseræ nomen accepere a voce Græca τέσσαρες, *quatuor*, non a quatuor lateribus, sex enim habent, sed quod figuræ sint undecumque quadratæ. Tesserarum ludum, quem Galli appellamus *le jeu des Dez*, inventum a Lydis Asiæ populis Herodotus scribit. Tres tesseras punctis notatas ab unione ad senionem e cornu, quod et fritillum et pyrgum et pyxidem dixere, emittebant in tabulam: pro vario jactu varia fuit alea: cui ter sex puncta uno trium tesserarum jactu obvenerant, is, ut refert Zenobius, felicissime jecerat; contra qui tria tantum puncta fuerat sortitus, vincebatur. Abibat victor qui plura puncta retulisset. Itaque cum tesseræ jactus essent unio, binio, ternio, quaternio, quinio, senio; unio, qui et dictus est canis, infaustissimus; faustissimus habebatur senio. Hinc Persius Sat. III. 'Quid dexter senio ferret Scire erat in voto, damnosa canicula quantum Raderet.' Non me tamen fugit aliquando senionem perinde ac canem fuisse damnosum, ut constat ex Suetonio in Augusto.

[n] *Themistocles, Pericles, &c.*] De quibus omnibus, quia dicendi laude floruerunt, disserit Cicero lib. de Clar. Oratt.

exagitarent[q] atque contemnerent; quorum princeps Socrates fuit, is, qui omnium eruditorum testimonio, totiusque judicio Græciæ, cum prudentia, et acumine, et venustate, et subtilitate, tum vero eloquentia, varietate, copia, quam se cumque in partem dedisset,[r] omnium fuit facile princeps. 60. Is[s] iis, qui hæc,[t 2] quæ nos nunc quærimus, tractarent, agerent, docerent, cum nomine appellarentur uno,[3] quod omnis rerum optimarum cognitio, atque in iis exercitatio, philosophia nominaretur, hoc commune nomen eripuit, sapienterque sentiendi, et ornate dicendi scientiam, re cohærentes, disputationibus suis separavit: cujus ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, cum ipse literam Socrates nullam[u] reliquisset. 61. Hinc discidium[4] illud extitit quasi linguæ atque cordis, absurdum sane et inutile et reprehendendum, ut alii nos sapere, alii dicere docerent. Nam, cum essent plures orti fere a Socrate, quod ex illius variis, et diversis, et in omnem partem diffusis disputationibus alius aliud apprehenderat;[v] proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes[o] inter se, et multum disjunctæ et dispares, cum tamen omnes se philosophi[5] Socraticos et dici vellent, et esse arbitrarentur. XVII. 62. Ac primo ab ipso Platone Aristoteles et Xenocrates;[p] quorum alter Peripateticorum, alter[1] Academiæ

[q] *Vituperarent.* [r] *Quamcumque rem dicere ac probare vellet.* [s] *Socrates.*
[t] *Artem bene sentiendi ac dicendi.* [u] *Nullum librum.*
[v] *Quærendum et tractandum sibi sumserat.*

2 Pearc. legit, *princeps Socrates fuit. Is, (qui .... princeps,) iis, qui, &c.* [t] Locus hic varie in libris exhibetur. Pearcii nova ratio mihi durior visa est, quam volentes ipsi videbunt. Ego in fine modo aliquid tentem, *is, qui hæc.* Ed. W. *iis q. h.* ceteræ edd. Ms. E. *his.* Vulgatum est ab Aldo. Utraque lectione conjuncta scripsimus *is* (sc. igitur Socrates) *iis, qui hæc.* Hnc fere redit Lambini ratio, qui volebat, *Hic iis; qui.*' Ernesti. *Socrates fuit; is qui princeps, iis, qui hæc* Mull. *Socrates fuit. Iis qui ... princeps, iis, qui hæc* Orell.—3 Lamb. *uno nomine appellarentur.*—4 Ita Erl. 1. et Junt. *dissidium* Man. Lamb.—5 Schutz. de Ernestii conjectura delevit *philosophi.*

CAP. XVII. 1 Schutz. conj. *Aristotelis et Xenocratis, quarum altera P. altera;* vel, *Aristoteles et Xenocrates, quorum alter P. alter A. nomen instituit.*

NOTÆ

[o] *Familiæ dissentientes*] De variis philosophorum sectis disseruimus in notis ad l. I. de Orat. § 9.

[p] *Xenocrates*] Chalcedonius, Pla-

nomen obtinuit: deinde ab Antisthene,[q] qui patientiam, et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynici[r] primum, deinde Stoici: tum ab Aristippo,[s] quem illæ magis voluptariæ disputationes delectarant, Cyrenaica philosophia manavit, quam ille et ejus posteri simpliciter[2] defenderunt, ii, qui nunc voluptate omnia metiuntur, dum verecundius id agunt, nec dignitati satisfaciunt,[w] quam non aspernantur, nec voluptatem[3] tuentur, quam amplexari volunt. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, qui se omnes fere[4] Socraticos esse dicerent; Eretricorum,[5][t] Herilliorum,[6][u] Megaricorum,[v] Pyrrhoneorum;[w] sed ea ho-

[w] *Dignitatem et honestatem non, ut par est, tuentur.*

Mox, *tum Aristippo* Erl. 1.—2 Voc. *simpliciter* deest in Guelf. 2. Actutum, pro *defenderunt*, quod habent Cant. Wag. edd. vett. s. l. et a. Lips. Mediol. Venet. Rawl. et recentt. *defenderant* Guelf. 2. 3. Erl. 1. Waldarf. Ald. Junt. Lamb. Grut. Tum, *hy*, pro *ii* Erl. 1.—3 Erl. 1. omittit *nec voluptatem.*— 4 Ita Erl. 1. edd. vett. Junt. Crat. Man. et recentt. *fere qui se omnes* Grut. et Verburg. Mox, pro *dicerent*, quod Ernestio debetur, *dicebant* habent codd. etiam Erl. 1. Junt. Lamb. Crat. Grut. Pearc. al.—5 *Eretriacorum* Lamb. et Pearc. *Eretricorum* Guelf. 2. 3. Erl. 1. edd. vett. Schutz. Harles.

NOTÆ

tonis discipulus, quem stimulo urgendum dicebat Plato, cum frænis indigeret Aristoteles. Admirabili fuit continentia, moderatione et integritate vitæ. Cum noctu incidisset in pelvim, obiit anno ætatis 82. Olymp. cx. 2. ante Chr. 339. Diog. Laërtius.

[q] *Antisthene*] Hic Atheniensis, discipulus primum Socratis, quem confectis quotidie quadraginta stadiis audire solitus erat; tum Cynicorum auctor fuit. Floruit annis ante Chr. circiter 340. Laërtius.

[r] *Cynici*] Philosophi sic dicti, teste Empirico, quod canum instar tuerentur bonos, malos invaderent: quanquam a Cynicis alieni eos nomen habuisse dicebant a canina impudentia.

[s] *Aristippo*] Is Cyrenæus e Cyrenaica Africæ regione, Socratis sectam philosophus amplexus est: omni loco, tempori, ac personæ serviebat; quare et Dionysio carus, et a Diogene regius canis dictus est. Inclaruit circa Olymp. xcv. annis ante Chr. 400. Laërt. Voluptatem summum bonum, dolorem summum malum esse docuit, ut tradit Cicero Tusc. Quæst. l. ii.

[t] *Eretricorum*] A Menedemo Eretriate (Eretria autem Thessaliæ urbs est) Eretrici philosophi sunt appellati: quorum omne bonum, inquit Tullius Acad. Quæst. l. iv. in mente positum, et mentis acie qua verum cerneretur. Septem dierum inedia mortem sibi conscivit, annos natus 84. Laërtius. Celebris fuit Olymp. cx. annis ante Chr. 340.

[u] *Herilliorum*] Herillus Carthaginiensis philosophus summum bonum in cognitione et scientia posuit. Diogenes. Vixit annis ante Chr. 260.

[v] *Megaricorum*] Cicero Acad. Quæst.

rum[7] vi et disputationibus sunt jamdiu fracta et extincta.[x] 63. Ex illis autem, quæ remanent, ea philosophia, quæ suscepit patrocinium voluptatis, etsi cui vera videatur, procul abest tamen ab eo viro,[y] quem quærimus, et quem auctorem publici consilii, et gerendæ civitatis[8] ducem, et sententiæ atque eloquentiæ principem, in senatu, in populo, in causis publicis esse volumus. Nec ulla tamen ei[9] philosophiæ[z] fiet injuria a nobis. Non enim repelletur inde, quo aggredi[10] cupiet:[a] sed in hortulis quiescet suis, ubi vult, ubi etiam recubans molliter et delicate, nos avocat a rostris, a judiciis, a curia,[b] fortasse sapienter, hac præsertim republica.[c][11] 64. Verum ego[12] non quæro nunc, quæ sit philosophia verissima, sed quæ oratori conjuncta maxime.[d] Quare istos sine ulla contumelia dimittamus: sunt enim et boni viri, et quoniam sibi ita videntur, beati: tan-

[x] *Academicorum et Peripateticorum vi et disputationibus istæ philosophorum sectæ sunt extinctæ et victæ magnam partem.*

[y] *Epicureorum philosophia non est oratori accommodata.*

[z] *Epicureorum.*

[a] *Non prohibebimus Epicureos quominus voluptati serviant.*

[b] *Persuadere conatur non debere sapientem administrare remp., dicere ad populum, &c.*

[c] *Tam prava et calamitosa.* [d] *Maxime idonea.*

Orell.—6 *Exillorum* Erl. 1.—7 Ernesti conj. *illorum*, aut *aliorum*, aut *ceterorum*.—8 Ita solus Ernesti, non monito lectore. Errorem typogr. pronuntiant Schutz. Harles. et Orell. *regendæ civitatis* codd. edd. vett. Junt. Crat. Man. Lamb. Grut. et recentt.—9 *Nec ea tamen ulla* Guelf. 2.—10 Ita codd. Junt. Lamb. Grut. *repelletur, unde aggredi* conj. Ernesti, non improbante Harles. *inde quo aggredi non cupiet*, scil. ad rempublicam tractandam, Matthiæ Misc. Crit. I. 4. p. 682. Mox, *ac delicate* Guelf. 2.—11 Ita conj. Lamb. *ac præsertim a republica* Erl. 1. Victor. Streb. Junt. Manut. *præsertim etiam*

NOTÆ

l. IV. ait ab Euclide Megareo (Megara urbs est Achaiæ) Megaricos philosophos appellatos, qui id bonum solum esse dicebant, quod esset unum, et simile, et idem, et semper. Megarici præterea dicti sunt ἐριστικοὶ sive *contentiosi*, ac demum διαλεκτικοὶ, quippe qui se dialecticæ totos addicerent. Porro Euclides Socraticus floruit annis ante Chr. 380. Laërtius.

[w] *Pyrrhoneorum*] A Pyrrhone nomen habuere; qui ex Elide in Peloponneso oriundus, primo pictor, deinde philosophiæ desiderio incensus contulit sese in Indiam, ibique se gymnosophistarum et magorum in disciplinam tradidit. Inde novum invexit philosophandi genus auctor sectæ scepticæ, quæ in omnibus assensum sustinebat. Vixit annos prope 90. floruit annis ante Chr. circiter 320. de quo vide Diogenem.

tumque eos admoneamus,[13] ut illud, etiam si est verissimum, tacitum tamen, tanquam mysterium, teneant, quod negant versari in republica[e] esse sapientis. Nam, si hoc nobis, atque optimo cuique persuaserint, non poterunt ipsi esse, id quod maxime cupiunt, otiosi. XVIII. 65. Stoicos[x] autem, quos minime improbo, dimitto tamen,[f] nec eos iratos vereor, quoniam omnino irasci nesciunt:[y] atque hanc iis[1] habeo gratiam, quod soli ex omnibus eloquentiam, virtutem ac sapientiam esse dixerunt. [*p.* 149.] Sed utrumque est in his, quod ab hoc, quem instruimus,[2] oratore valde abhorreat: vel, quod omnes, qui sapientes non sint, servos, latrones,[3] hostes, insanos esse dicunt; neque tamen quenquam[g] esse sapientem. Valde autem est absurdum, ei concionem, aut senatum, aut ullum cœtum hominum committere, cui nemo illorum, qui adsint, sanus, nemo civis, nemo liber esse videatur. 66. Accedit quod orationis etiam genus habent fortasse subtile, et[4] certe acu-

[e] *Tenere gubernacula reipublicæ.*
[f] *Non puto eorum philosophiam oratori convenire.* [g] *Putant.*

a republica al.—12 *Verum enim* Guelf. 2.—13 Idem codex *admoneas.* Mox, Pearc. conj. *etiam si sit verissimum.*

CAP. XVIII. 1 Ita Manut. Steph. Lamb. Grut. *hanc ab his* unus Oxon. *hanc ab hys* Erl. 1. *hanc ab iis* ed. s. l. et a. Victor. Junt. Crat.—2 Cod. Reg. 7703. *instituimus.* Mox, pro *vel*, quod extat in Lamb. 1566. *et* habet margo Lamb. 1584.—3 Voc. *latrones* suspectum Pearcio et Matthiæ; uncis inclusit Wetzel.—4 Τὸ *et* h. l. minus Latinum, nec Ciceronianum, ideoque expun-

NOTÆ

[x] *Stoicos*] Vide notas in l. I. de Orat. § 43.

[y] *Irasci nesciunt*] Iram enim cadere in sapientem negant Stoici, quorum præcepta lepide colligit Cic. pro Muræna § 61. Horum præcepta sunt ejusmodi: 'Sapientem gratia nunquam moveri, nunquam cujusquam delicto ignoscere: neminem misericordem esse nisi stultum et levem: viri non esse neque exorari, neque placari: solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, divites: si servitutem serviant, reges: nos autem, qui sapientes non sumus, fugitivos, exules, hostes, insanos denique esse dicunt: omnia peccata esse paria: omne delictum scelus esse nefarium; nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam eum qui patrem suffocaverit: sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam.' Vide et Laërt. in Zenone.

tum: sed, ut in oratore,[h] exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, jejunum, attamen[5] ejusmodi, quo uti ad vulgus nullo modo possit.[6] Alia enim et bona, et mala videntur Stoicis, et ceteris civibus, vel potius gentibus: alia vis honoris, ignominiæ, præmii, supplicii: vere, an secus, nihil ad hoc tempus: sed ea si sequamur, nullam unquam rem dicendo expedire possimus. 67. Reliqui sunt Peripatetici et Academici:[7] quanquam Academicorum nomen est unum, sententiæ duæ: nam Speusippus[z] Platonis sororis filius, et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xenocratem, Polemo,[8] [a] et Crantor,[b] nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magnopere dissensit:[9] copia fortasse, et varietate dicendi pares non fuerunt. Arcesilas[c] primum, qui Polemonem audierat, ex variis Platonis libris,[d] sermonibusque Socraticis hoc maxime arripuit, nihil esse certi, quod aut sensibus, aut animo percipi possit: quem ferunt eximio quodam usum lepore dicen-

[h] *Si spectetur genus dicendi accommodatum oratori.*

gendum videtur.' *Harles.*—5 Orell. et Mull. e Goerenzii conjectura, ut est in Nov. *ac tamen;* Lamb. 1566. *et tandem:* margo Lamb. 1584. *ac tandem;* Schutz. Wetzel. et Harles. e conjectura Ernestii, *ac totum.*—6 Ita Junt. Grut. al. *possis* Man. *possint* ed. s. l. et a. et Lamb.—7 *Peripatetici, Academici,* omissa conjunctione *et,* Erl. 1.—8 *Polemor* Erl. 1.—9 Lamb. conj.

NOTÆ

[z] *Speusippus*] Atheniensis post Platonem scholam rexit annis octo, CVIII. Olymp. annis ante Chr. 350. vir iracundiæ, avaritiæ, ac voluptati deditus: tristitia confectus ob paralysim dicitur sibi necem attulisse. Laërt.

[a] *Polemo*] Atheniensis ab impura ac libidinosa vita ad meliorem frugem traductus a Xenocrate, quem de temperantia disserentem adolescens audivit. Ejus scholæ regendæ deinde successit Olymp. CXVI. anno ante Chr. 316. tabe mortuus est admodum senex. Laërt.

[b] *Crantor*] Solis e Cilicia, unde oriundus erat, Athenas venit, ibique docenti Polemoni operam dedit. Ante magistrum discipulus obiit aquæ intercutis morbo. Laërt.

[c] *Arcesilas*] Qui Pitane in Æolide natus post varias peregrinationes Athenas se contulit, ubi Crantorem audiit. Primus induxit novum philosophandi genus, quo nihil sciri posse contendebat: quare et a Cicerone dicitur omnem evertisse philosophiam, et a Lactantio ignorantiæ magister appellatur. Claruit circa Olymp. CXX. annis ante Chr. 300. Obiit ex crapula ætatis anno 75. Diogenes.

[d] *Ex variis Platonis libris*] Præcipue ex Phædone.

di, aspernatum esse omne animi sensusque judicium, primumque instituisse,(quanquam id fuit Socraticum maxime,) non, quid ipse sentiret, ostendere ; sed contra id, quod quisque se sentire dixisset, disputare. 68. Hinc hæc recentior Academia[e] emanavit,[10] in qua extitit divina quadam celeritate ingenii dicendique copia Carneades; cujus ego etsi multos auditores cognovi Athenis, tamen auctores certissimos laudare possum, et socerum meum Scævolam, qui eum Romæ audivit adolescens, et Q. Metellum L. F. familiarem meum, clarissimum virum, qui illum a se adolescente Athenis, jam affectum senectute, multos dies auditum esse dicebat. XIX. 69. Hæc autem, ut ex Apennino,[f] fluminum, sic ex communi sapientium jugo, sunt doctrinarum facta divortia,[a 1] ut philosophi, tanquam in superum mare Ionium[g] defluerent, Græcum quoddam, et portuosum ;[b] oratores[2] autem in inferum hoc[c] Tuscum,[h] et barbarum, scopulosum atque infestum, laberentur, in quo etiam ipse Ulysses[i] errasset. 70. Quare, si hac eloquentia atque hoc

[a] *Ex sapientia, tanquam ex monte quodam, duæ disciplinæ, ut duo flumina, in oppositas partes derivatæ sunt.*
[b] *Portubus frequens et commodum.* [c] *Mare.*

dissenserunt, improbantibus Pearc. et Schutz. *dissensi* Gulielm.—10 Erl. 1. *manavit.*

CAP. XIX. 1 Lamb. *devortia.* Mox, pro *quoddam*, Ald. habet *quiddam ;* Schutz. et al. conj. *quidem.*—2 Pearc. conj. *rhetores*, prob. Schutz. Censor Jenensis conj. *ut phil. t. in sup. mare defl. Græcum quietum et port. orat. autem*

NOTÆ

[e] *Hæc recentior Academia*] Secta philosophorum academica triplex vulgo distinguitur : vetus Platonem habet auctorem, media Arcesilaum, nova Lacyden. Quæ revera medium obtinet locum, Arcesilai Academia, dicitur hic recentior, habita ratione Platonicæ antiquioris Academiæ, cujus paulo ante meminit Crassus.

[f] *Apennino*] Apenninus mons amplissimus Italiam perpetuis jugis mediam dividit ab Alpibus ad Siculum fretum.

[g] *Superum mare Ionium*] Quod et Hadriaticum sive Hadriatum mare ; nunc sinus Venetus, *Golphe de Venise*, appellatur. Fluvios a septemtrionali parte Apennini defluentes excipit Aufidum, Sagrum, Aternum, Metaurum, Truentum, Pisaurum, &c.

[h] *Tuscum*] Quod Tyrrhenum dicitur et Inferum : huc ab australi Apennini parte labuntur fluvii Tiberis, Arnus, Ufens, Liris, Vulturnus, Silarus, &c.

[i] *Ulysses*] Rex Ithacæ, heros prudentia ac fortitudine celeberrimus. De quo fuse Homerus tota Odyssea.

oratore contenti sumus, qui sciat, aut negare[3] [j] oportere, quod arguare,[d] aut, si id non possit,[4] tum ostendere, quod is fecerit, qui insimuletur, aut recte factum, aut alterius culpa aut injuria,[5] aut ex lege, aut non contra legem, aut imprudentia, aut necessario; aut non eo nomine usurpandum, quo arguatur; aut non ita agi, ut debuerit, ac licuerit;[6] et, si satis esse putatis, ea, quæ isti scriptores artis docent, discere, quæ multo tamen ornatius, quam ab illis dicuntur, et uberius explicavit Antonius; sed, si his contenti estis, atque iis etiam, quæ dici voluistis a me; ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis.[e] 71. Sin veterem illum Periclem, aut hunc etiam, qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est, Demosthenem, sequi vultis, et, si illam præclaram et eximiam speciem oratoris perfecti[7] et pulchritudinem adamastis; aut vobis hæc Carneadia, aut illa Aristotelia vis comprehendenda est.[f] 72. Namque (ut ante dixi) veteres illi usque ad Socratem,[8] omnem omnium rerum, quæ ad mores hominum, quæ ad vitam, quæ ad virtutem, quæ ad rempublicam pertinebant, cognitionem et scientiam cum dicendi ratione jungebant: postea dissociati (ut exposui) a Socrate diserti a doctis,[9] et deinceps a Socraticis item omnibus,[g]

[d] *Aliquid de quo te adversarius accuset.*

[e] *Multum detrahitis de subjecta oratori materia, cum ex ingenti spatio et curriculo, in quo libere versari et excurrere poterat, in angustum locum compellitis, exiguis finibus oratoriam artem concluditis.*

[f] *Ubertas, copia, amplitudo qua floruit Aristoteles.*

[g] *Diserti, qui ornate dicunt, a doctis, qui prudenter sentiunt, divisi et sejuncti fuerunt per Socratem, ejusque discipulos, qui Socratici dicti sunt.*

---

in inferum hoc, barbarum, &c. Mox *Ulixes* Erl. 1. Schutz. et Orell.—3 Ernesti conj. *negari*, improbante Harles. Mox, *quo de arguare* suspic. nescio quis ap. Pearc. *arguere* Streb. *argute* Erl. 1.—4 Ita Manut. et Pearc. e conj. *possis* codd. cum edd. vett. Junt. Lamb. Grut. Schutz. Harles. Orell. Mull.—5 Pearc. conj. *et injuria*, probante Schutz.—6 Erl. 1. *aut lucuerit.*—7 Lamb. *perfecti oratoris speciem.*—8 'Male Gruterus lectionem quorundam librorum, *Isocratem*, probavit, maleque retinuit Verburg.' *Harles.* *Socratem* habent Erl. 1. Bod. Bal. Manut. Steph. et recentt.—9 Ita codd. edd. vett. Junt. Lamb. 1566. *dissociatis ... a Socrate disertis a doctis* Lamb. in marg.

NOTÆ

[j] *Sciat, aut negare*] Perstringit hic triplicem causarum constitutionem, de qua diximus in notis ad l. I. Herenn. § 18.

philosophi eloquentiam despexerunt, oratores sapientiam; neque quicquam ex alterius parte tetigerunt, nisi quod illi ab his, aut ab illis hi mutuarentur;[10] ex quo promiscue haurirent,[h] si manere in pristina communione[i] voluissent. 73. Sed, ut pontifices veteres, propter sacrificiorum multitudinem tres viros epulones[k] esse voluerunt, cum essent ipsi a Numa,[1] ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti;[j] sic Socratici a se causarum actores et[11] a communi philosophiæ nomine separaverunt,[k] cum veteres dicendi et intelligendi mirificam societatem esse voluissent.

XX. 74. Quæ cum ita sint, paululum[1] equidem de me deprecabor, et petam a vobis, ut ea, quæ dicam, non de memetipso, sed de oratore dicere putetis. Ego enim sum is, qui, cum summo studio patris in pueritia doctus essem, et in forum ingenii tantum, quantum ipse sentio, non tantum quantum ipse forsitan vobis videar,[2] detulissem, non possim dicere, me hæc, quæ nunc complector, perinde, ut dicam discenda esse, didicisse: quippe qui omnium maturrime ad publicas causas accesserim, annosque natus unum et viginti,[3][m] nobilissimum hominem et eloquentissimum in judici-

[h] *Cum tamen possent tum philosophi, tum oratores, ex ipsa sapientia, tanquam ex communi utrisque fonte, haurire et sumere communiter.*

[i] *Societate ac conjunctione.*

[j] *Quia non poterant satis commode curare per sese omnia sacrificia, epulones elegerunt, qui epulare sacrificium curarent, quod ab ipsis pontificibus ex instituto Numæ procurandum erat, ut alia sacrificia.*

[k] *Voluerunt eloquentiam a philosophia esse disjunctam.*

1584. *dissociatis ... a Socrate disertis et doctis* conj. Pearc. prob. Ernesti et Schutz. *dissociati a Socrate, et deinceps* conj. Mull.—10 Erl. 1. *maniarentur.* Mox, Lamb. conj. *cum ex eodem fonte promiscue haurire possent.*—11 Ita Steph. et Grut. *et* omiserunt Junt. Man. Lamb.

CAP. XX. 1 Lamb. *paulum.* Actutum, *equidem me* conj. Pearc.—2 Ita codd. Junt. Lamb. et Grut. Vocc. *tantum* et *ipse*, suspecta Ernestio, delevit Schutz. *ipse* delevit etiam Lall. defendit Goerenz. Præterea *videatur* suspectum Ernestio. Mox, *proinde, ut dicam* Lamb.—3 Lamb. *undeviginti.*—

NOTÆ

[k] *Tres viros epulones*] Pontificum munus erat Jovi ceterisque Diis epulas instruere. Sed cum ipsis propter sacrificiorum multitudinem tot apparare convivia non vacaret, A. U. C. 558. ante Chr. 196. triumviri ac deinde septemviri epulones creati sunt, ad quos ea pars curæ sacerdotalis derivaretur.

[1] *Numa*] Vide notas in l. I. de Orat. § 38.

[m] *Annos natus unum et viginti*] Id

um vocarim; cui disciplina fuerit forum;[l] magister usus, et leges, et instituta[4] populi Romani, mosque majorum. 75. Paulum[5] sitiens istarum artium, de quibus loquor, gustavi, quæstor in Asia cum essem, æqualem fere meum[m] ex Academia rhetorem nactus, Metrodorum illum, de cujus memoria commemoravit Antonius; et inde decedens, Athenis; ubi ego diutius essem moratus, nisi Atheniensibus, quod mysteria[n] non referrent,[n] ad quæ biduo serius veneram, succensuissem. Quare hoc, quod complector tantam scientiam vimque doctrinæ, non modo non pro me, sed contra me est potius, (non enim, quid ego, [*p.* 150.] sed quid orator possit, disputo:) atque hos omnes,[6] qui artes rhetoricas exponunt, perridiculos.[o] Scribunt enim de litium genere, et de principiis, et de narrationibus. 76. Illa vis autem eloquentiæ tanta est, ut omnium rerum, virtutum, officiorum, omnisque naturæ, quæ mores hominum, quæ animos, quæ vitam continet, originem, vim mutationesque teneat; eadem mores,[7] leges, jura describat, rempublicam regat, omniaque, ad quamcumque[8] rem pertineant, ornate, copioseque dicat. 77. In quo genere nos quidem versamur tantum, quantum possumus, quantum ingenio, quantum mediocri doctrina, quantum usu

[l] *Qui usus sim foro tanquam schola et palæstra oratoria.*
[m] *Ejusdem ætatis mecum.*
[n] *Quod arcana sacra instaurare nollent honoris mei causa.*
[o] *Facit ista vis et amplitudo, quam tribuo eloquentiæ, non solum contra me, sed etiam contra illos rhetoricæ magistros, qui sunt maxime deridendi, cum scribunt de triplici causarum constitutione, &c.*

4 Schutz. conj. *cui d. f. forum, m. usus, doctrina leges et instituta.*—5 *Paululum* unus Oxon. et multi codd. ap. Le Clerc.—6 Edd. vett. et Victor. interpungunt, *potius. Sed ... disputo, atque, &c.*—7 Ita codd. etiam Erl. 1. Junt. Lamb. Grut. *mores* Orell. e conjectura Schutzii.—8 Ita codd. Regii, et edd. vett. *omnia, quæ ad quamcumque* Junt. et Grut. *omnia, quæ ad quamque* Lamb.

NOTÆ

contigit A. U. C. 625. cum Carbonem consularem virum eundemque eloquentissimum Crassus accusavit. Auctor dialogi de Oratoribus, qui creditur Quintilianus, perperam hoc anno Crassi decimo nono evenisse refert.

[n] *Mysteria*] Athenis majora quidem erant Cereris, minora Proserpinæ; quorum spectandi cupidissimus Crassus, cum biduo ante exhibita essent, non potuit ab Atheniensibus obtinere, ut ea referrentur.

valemus:[9] neque tamen istis, qui in una philosophia quasi tabernaculum vitæ suæ[p] collocarunt, multum sane in disputatione concedimus. XXI. 78. Quid enim meus familiaris C. Velleius[10] afferre potest, quamobrem voluptas sit summum bonum, quod ego non copiosius possim vel tutari, si velim, vel refellere[2] ex illis locis, quos exposuit Antonius, hac dicendi exercitatione, in qua Velleius est rudis, unusquisque nostrum[3] versatus? Quid est, quod aut Sex. Pompeius,[p] aut duo Balbi, aut meus amicus, qui cum Panætio[q] vixit, M. Vigellius,[4] de virtute hominum Stoici possint dicere, qua in disputatione ego his debeam, aut vestrum quisquam concedere? 79. Non est enim philosophia similis artium reliquarum: nam quid faciet in geometria, qui non didicerit? quid in musicis? aut taceat oportebit, aut ne sanus quidem judicetur. Hæc vero, quæ sunt in philosophia, ingeniis eruuntur, ad id, quod in quoque verisimile est, eliciendum acutis atque acribus,[q] eaque exercitata[5] oratione poliuntur. Hic noster[6] vulgaris[r] orator, si minus erit doctus, attamen in dicendo exercitatus, hac

[p] *Omne suum studium, curam, et operam.*

[q] *Inveniuntur ab hominibus ingenio ad id, quod in quoque verisimile est, excogitandum acuto præditis.*

[r] *Non instructus omni doctrinæ genere.*

—9 Erl. 1. *valeamus.*

CAP. XXI. 1 *Gallus Velleius* Erl. 1. Idem codex mox *bonum summum*, quod minus placet Harlesio.—2 Idem codex, *vel referre.*—3 Ita codd. margo Crat. Man. Lamb. Grut. *unusquisque nostrorum* Junt. Crat. Victor.—4 *M. Visellius* Man. Mox, *de virtute, homines Stoici* Ascens. Man. Pearc. Wetzel. Mull. Orell. *de virtute hominum Stoice*, e conjectura Heusingeri, Schutz. et Harles. *de virtute hominum Stoici* Junt. Crat. Lamb. Grut.—5 Ita codd. Junt. Lamb. Grut. *excogitata* ex ingenio Schutzii recepit Harles.—6 Ita Erl. 1. Cant. Harl. 2. Wag. Nov. Bod. W. Venet. Grut. Gronov. Verburg. Harles. Orell. *Hinc hic noster* conj. Pearc. *Hinc noster* Mull. *Hic hic noster* Ald. Junt. Man. Grut. Paulo post, Schutz. delevit *nostros;* pro quo duo

NOTÆ

[o] *C. Velleius*] Senator philosophiæ Epicureæ sese addixerat.

[p] *Sext. Pompeius*] De quo, ut et de Balbis, in Bruto.

[q] *Panætio*] Is Stoicus philosophus, Rhodius, Scipionis Africani præceptor, elegantes de officiis libros conscripsit, eumque eodem in argumento Tullius est secutus. Floruit 180. circiter ante Chr. annis, et Athenis obiit.

ipsa exercitatione communi, istos quidem [nostros] verberabit,[s] neque se ab iis contemni ac despici[7] sinet. 80. Sin aliquis extiterit aliquando, qui Aristotelio[8] more de omnibus rebus in utramque sententiam[9] possit dicere, et in omni causa duas contrarias orationes, præceptis illius cognitis, explicare, aut hoc Arcesilæ modo, et Carneadis,[10] contra omne, quod propositum sit, disserat; quique ad eam rationem adjungat hunc rhetoricum usum,[11] moremque exercitationemque[12] dicendi, is sit verus, is perfectus, is solus orator. Nam neque sine forensibus nervis satis vehemens et gravis, nec sine varietate doctrinæ satis politus et sapiens esse orator potest. 81. Quare Coracem istum vestrum[13][r] patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui evolent,[14] clamatores odiosi ac molesti; Pamphilumque[s] nescio quem sinamus in infulis tantam rem, tan-

[s] *Obruet dicendo nostros illos philosophos, qui in arte rhetorica minime sunt versati.*

codd. Regii habent *vestros*. Pro *verberabit* Schutz. malebat *urgebit*.—7 Erl. 1. *ab hys c. despicique*.—8 *Aristotelico* in eodem codice.—9 Ita Ald. Junt. Streb. Manut. Grut. Schutz. Harles. Mull. *in utramque partem sententiam* Erl. 1. Palatt. 3. 9. Mead. Harl. 2. Bal. Pearc. *in utramque partem*, omisso *sententiam*, Lamb. et Orell.—10 Ita Junt. Lamb. Grut. Pearc. Harles. *Carneadi* Erl. 1. Schutz. et Orell.—11 Ita codd. Junt. Lamb. Mull. *rhetoricum* expunxit Schutz.—12 'Hoc sane corruptum, vel propter particc. *que* ... *que*. Habent tamen codd. et edd. etiam Mull. nisi quod Lamb. Schutz. et Harles. expunxerunt *moremque*. Sed mihi *exercitationemque* potius e gloss. ad v. *usum* ortum videtur; idque plane confirmant Vet. ap. Steph. unus Oxon. et ed. s. l. et a. supra pro v. *rationem* habentes *rationem exercitationemque*.' Orell.—13 'Aut delendum videtur *vestrum*, aut legendum *rhetorem*, vel, ut placuit cuidam amico meo, *veterem*.' Pearc. '*Rhetorem* addi, mihi cum Schutzio minime placet.' *Harles*.—14 Ita codd. plerique, Junt. Grut. *excludere, e nido qui, &c.* e tribus codd. Lamb. et Mull. 'Speciose: sed vulgata majore cum vi irridet umbraticam Coracis doctrinam. Neque interpungen-

NOTÆ

[r] *Coracem istum vestrum*] Sententia est: sinamus ab imperitis magistris discipulos ridiculis præceptis imbui, eosque e schola sua, ut pullos male crocitantes e nido emitti. Verbo notat Coracem Siculum rhetoricæ inventorem: is, cum argutiarum artem discipulum edocuisset, de utroque dictum est ἐκ κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠὸν, *mali corvi malum ovum:* quod abiit in proverbium. Vide lib. II. ad Herenn. § 38.

[s] *Pamphilum*] An Pamphilus ille Amphipolita, vel Sicyonius, vel Nicopolita philosophus cognomento curiosus, qui imagines ordine elementorum scripsit, de quo Suidas?

quam pueriles delicias aliquas, depingere:[t] nosque ipsi hac tam exigua disputatione hesterni et hodierni diei totum oratoris munus explicemus, dummodo illa res tanta sit, ut omnibus philosophorum libris, quos nemo oratorum[15] istorum unquam attigit, comprehensa esse videatur.[u] XXII. 82. Tum Catulus, Haudquaquam hercle, inquit, Crasse, mirandum est, esse in te tantam dicendi vel vim, vel suavitatem, vel copiam; quem quidem antea natura rebar ita[1] dicere, ut mihi non solum orator summus, sed etiam sapientissimus homo viderere: nunc intelligo, illa te semper etiam potiora duxisse, quæ ad sapientiam spectarent, atque ex his hanc dicendi copiam fluxisse.[v] Sed tamen, cum omnes gradus ætatis recordor tuæ, cumque vitam tuam ac studia considero: neque, quo tempore ista didiceris, video, nec magnopere te istis studiis, hominibus, libris,[2] intelligo deditum. Neque tamen possum statuere, utrum magis mirer, te illa, quæ mihi persuades maxima esse adjumenta, potuisse in tuis tantis occupationibus perdiscere; an, si non potueris,[3] posse isto modo dicere. 83. Hic[4] Crassus, Hoc tibi, inquit, Catule, primum persuadeas velim, me non multo secus facere, cum de oratore disputem, ac facerem, si esset mihi de histrione dicendum. Negarem enim, posse eum satisfacere[w] in gestu, nisi palæstram,[x] nisi saltare didicisset: neque, ea cum dicerem, me esse histrionem necesse esset, sed fortasse non stultum alieni artificii existimatorem. 84. Similiter nunc de oratore, vestro impulsu, loquor, summo scilicet. Semper enim, quacumque de arte

[t] *In quibusdam fasciis ac tabellis prælongis patiamur Pamphilum artis oratoriæ præcepta depingere, ut rem pueris gratam qui imaginibus delectari solent.*

[u] *Dummodo artem oratoriam constet tam amplam esse, ut omnibus libris philosophorum eam contineri putemus.*

[v] *Ex ipsius sapientiæ studio esse haustam eloquentiam tuam.*

[w] *Placere spectantibus.* [x] *Artem exercendi et movendi corporis.*

dum, ut solent, post v. *evolent.*' Orell.—15 E Pearcii conjectura, *nemo rhetorum* legunt Schutz. et Harles.

CAP. XXII. 1 Lamb. *antea iterum.*—2 Lamb. *neque magno opere te i. s. h. libris fuisse.* Actutum, *intel. deditum, neque, &c.* vulgg. ante Ernesti.—3 Guelf. 2. *at si non potueris;* Guelf. 3. *ac si non potueris.* Mox, *tantis tuis*

aut facultate quæritur, de absoluta et perfecta[5] quæri solet. Quare si jam me[6] vultis esse oratorem, si etiam sat bonum, si bonum denique, non repugnabo: quid enim nunc sim ineptus? ita me existimari scio.[y] Quod si ita est, summus tamen certe non sum. Neque enim apud homines res est ulla difficilior, neque major, neque quæ plura[7] adjumenta doctrinæ desideret. 85. Attamen quoniam de oratore nobis disputandum est,[8] de summo oratore dicam necesse est. Vis enim, et natura rei, nisi perfecta ante oculos ponitur, qualis, et quanta sit, intelligi non potest. Me autem, Catule, fateor, neque hodie in istis libris, et cum istis hominibus vivere: nec vero,[9] id quod tu recte commeministi, ullum unquam habuisse sepositum tempus ad discendum, ac tantum tribuisse doctrinæ temporis, quantum mihi puerilis ætas, forenses feriæ concesserint. XXIII. 86. At, si quæris,[1] Catule, de doctrina ista, quid ego sentiam, non tantum ingenioso homini, et ei, qui forum, qui curiam, qui causas, qui rempublicam spectet, opus esse arbitror temporis, quantum sibi ii sumserunt, quos discentes[2] vita defecit.[z] Omnes enim artes aliter ab iis tractantur, qui eas ad usum transferunt;[a] aliter ab iis, qui ipsarum artium tractatu[3] delectati, nihil in vita sunt aliud acturi. [*p.* 151.] Magister hic Samnitium[4][t] et summa jam

[y] *Cur nunc velim eos refellere qui me oratorem bonum existimant? non est hoc hujus loci: immo de eloquentia disserentem convenit me bonum oratorem haberi.*

[z] *Qui ad ultimum usque vitæ tempus literis operam dederunt.*

[a] *Qui eas discunt, ut iis, cum res feret, utantur.*

Lamb.—4 *Hinc* Guelf. 2. *Huic* Erl. 1.—5 Guelf. 3. *de absoluta de perfecta.*—6 Guelf. 2. *si me jam.*—7 Erl. 1. *nec cpphia.*—8 Ed. s. l. et a. et margo Crat. *disputatum est.*—9 Erl. 1. et Lamb. *neque vero.* Paulo post, *tamen tribuisse* Erl. 1. Tum in eodem codice lacuna est, et sic exhibetur locus, *quantum sibi hy sumserunt, quos discentes vita deficit.* Denique, *et forenses f. concesserunt* Lamb. *concesserunt* etiam ed. s. l. et a. cum Steph.

CAP. XXIII. 1 Ita Guelf. 2. 3. Junt. Lamb. Mull. *Ac, si quæris* ed. s. l. et a. Schutz. Orell.—2 Guelf. 3. *quos dicentes.*—3 Erl. 1. *ab hys qui earum artium tractu.*—4 *Samnitum* Steph. *Samnius* ed. s. l. et a. Actutum *et*, quod ex ed. Waldarf. recepit Ernesti, deest in Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3. edd. vett.

NOTÆ

[t] *Magister hic Samnitium*] Quantum ab iis, qui artes transferunt ad usum, distent, qui in earum cognitione conquiescunt, triplici probat exemplo:

senectute est, et quotidie commentatur:[5] nihil enim curat aliud: at Q. Velocius[6][u] puer addidicerat: sed quod erat aptus ad illud, totumque cognorat, fuit, ut est apud Lucilium,[v]

'quamvis bonus ipse
Samnis in ludo, ac rudibus[w] cuivis[7] satis asper:'[7]

sed plus operæ foro tribuebat, amicis, rei familiari.[b] Valerius quotidie cantabat: erat enim scenicus:[c] quid faceret aliud? 87. At Numerius Furius, noster familiaris, cum est commodum, cantat: est enim paterfamilias, est eques Romanus: puer didicit, quod discendum fuit.[8] Eadem ratio

[b] *Magister ille Sammitium quem nostis, nunc admodum senex, est ille quidem bonus lanista, sed uni huic studio dat operam; de nulla alia re solicitus: contra Q. Velocius a puero artem gladiatoriam edidicerat, totam perceperat: quamvis esset, ut est apud Lucilium, in ludo gladiatorio bonus Samnis, ac rudibus batueret, tamen civis erat diligens et fortis, serviebat foro, amicis ac rei familiari.*

[c] *Modos in theatro et scena faciebat.*

Ald. Junt. Lamb. Grut.—5 Guelf. 3. *senectute est. Quotidie com. &c.*—6 Ita nunc inde a Lambino edunt ex Victorii ac Turnebi conjectura. *Venonius* Ursin. *Velonius* conj. Ernesti; *aliud atque Velocius* codd. cum edd. Junt. Crat. Camer. Man. *aliud atque puer velocius* Guelf. 2. *atque ea, quæ velocius* ed. Waldarf. unde Ernesti suspic. *atque ea,* vel *eadem Q. Velonius puer addidicerat, et quod, &c.* Lamb. *puer didicerat.* 'Locus nondum est persanatus.' *Orell.* Mox, *sed* delendum censuisse Lambinum dicit Pearcius, falso. Pearcii conj. *et* probat Ernesti.—7 Ita codd. aliquot, Cant. Norf. Wag. Mead. et omnes Oxon. cum edd. Junt. Man. Lamb. et recentt. *civis* Erl. 1. ed. s. l. et a. Grut. et Lips. *causis* Crat. Camer. *ac rudes causas* Streb. 'Quidam cod. *cujus:* Streb. in marg. posuit '*Casius;* al. *cuivis.*'' Harles.—8 Ita Crat. Lamb. Grut. et recentt. *fuit* omittunt Erl. 1. Guelf. 2. Junt. Man.—9 Pro

NOTÆ

primum est duorum lanistarum qui tunc temporis celebres erant: alter quidem, quem apprime novistis magister Sammitium, id est, gladiatorum magister, (Samnites enim, teste Festo, gladiatores) totus in arte sua occupatus, aliud nihil cogitat; alter Q. Velocius, quantumvis artis numeros omnes calleret, et pugnando cederet nemini; tamen operam foro impendebat, amicis præstabat obsequium, et rem familiarem curabat. Secundum exemplum est Valerii et Furii musicorum; hic interdum, ille quotidie cantabat. Tertium est Q. Tuberonis et Africani, qui philosophiæ dabant operam: Tubero impallescebat illis studiis quibus Africanus horis tantum succisivis incumbebat.

[u] *Q. Velocius*] Sic legimus cum Turnebo et Lipsio, cum in plerisque edd. vulgatis, *atque velocius puer, &c.*

[v] *Lucilium*] Vide notas in l. II. Heren. § 19.

[w] *Rudibus*] Bacillis ferreis, oblongis, ligno aut tomento præfixis, quibus in palæstra et ludo gladiatorio ad exercitationem utebantur.

est harum artium maximarum. Dies et noctes[9] virum summa virtute et prudentia videbamus, philosopho cum operam daret,[d] Q. Tuberonem. At ejus avunculum vix intelligeres id agere, cum ageret tamen, Africanum. Ista discuntur facile, si et tantum sumas, quantum opus sit, et habeas, qui docere fideliter possit, et scias etiam ipse discere. 88. Sed si tota vita nihil velis aliud agere, ipsa tractatio et quæstio quotidie ex se gignat[10] aliquid, quod cum desidiosa delectatione vestiges: ita fit, ut agitatione[e] rerum sit infinita cognitio; facilis usus[11] doctrinam confirmet, mediocris opera tribuatur, memoria studiumque permaneat. Libet autem semper discere;[f] ut si velim ego talis[x] optime ludere, aut pilæ studio tenear,[12] etiam fortasse, si assequi non possim:[g] at alii,[13] quia præclare faciunt, vehementius, quam causa postulat, delectantur, ut Titius pila, Brulla talis. 89. Quare nihil est, quod quisquam magnitudinem artium ex eo, quod senes discunt,[h] pertimescat. Namque aut senes ad eas accesserunt; aut usque ad senectutem in studiis detinentur; aut sunt tardissimi. Res quidem se mea sententia sic habet, ut, nisi quod[y] quisque cito potuerit, nunquam omnino possit perdiscere. XXIV. 90. Jam, jam, inquit Catulus, intelligo, Crasse, quid dicas: et hercule assentior. Satis video tibi, homini ad perdiscendum acer-

[d] *Cum se philosopho traderet instituendum.*

[e] *Crebra disputatione.*

[f] *Nunquam satiatur sciendi desiderium, si quis artem aliquam optime tenere velit.*

[g] *Talos semper ac pilam tractabo, licet id fortasse assequi non possim ut optime ludam.*

[h] *Quod videant etiam a senibus in iis operam et tempus poni.*

---

dies et noctes, in Erl. 1. legitur *quotidie enim.*—10 Hoc est ex ingenio Ernesti, idque receperunt Schutz. et Harles. *gignet* conj. etiam Ernesti; *gignit* Erl. 1. Junt. Lamb. Grut.—11 Ita codd. cum edd. vett. Ald. Junt. Lamb. Grut. *ut agitatio r. sit infinita, cognitio facilis, si usus* Mull. et Orell. *ut agitatione r. sit infinita cognitio, facilis, si usus* conj. Schutz.—12 Ita codd. cum edd. Junt. Lamb. Grut. *aut pila, studio tenear* conj. Schutz. Mox, *et fortasse* Erl. 1.—13 Harl. 2. *et alii;* Erl. 1. *ut alii.*

NOTÆ

[x] *Talis*] De talorum et pilæ ludo paulo superius dictum § 58.

[y] *Nisi quod, &c.*] Hoc effatum Crassi non omnino verum esse, quotidiana experientia comprobatur.

rimo, ad ea cognoscenda, quæ dicis, fuisse temporis. Pergisne, inquit Crassus, me, quæ dicam, de me, non de re putare dicere? Sed jam, si placet, ad instituta redeamus. Mihi vero, Catulus inquit,[1] placet.

91. Tum Crassus, Quorsum igitur hæc spectat, inquit, tam longa,[2] et tam alte repetita oratio? hæ duæ partes,[z] quæ mihi supersunt, illustrandæ orationis, ac totius eloquentiæ cumulandæ, quarum altera dici postulat ornate,[3] altera apte, hanc habent vim, ut sit quam maxime jucunda, quam maxime in sensus eorum, qui audiunt, influat, et quamplurimis sit rebus instructa. 92. Instrumentum autem hoc forense,[i] litigiosum, acre, tractum[4] ex vulgi opinionibus, exiguum sane atque mendicum est: illud rursus ipsum, quod tradunt isti, qui profitentur se dicendi magistros, non multum[5] est majus, quam illud vulgare ac forense. Apparatu nobis opus est, et rebus exquisitis undique et collectis,[6] arcessitis, comportatis, ut tibi, Cæsar,[a] faciendum est ad annum;[j] ut ego in ædilitate laboravi, quod quotidianis et vernaculis rebus[k] satisfacere me posse huic populo non putabam. 93. Verborum eligendorum, et collocandorum, et concludendorum facilis est vel ratio, vel sine ratione, ipsa exercitatio.[l] Rerum est sylva[m] magna,

[i] *Res undique collectæ et conquisitæ, quibus oratio conficitur.*
[j] *Hoc anno quo ædilis designatus es.*
[k] *Spectaculis, tabulis, signis obviis, et Romæ vel in Italia videri solitis.*
[l] *Verba seligere, apte collocare, ambitu quodam concludere, ne brevior periodus aures defraudet, aut longior fatiget, facile est: ipsaque exercitatio sine præceptis docere potest.* [m] *Copia.*

Cap. xxiv. 1 Heindorf. N. D. p. 16. *inquit Catulus.*—2 Lamb. *igitur, inquit, hæc spectat tam longa.*—3 Ita codd. plerique, Junt. Lamb. Grut. Mull. Orell. *altera ornate dici postulat* ed. s. l. et a. Schutz. et Harles. *altera dici ornate postulat* Erl. 1. Idem codex mox *qui audiant.*—4 Ita margo Crat. Manut. Lamb. Grut. *tractatum* unus Oxon. Junt. Crat. Mox, *exiguum saneque mendicum est* Erl. 1.—5 Ita codd. etiam Erl. 1. edd. vett. Junt. Crat. Grut. *non multo* Manut. et Lamb.—6 Ita Junt. Lamb. Grut. *exquisitis, undi-*

NOTÆ

[z] *Hæ duæ partes*] Supra dixerat Crassus quatuor esse dotes orationis, eam esse debere Latinam, dilucidam, ornatam, et aptam: de duabus primis disputavit; reliquas deinde persequetur.

[a] *Ut tibi, Cæsar, &c.*] Quemadmodum ad ludorum ædiliciorum pompam

quam cum Græci jam non tenerent,[n] ob eamque causam juventus nostra dedisceret pæne discendo, etiam Latini,[o] si Diis placet,[b] hoc biennio[p] magistri dicendi extiterunt: quos ego censor edicto meo[c] sustuleram;[7] non quo (ut nescio quos dicere aiebant) acui ingenia adolescentium nollem, sed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam.[q] 94. Nam apud Græcos, qui ejusmodi essent,[8] videbam tamen esse, præter hanc exercitationem linguæ, doctrinam aliquam et humanitatem dignam scientia:[9] hos vero novos magistros nihil intelligebam posse docere, nisi ut auderent;[r] quod etiam cum bonis rebus conjunctum, per se ipsum est magnopere fugiendum. Hoc cum unum traderetur, et cum impudentiæ ludus[s] esset; putavi esse censoris, ne longius id serperet,[t] providere.[10] 95. Quanquam

[n] *Cum Græci qui rhetoricam Romæ docebant, toti essent in verbis, et res omitterent.*

[o] *Novo ac ridiculo instituto.*

[p] *Postremis duobus annis, quibus censuram gessi.*

[q] *Hebetari et languescere, occupari adolescentes discendis verbis, quæ impudenter, quasi admodum periti essent, effutiebant.*

[r] *Audaces et impudentes in dicendo fierent.* [s] *Schola.*

[t] *Id vitium extenderetur.*

que collectis Erl. 1. unus Oxon. edd. vett. ut et conj. Schutz.—7 Erl. 1. *substuleram.*—8 Ita Mag. edd. vett. Venet. Mediol. *apud Gr. cujusmodi essent* codd. cum Junt. Crat. Grut. Schutz. *apud Gr. cuicuimodi essent* Manut. Lamb. Pearc. Orell. *qui cum hujusmodi essent* Guelf. 2. *qui cujusmodi essent* Guelf. 3. *cujusque modi* conj. Gulielm. Locum sic interpungit Victor. *apud Gr. qui cujusmodi essent videbam, tamen, &c.*—9 Ita codd. cum edd. vett. Junt. Crat. Man. Grut. et recentt. *humanitate dignam scientiam* ex suis codd.—

NOTÆ

non vulgaris ornatus sufficit, sed solito magnificentior apparatus requiritur; ita rerum exquisitarum supellex suppetere debet oratori.

[b] *Si Diis placet*] Ironice dictum.

[c] *Edicto meo*] C. Fannio Strabone, M. Valerio Messala coss. A. U. C. 593. ante Chr. 161. senatus consulto philosophi rhetoresque Roma pulsi sunt. Sexagesimo nono post anno Cn. Domitius Ænobarbus et L. Licinius Crassus censores de coërcendis Latinis rhetoribus edictum his verbis concepere: 'Renuntiatum est nobis esse homines, qui novum genus disciplinæ instituerunt, ad quos juventus in ludum conveniat, eos sibi nomen imposuisse Latinos rhetoras: ibi homines adolescentulos dies totos desidere. Majores nostri quæ liberos suos discere, et quos in ludos itare vellent, instituerunt. Hæc nova, quæ præter consuetudinem ac morem majorum fiunt, neque placent, neque recta videntur. Quapropter et iis qui eos ludos habent, et iis qui eo venire consueverunt, visum est faciundum ut ostenderemus nostram sen-

non hæc ita statuo atque decerno, ut desperem, Latine ea, de quibus disputavimus, tradi ac perpoliri:[11] patitur enim et lingua nostra, et natura rerum, veterem illam excellentemque prudentiam Græcorum ad nostrum usum moremque transferri:[u] sed hominibus opus est eruditis, qui adhuc, in hoc quidem genere, nostri nulli[12] fuerunt: sin quando extiterint, etiam Græcis erunt anteponendi.[d]

XXV. 96. Ornatur igitur oratio genere primum, et quasi colore quodam et succo suo:[1] nam ut gravis, ut suavis, ut erudita sit,[2] ut liberalis, ut admirabilis, ut polita, ut sensus, ut dolores habeat, quantum opus sit, non est singulorum articulorum:[v] in toto spectantur hæc corpore.[w] Ut porro conspersa sit quasi verborum sententiarumque floribus; id non debet esse fusum æquabiliter per omnem orationem, sed ita distinctum, ut sint, quasi in ornatu,[x] disposita quædam insignia et lumina.[y] 97. Genus igitur dicendi est eligendum, quod maxime teneat eos, qui audiant, et quod non solum delectet, sed etiam sine satietate delectet: (non enim a me jam expectari puto, ut moneam, ut caveatis, ne exilis, ne inculta sit vestra oratio, ne vulgaris, ne obsoleta: aliud quiddam majus, et ingenia me hortantur vestra, et ætates.) 98. Difficile enim dictu est, quænam causa sit, cur ea, quæ[3] [e] maxime sensus nostros impellunt voluptate, et spe-

[u] *Quæ tradita sunt a Græcis de informandis hominum moribus.*
[v] *Partium orationis.*
[w] *Debent esse fusa et permixta in tota oratione.*
[x] *In apparatu v. g. ludorum, aulæ, &c.* [y] *Egregia quædam ornamenta.*

10 Ita omnes, præter Schutz. qui habet *provideri.*—11 Pearc. conj. *perpoliri posse*, probantibus Schutz. et Mull.—12 Erl. 1. *non ulli.* Mox, *extiterunt* Guelf. 2. 3.

CAP. XXV. 1 Wakefield ad Lucret. I. 645. corrigendum opinabatur *et fuco suo;* et sic plane legitur in cod. Reg. 7753.—2 Reg. 7703. *condita sit.*—3 Ita Junt. Lamb. Grut. *cur, quæ* Wetzel. et Harles. *cur, etiam quæ* conj.

NOTÆ

tentiam, nobis non placere.' Gellius xv. 11. Sueton. lib. de Clar. Rhet.

[d] *Græcis erunt anteponendi*] Quo loco sit habendus Cicero, hic tacitus insinuat; ea nimirum tractavit, quæ quisquis inter Latinos ingeniosus scripsisset, Crassi judicio, Græcos superaret.

[e] *Cur ea, quæ, &c.*] Redundare videtur *ea*, nec satis cum reliqua phrasi congruere.

cie prima acerrime commovent, ab iis celerrime fastidio quodam et satietate abalienemur. Quanto colorum[4] pulchritudine et varietate floridiora sunt in picturis novis pleraque, quam in veteribus? [*p.* 152.] quæ tamen, etiamsi primo aspectu nos ceperunt, diutius non delectant; cum iidem nos in antiquis tabulis illo ipso horrido obsoletoque teneamur.[z] Quanto molliores sunt et delicatiores in cantu flexiones et falsæ voculæ, quam certæ et severæ![5] quibus tamen non modo austeri, sed, si sæpius fiunt, multitudo ipsa reclamat.[a] 99. Licet hoc videre in reliquis sensibus; unguentis minus diu nos delectari, summa et acerrima suavitate conditis, quam his moderatis: et magis laudari, quod ceram,[6][f] quam quod crocum[g] olere videatur: in ipso tactu esse modum et mollitudinis et lævitatis.[b] Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius, quique dulcitudine[7] præter ceteros sensus commovetur, quam

[z] *Delectemur.*

[a] *Quas falsas voculas non modo severi homines et graves, sed populus ipse condemnat, si frequentiores sint.*

[b] *Moderatam esse oportere mollitudinem ac lævitatem.*

Mull. Mox, *voluptateque ... ab hys celeberrime* Erl. 1.—4 *Quanto coloris* in eodem codice.—5 Guelf. 2. *quam recte et severe.* Idem codex mox, *si sæpius fuerit.*—6 Ita codd. Junt. Crat. Grut. *terram* e Plinii Hist. Nat. XIII. 4. et XVII. 3. Victor. Camer. Man. *quæ terram* Lamb. Mox, *quæ ... videantur* Lamb. Dein, pro *lævitatis*, quod habent plurimi codd. Junt. Lamb. Grut. *lenitatis* extat in uno Oxon. et duobus Reg.—7 Ita quatuor Palatt. Wald. Ald. Junt. Lamb. Grut. *dulcedine* Erl. 1. plerique ap. Lamb. ed. pr. ac Streb. *quippe dulcitudine* Guelf. 2. 3. Schutz. putat totam hanc laciniam, *quique dulci-*

NOTÆ

[f] *Magis laudari, quod ceram* [*terram*] Lectionem hanc confirmat Plinius tum l. XIII. c. 3. 'In M. Ciceronis monumentis invenitur unguenta gratiora esse quæ terram quam quæ crocum sapiant;' tum lib. XVII. cap. 5. 'Certe Cicero, lux doctrinarum altera, Meliora, inquit, unguenta sunt quæ terram quam quæ crocum sapiunt. Hoc enim maluit dixisse quam redolent.' Labitur hic memoria Plinius: pergit autem, quod ad rem nostram facit, de odore terræ dicere: 'Ita est profecto: illa erit optima quæ unguenta sapiat. Quod si admonendi sumus, qualis sit terræ odor ille qui quæritur, contingit sæpe etiam quiescente ea sub occasum solis, in quo loco arcus cœlestis dejecerit capita sua: et cum a siccitate continua immaduit imbre; tunc emittit illum suum halitum divinum ex sole conceptum, cui comparari suavitas nulla possit.'

[g] *Crocum*] Crocus, sive crocum, Gallice *safran.*

cito id, quod valde dulce est, aspernatur ac respuit? Quis potione uti, aut cibo dulci diutius potest? cum utroque in genere ea, quæ leviter[8] sensum voluptate moveant, facillime effugiant satietatem.[c] 100. Sic omnibus in rebus, voluptatibus maximis fastidium finitimum est: quo hoc minus in oratione miremur; in qua vel ex poëtis, vel oratoribus[9] possumus judicare, concinnam, distinctam, ornatam, festivam, sine intermissione, sine reprehensione, sine varietate, quamvis claris sit coloribus picta, vel poësis, vel oratio,[10] non posse in delectatione esse diuturna.[d] Atque eo citius in oratoris aut in poëtæ cincinnis[11] ac fuco offenditur, quod sensus, in nimia voluptate, natura, non mente satiantur;[e 12] in scriptis et in dictis non aurium solum, sed animi judicio etiam magis, infucata[f] vitia noscuntur. XXVI. 101. Quare, 'bene,' et 'præclare,' quamvis nobis sæpe[1] dicatur;[g] 'belle,' et 'festive,' nimium sæpe nolo: quanquam illa ipsa exclamatio, 'Non potest melius,' sit velim crebra: sed habeat tamen illa in dicendo admiratio ac summa laus umbram aliquam et recessum, quo magis id, quod erit illuminatum, extare atque eminere[2] videatur. 102. Nunquam agit hunc versum[h] Roscius eo gestu, quo potest,

[c] *Non pariant satietatem.* [d] *Delectationem afferre diuturnam.*

[e] *Ornatus ab oratoribus vel poëtis adhiberi solitus eo facilius offendit fastidiumque gignit, quod fastidium sensuum in nimia voluptate oritur ab ipsa natura, quæ expleta ac satiata est.*

[f] *Pigmentis ac fuco tecta.*

[g] *Quantumlibet sæpe laudetur orator his vocibus, Bene, præclare dixit: per me licet.*

[h] *In theatro pronuntiat hunc versum.*

---

tudine præter cet. sensus commovetur, nisi a glossatore adjecta est, certe esse Cicerone indignam.—8 Guelf. 3. *leniter.* Mox, *effugiant* est ex ingenio Ernestii; Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3. et ceteri omnes *fugiant.*—9 Hæc, *vel oratoribus*, suspecta sunt Schutzio.—10 Voces *vel poësis, vel oratio* e glossa esse videntur Pearcio. Mox, *sine int. sine respiratione* Lamb. Tum, *diuturnam* al. in marg. ed. 1584.—11 Nonius *cinnis;* Erl. 1. *anannis.*—12 Lamb. *sensu . . . satiatur;* Pearc. vero conj. *sensus . . . naturæ, non mentes satiantur . . . infucata noscuntur.*

CAP. XXVI. 1 Erl. 1. *quamvis sæpe nobis.* Mox *illa ipsa clamatio* Guelf. 2. Dein *sit nolim crebra* Erl. 1.—2 Erl. 1. *emovere.* Mox, *eo, quo potest gestu* al.—

'Nam sapiens[h] virtuti honorem, præmium, haud prædam petit:'[i]

sed abjicit[j] prorsus, ut in proximos,

'Ecquid[3] video? ferro septus possidet sedes sacras,'

incidat, aspiciat, admiretur, stupescat. Quid ille alter,[k]

'Quid petam præsidii?'[4]

quam leniter! quam remisse! quam non actuose![l] instat enim,

'O pater, o patria, o Priami domus!'

in quo tanta commoveri actio non posset,[m] si esset consumta superiore motu et exhausta. Neque id actores prius viderunt, quam ipsi poëtæ, quam denique illi etiam, qui fecerunt modos,[n] a quibus utrisque submittitur aliquid, deinde augetur, extenuatur, inflatur,[5] variatur, distinguitur. 103. Ita sit nobis igitur ornatus et suavis orator, (nec tamen potest aliter esse,) ut suavitatem habeat austeram et solidam, non dulcem atque decoctam:[o 6] nam ipsa ad ornandum præcepta, quæ dantur, ejusmodi sunt, ut ea, quamvis vitiosissimus orator, explicare possit. Quare, ut ante dixi, primum sylva rerum ac sententiarum[7] comparanda est, qua de parte dixit Antonius: hæc formanda filo

[i] *Nam sapiens vult virtutem suam compensari honore, non præda.*
[j] *Remissius pronuntiat.* [k] *Versiculus.*
[l] *A Roscio pronuntiatur.*
[m] *Sequitur enim alius versus, in quo pronuntiando commoveri debeat actio vehementius.*
[n] *Qui cantum certis modis ac numeris flexerunt.*
[o] *Fastidiosam: qualis suavitas est in vino quod igne decoctum est.*

3 'Sic Junt. Crat. Lamb. Grut. *et quid* codd. multi, solita corruptela, quam recipere non debebat Mull. *in proximo, Sed quid* Manut. probante Grut.' *Orell.* Mox, pro *sedes* Ursinus malit *ædes.*—4 Cant. Venet. Mediol. Manut. et Davis, *præsidi.*—5 Lamb. et Verburg. *summittitur aliquid atque extenuatur: deinde augetur, inflatur.*—6 Guelf. 2. 3. *non dulcem atque decoram.* Mox *ut ea quivis* Guelf. 2. 3. unus Oxon. omnesque Regii.—7 Ita Junt. Lamb. Grut. *ac sententiarum* delerunt Schutz. et Harles. uncis inclusit Orell.

NOTÆ

[h] *Nam sapiens*] Versus, quantum conjicere licet, ex Ennii tragœdia Hecuba desumti.

ipso[p] et genere orationis, illuminanda verbis, varianda sententiis.

104. Summa autem laus eloquentiæ est, amplificare rem ornando, quod valet non solum ad augendum aliquid[i] et tollendum altius dicendo, sed etiam ad extenuandum[j] atque abjiciendum. XXVII. Id desideratur omnibus iis in locis,[1] quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit Antonius, vel cum explanamus aliquid, vel cum conciliamus animos, vel cum concitamus. 105. Sed in hoc, quod postremum dixi, amplificatio potest plurimum, eaque una laus oratoris est propria[2] maxime. Etiam major est illa exercitatio, quam extremo sermone instruxit Antonius[q] (primo rejiciebat) laudandi et vituperandi. Nihil est enim ad exaggerandam et amplificandam orationem accommodatius, quam utrumque horum cumulatissime facere posse. 106. Consequentur etiam illi loci, qui quanquam proprii causarum, et inhærentes in earum nervis[r] esse debent, tamen quia de universa re[s] tractari solent, communes a veteribus nominati sunt: quorum partim habent vitiorum et peccatorum acrem quandam cum amplificatione incu-

[p] *Stylo ipso.* [q] *Cujus præcepta tradidit Antonius sub finem disputationis.*
[r] *Visceribus causarum.*
[s] *De aliquo genere universo, v. g. de furto, de parricidio.*

CAP. XXVII. 1 Erl. 1. *hys in locis.* Mox *oratione* Reg. 7703. et Lamb. *orationi* conj. Pearc. prob. Schutz.—2 Ita conj. Pearc. *est et propria* codd. item edd. vett. Junt. Lamb. Grut. Mox *primo a se rejiciebat* conj. Schutz.—

NOTÆ

[i] *Ad augendum aliquid*] Exemplum sit illud ex Verr. VII. § 169. depromtum: 'Facinus est vinciri civem Romanum; scelus verberari; prope parricidium necari; quid dicam in crucem tollere? verbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest. Non fuit his omnibus iste contentus. Spectet, inquit, patriam, in conspectu legum libertatisque moriatur.'

[j] *Ad extenuandum*] Quod præstitit Tullius in Ligar. § 17. 'Scelus tu illud vocas, Tubero? cur? isto enim nomine illa adhuc causa caruit: alii errorem appellant; alii timorem; qui durius, spem, cupiditatem, odium, pertinaciam; qui gravissime, temeritatem; scelus præter te adhuc nemo. Ac mihi quidem, si proprium et verum nomen nostri mali quæratur, fatalis quædam calamitas incidisse videtur, et improvidas hominum mentes occupavisse, ut nemo mirari deheat humana consilia divina necessitate esse superata.'

sationem, aut querelam, contra quam dici nihil solet,[t] [3] nec potest, ut in depeculatorem,[k] in proditorem, in parricidam; quibus uti, confirmatis criminibus, oportet; aliter enim jejuni sunt, atque inanes: 107. alii autem habent deprecationem, aut miserationem: alii vero ancipites disputationes, in quibus de universo genere in utramque partem disseri copiose licet. Quæ exercitatio nunc propria duarum philosophiarum,[u] de quibus ante dixi, putatur; apud antiquos erat eorum, a quibus omnis de rebus forensibus dicendi ratio et copia petebatur.[v] De virtute enim, de officio, de æquo et bono, de dignitate, utilitate, honore,[4] ignominia, præmio, pœna, similibusque de rebus, in utramque partem dicendi animos,[w] [5] et vim, et artem habere debemus. 108. Sed, quoniam de nostra possessione[1] depulsi, in parvo, et eo litigioso, prædiolo relicti sumus, et aliorum patroni, nostra tenere tuerique non potuimus; ab iis, (quod indignissimum est) qui in nostrum patrimonium irruperunt, quod

[t] *Quæ ita perspicua est, ut refutari non possit.*
[u] *Academicæ et Peripateticæ.*
[v] *Qui docebant forensem eloquentiam.* [w] *Naturales impetus.*

3 Erl. 1. *quendam cum amplificatione, aut q. c. q. nichil dici solet.*—4 Ita Steph. Lamb. Grut. Pearc. et recentt. *honore, utilitate* unus Oxon. *utilitate* omittunt ed. s. l. et a. Junt. Crat. Man.—5 'Sic distinxi cum Junt. Crat. Camer. ut jungatur *animos* (i. e. naturalem quendam impetum et fiduciam) *habere debemus:* qua tamen in ratione dubius hæreo, an non *et vim* sit e gloss. formulæ rarioris *animos* hoc sensu accipiendæ.' *Orell. dicendi, omnino et vim* Man. Mull. *dicendo ducendi animos et vim* e conj. Purgoldi receperunt Schutz. et Harles. Schutzius tamen in ed. minore censet delendum *animos.*

NOTÆ

[k] *Depeculatorem*] Rem peculatus sive raptæ pecuniæ publicæ. Vox inde deducta, auctore Festo, quod initium hujus fraudis a pecore olim fieri soleret.

[1] *De nostra possessione*] Hujus loci talis est sententia: Quoniam philosophi, dum disserunt de moribus, ea invaserunt quæ tractanda erant a rhetoribus, quibus nihil jam præter causas forenses superest, a philosophis, qui nostra bona deprædati sunt, mutuemur id quod nobis est necessarium. Ducta translatio ab iis qui, paterna possessione dejecti, compelluntur in vile prædiolum; de quo etiam lis intenditur. Litigiosum prædiolum dicit non propter eas lites in quibus versantur oratores, sed quod philosophi oratoribus detrahere volunt judicialium quæstionum partem optimam. Illis enim concedunt quæstionem finitam, infinitam sibi vindicant. *Strebæus.*

opus est nobis mutuemur. XXVIII. 109. Dicunt igitur nunc quidem illi, qui[1] ex particula parva urbis[m] ac loci nomen habent, et Peripatetici philosophi, aut Academici nominantur, (olim autem, propter eximiam rerum maximarum scientiam, a Græcis politici[2] philosophi[x] appellati, universarum rerum publicarum nomine vocabantur) omnem civilem orationem in horum alterutro genere versari, aut definitæ controversiæ[3] certis temporibus ac reis;[y] [*p.* 153.] hoc modo: Placeatne a Carthaginiensibus captivos nostros, redditis suis, recuperari? aut infinite de universo genere quærentis:[4] Quid omnino de captivo statuendum ac sentiendum sit? Atque horum superius illud genus, causam aut controversiam appellant, eamque tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt: hæc autem altera quæstio infinita et quasi proposita,[z] consultatio nominatur: atque hactenus loquuntur.[a] 110. Etiam hac[n] in institu-

[x] *Qui docerent rationem et scientiam administrandæ civitatis.*
[y] *In quæstione quæ certa tempora, certos reos definitos habeat.*
[z] *In medio posita, θέσις.* [a] *Philosophi Peripatetici ac Academici.*

CAP. XXVIII. 1 Ita codd. edd. vett. Junt. Lamb. Grut. *Dicunt igitur illi, nunc quidem qui* Orell. *Dicunt igitur illi, qui nunc quidem* Schutz. Mox, *urbis loci* conj. quidam ap. Pearc.—2 Orell. scribi jubet *πολιτικοί*.—3 Ita unus codex ap. Pearc. *definita controversia* Junt. Lamb. Grut. *aut definitæ controversiæ* Guelf. 2. 3.—4 Lamb. *infinita de u. g. quæstione;* Erl. 1. *infinite aut de*

NOTÆ

[m] *Particula parva urbis*] E Lyceo scilicet, quod gymnasium Athenis celeberrimum dicebatur quoque *περίπατος*, *obambulatio*, quod inter deambulandum inde nominati Peripatetici philosopharentur. Academia gymnasium aliud Athenis ab Academo Atheniensi nomen habuisse tradit Plutarchus in Theseo.

[n] *Etiam hac, &c.*] Locum satis implicatum sic evolves: Hac etiam divisione civilis orationis in finitam et infinitam, cum præcepta tradunt, philosophi utuntur: quod cum pertineat ad oratores, usurpant tamen non lege et jure, non judicio recuperatorio, sed ut ex jurisconsultorum auctoritate, illata vi qua quis vindiciarum loco surculum et ramum aut glebam defringebat ex agro quem suum esse contendebat. Sic illi philosophi imitantur eos qui alienam possessionem invadunt et surculum tantum decerpunt, ut in ea sibi aliquid esse juris confirment: non utramque causæ divisionem tractant; de quæstione definita tanquam sibi propria disputant, sed ex parte tantum: quæstionem infinitam non attingunt; appellant dumtaxat ejus nomen inter prima artis præcepta. Id melius esset omnino prætermittere, quam delibatum re-

endo[5] divisione utuntur, sed ita, non ut jure, aut judicio, ut denique[6] recuperare amissam possessionem, sed ut ex jure civili surculo defringendo, usurpare videantur. Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis definitum,[7] obtinent, atque idipsum lacinia.[o] Nunc enim apud Philonem, quem in Academia maxime[8] vigere audio, etiam harum jam causarum cognitio exercitatioque celebratur. Alterum vero tantummodo in prima arte[9] tradenda nominant, et oratoris esse dicunt: sed neque vim, neque naturam ejus, nec partes, nec genera[10] proponunt, ut præteriri omnino fuerit satius, quam attentatum deseri: nunc enim inopia reticere intelliguntur; tum judicio viderentur.

XXIX. 111. Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri et disceptari potest, sive in infinitis consultationibus disceptatur,[b1] sive in iis causis, quæ in civitate, et in forensi disceptatione versantur: neque est ulla, quæ non aut ad cognoscendi, aut ad agendi vim rationemque referatur. 112. Nam aut ipsa cognitio rei scientiaque perquiritur; ut, Virtus suamne propter[2] dignitatem,[c] an propter

[b] *Eadem ambigi et quæri possunt de re qualibet, sive spectetur illa universe, sive in certa et definita causa.* [c] *Ut opinantur Stoici.*

universo.—5 Ita vulgg. *loquuntur illi; quanquam rhetores etiam hac in instituendo* Schutz. et Harles. *loquuntur* [*illi. Quanquam rhetores*] *etiam hac in instituendo* Orell. *loquantur* unus Oxon. et Junt. *in* primus inseruit Ernesti de conjectura.—6 Junt. Man. Grut. Orell. *ut vi denique;* unus Oxon. *aut denique;* Schutz. e conjectura Lambini, *aut vi denique.*—7 Erl. 1. *diffinitum.* —8 Voc. *maxime* deest in Guelf. 1. 2. 3. uno Oxon. et ed. s. l. et a. *cum maxime* conj. Orell. Mox *jam harum etiam* Lamb. Dein *celebrantur* Guelf. 3.—9 Guelf. 3. *in arte*, omisso *prima.*—10 Ita codd. Junt. Lamb. Grut. *neque naturam ejus generis, nec partes* conj. Schutz. *neque naturam ejus partis nec genera* Guelf. 1. Mox, pro *attentatum,* Lambinus legit *attactum,* quod extat in codd. Pith. Joan. Mead. Guelf. 1. Erl. 1. *intractatum* Palat. 9. *attrectatum* Palat. 8. *ad tantum,* aut *attractum* al. ap. Grut.

Cap. XXIX. 1 Totus hic locus, *Omnis ... disceptatur,* abest in cod. Erl. 1. *disceptatur* delet Schutz. *disceptetur* conj. Ernesti. Mox, *in civili atque in forensi* Man. *versentur* Erl. 1. Paulo post *aut* deest in eodem codice.—2 Erl.

NOTÆ

linquere; tum enim id viderentur certo consilio fecisse, non ignorantia et inopia.

[o] *Lacinia*] Pars est extrema vestimenti. Hic translatio sumta ab iis qui vestem extrema tantum parte retinent.

fructus aliquos expetatur?[d] aut agendi consilium exquiritur; ut, Sitne sapienti[3] capessenda respublica?[e] 113. Cognitionis autem tres modi, conjectura, definitio, et, ut ita dicam, consecutio.[4] Nam, quid[5] in re sit, conjectura quæritur; ut illud, Sitne in humano genere sapientia? Quam autem vim quæque res habeat, definitio[6] explicat; ut, si quæratur, Quid sit sapientia?[p] Consecutio autem tractatur, cum, quid quamque rem sequatur, inquiritur;[7] ut illud, Sitne aliquando mentiri[q] boni viri? 114. Redeunt rursus ad conjecturam, eamque in quatuor genera dispertiunt:[8] nam aut quid sit, quæritur, hoc modo: Naturane sit jus[r] inter homines,[f] an opinionibus? aut, quæ sit origo cujusque rei? ut, Quod sit initium legum,[s] aut rerum

[d] *Quod Peripatetici sentiunt.*

[e] *Quod Epicurus negat ratus civilibus curis voluptatem, in qua summum bonum ponit, perturbari.*

[f] *An jus, quod inter homines est, fundatum sit in ipsa hominum natura?*

1. *suam neque propter.* Idem codex mox *fructum aliquid.*—3 Idem codex *exquiretur ut sitne sapientia.*—4 Erl. 1. *conjectura complectuntur d. et ut i. d. sequutio.*—5 *Nam, ecquid* Orell. et Schutz. e conjectura. Mox, *Sitne humano* Erl. 1. unde Harles. conj. *Sitne humano generi.*—6 Erl. 1. *diffinitio.*—7 Ita codd. plerique, Junt. Lamb. Grut. *an quæritur* unus Oxon. *anquiritur* Guelf. 2. Schutz. Harles. *anqueritur* Erl. 1.—8 Erl. 1. *dispartiunt.* Mox in eodem

NOTÆ

[p] *Quid sit sapientia*] 'Sapientia est (ut a veteribus philosophis definitum est) rerum divinarum et humanarum, causarumque quibus hæ res continentur, scientia.' Tullius de Off. l. II. § 5.

[q] *Sitne aliquando mentiri*] Recte Plato de Rep. l. II. Ψεῦδος οὐ μόνον ὑπὸ θεῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἀνθρώπων μισεῖται· *Mendacium non tantum a Diis, sed etiam ab hominibus odio habetur.* Videtur ab hac sententia aliquantulum deflectere, cum lib. v. de Rep. mendacio tanquam pharmaco magistratibus utendum aliquando censet ad subditorum utilitatem. Mendacium officiosum approbat Tullius in orat. pro Ligario. Aristoteles Ethic. lib. IV. licitum umquam mendacium negat, cujus sententiæ accedendum. Quid autem discrepent mentiri et mendacium dicere ex Nigidio docet Gellius XI. 11.

[r] *Naturane sit jus*] Jus aliud est naturale, definiturque a Cic. de Leg. l. I. 'Ratio summa insita in natura, quæ jubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria.' Aliud jus gentium ad naturale accedit, estque omnium gentium auctoritate passim receptum; aliud proprium quod sibi quisque populus describit; aliud civile, &c. Vide Partit. Orat. § 62.

[s] *Quod sit initium legum*] Callicles in Gorgia Platonis ab infirmiori plebe leges inventas putat, quibus, ne quid

publicarum?[t] aut causa, et ratio;[9] ut, si quæratur, Cur doctissimi[u] homines de maximis rebus dissentiant? aut de immutatione; ut, si disputetur, Num interire virtus in homine, aut num in vitium possit converti?[10] 115. Definitionis autem sunt disceptationes, aut,[11] cum quæritur, quid in communi[v] mente quasi impressum sit;[g] ut, si disseratur,[12] Idne sit jus,[w] quod maximæ parti sit utile:[h] aut, cum, quid cujusque sit proprium, exquiritur; ut, Ornate dicere, propriumne sit[x] oratoris, an id etiam aliquis præterea possit?[13] aut, cum res distribuitur in partes; ut, si quæratur, Quot sint genera[y] rerum expetendarum, aut,[14] sintne tria,[i] corporis,[z] animi, externarumque rerum? aut, cum, quæ forma, et quasi naturalis nota cujusque sit, describitur,[15] ut, si quæratur avari species, seditiosi, gloriosi.[16] 116. Consecutionis autem duo prima quæstionum genera ponuntur: nam aut simplex est disceptatio, ut, si disseratur, Expetendane sit gloria: aut ex comparatione; Laus an divi-

g Quæ sit hominum omnium super aliqua re communis opinio.
h An jus recte definiri possit id quod maximæ parti sit utilissimum.
i Bona vel bonorum genera.

cod. supra voc. *opinionibus* scriptum est *in*.—9 Nonnulli codd. Reg. cum uno Oxon. *causæ tractatio*.—10 Erl. 1. *convertere*.—11 Hoc est ex ingenio Pearcii; *ut* codd. edd. vett. Junt. Lamb. Grut.—12 Lamb. conj. *disquiratur*, vel *quæratur*.—13 Codd. aliquot, Steph. Lamb. *præterea facere possit*: ed. s. l. et a. *præter ipsum facere possit*.—14 Ita Lamb. et Grut. *ut* Erl. 1. Guelf. 1. 2. Mead. Harl. 2. Victor. Streb. Ascens. Junt. et Manut. *et* de conjectura Schutzii

NOTÆ

præter fas auderent potentiores, coërcerentur. Thrasymachus apud Platonem de Rep. l. 1. jura et leges principum arbitrio putat constitutas. Unde perperam concludit illud esse jus quod potentioribus est utile. Vide notas in l. 1. de Orat. § 33.

t *Rerum publicarum*] Earum initium primo domus, tum vicus, denique civitas. Aristot. de Rep. l. 1.

u *Cur doctissimi*] Scilicet eruditorum, perinde ac 'vulgi opiniones in maxima inconstantia veritatis ignoratione versantur;' Tullius de Nat. Deor. l. 1. § 43.

v *Quid in communi, &c.*] Hæc sunt innata, religione Deum, parentes pietate, officiis amicos colere.

w *Idne sit jus*] Rectius a jurisperitis definitur ars boni et æqui.

x *Propriumne sit*] Ornate et apposite ad persuadendum dicere unius est oratoris.

y *Quot sint genera*] Tria sunt expetenda; honesta, utilia, et jucunda.

z *Corporis*] Bona corporis sunt sanitas, robur, agilitas, pulchritudo: animi, ingenium, memoria, industria: externa, nobilitas, proba institutio, divitiæ.

tiæ[a] magis expetendæ sint. Simplicium autem sunt tres modi, de expetendis fugiendisve rebus; ut, Expetendine honores sint? Num fugienda paupertas? de æquo aut iniquo; ut,[17] Æquumne sit ulcisci[b] injurias etiam propinquorum? de honesto aut turpi; ut hoc, Sitne honestum gloriæ causa mortem obire? 117. Comparationis autem duo sunt modi; unus, cum, idemne sit, an aliquid intersit, quæritur; ut, metuere et vereri;[c] ut rex et tyrannus;[d] ut assentator[18] et amicus:[e] alter, cum, quid præstet aliud alii, quæritur; ut illud, Optimine cujusque sapientes, an populari laude ducantur?[j] Atque eæ quidem[19] disceptationes, quæ ad cognitionem referuntur, sic fere a doctissimis hominibus describuntur.[20] XXX. 118. Quæ vero referuntur ad agendum, aut in officii disceptatione[k1] versantur, (quo in genere, quid rectum faciendumque sit, quæritur; cui loco omnis virtutum et vitiorum est sylva[l] subjecta) aut in animorum[2]

[j] *An malint sapientes ab optimo quoque laudari quam a vulgo?*
[k] *In quæstionibus quæ officium cujusque spectant.* [l] *Materia.*

recepit Orell.—15 Guelf. *describatur.*—16 Reg. 7703. *gulosi.*—17 Pearc. e conjectura addidit *ut*, quod receperunt Schutz. Harles. et Orell.—18 Steph. et Lamb. *et vereri, rex et tyrannus, assentator.* Mox, *alterum cum, &c.* Erl. 1. Tum Guelf. 2. *qui præstet.* Denique *alii* deest in Erl. 1.—19 Voc. *quidem* omissum est in Erl. 1. qui mox habet *ad cognationem referuntur.*—20 Guelf. 1. *viris describuntur;* Guelf. 2. *hominibus distribuuntur;* ita quoque Erl. 1. sed a manu recent. suprascriptum est *descri*, h. e. *describuntur.*

Cap. XXX. 1 Guelf. 1. *officii disputatione.* Mox, *quo in loco omnis* Erl. 1. Guelf. 1. Tum pro *sylva*, Erl. 1. habet *illa.*—2 Idem codex habet *aut una-*

NOTÆ

[a] *Laus, an divitiæ*] Quæstionem solvit Salomon Proverb. cap. XXII. 'Melius est nomen bonum quam divitiæ multæ.'

[b] *Æquumne sit ulcisci*] Consule notas in l. II. de Invent. § 66. et in l. I. de Orat. § 32.

[c] *Metuere et vereri*] Metuere est angi malo imminenti, quod vix declinari potest: vereri est timere ne quid perperam fiat.

[d] *Rex et tyrannus*] Rex est qui rerum summam administrans, publicæ, non privatæ utilitati studet; tyrannus contra suis tantum commodis servit. 'Omnes et habentur et dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea civitate quæ libertate usa est.' Corn. Nepos in Miltiade.

[e] *Assentator et amicus*] Adulator voluptatis aut utilitatis suæ causa amicitiam simulat: amicus vult bona evenire alteri, non sua, sed illius ipsius causa quem diligit. Consule Plutarch. lib. de Discrimine Amici et Adulatoris.

aliqua permotione aut gignenda, aut sedanda tollendave tractantur. Huic generi subjectæ sunt cohortationes, objurgationes, consolationes, miserationes, omnisque ad omnem animi motum et impulsio,[3] et, si ita res feret, mitigatio. 119. Explicatis igitur his generibus, ac modis disceptationum omnium, nihil sane ad rem pertinet, si qua in re discrepavit[4] ab Antonii divisione nostra partitio:[m] eadem enim sunt membra in utriusque disputationibus,[5] sed paulo secus a me, atque ab illo, partita ac distributa. Nunc ad reliqua progrediar, meque ad meum munus pensumque[6 f] revocabo. Nam ex illis locis, quos exposuit Antonius, omnia sunt ad quæque genera quæstionum argumenta sumenda: sed aliis generibus alii loci magis erunt apti; de quo non tam quia longum est, quam quia perspicuum,[7] dici nihil est necesse.

120. Ornatissimæ sunt igitur orationes eæ, quæ latissime vagantur,[n] et a privata ac singulari[8] controversia se ad universi generis vim explicandam conferunt et convertunt, ut ii, qui audiant, natura, et genere, et universa re cognita, de singulis reis, et criminibus, et litibus statuere possint. 121. Hanc ad consuetudinem exercitationis vos, adolescentes, est cohortatus Antonius,[9] atque a minutis angustisque concertationibus ad om-

[m] *Parum refert an ego eundem in dividendo atque Antonius ordinem secutus sim.*

[n] *Quæ versantur in quæstionibus infinitis, et ab hypothesi ad thesim traducuntur.*

mino, sed suprascriptum est a manu recent. *in animorum.*—3 Steph. et Lamb. *motum impulsio.*—4 Ita Erl. 1. Junt. et Lamb. *discrepuit* duo Regii, alii codd. ap. Schutz. cum edd. Schutz. et Orell. Mox, *enim* deest in Erl. 1. et Guelf. 1.—5 Ita edd. vett. *in utriusque disputatione* Joan. Cant. Harl. 1. Wag. Nov. Steph. Ascens. Manut. Pearc. Schutz. et Orell. *in utrisque disputationibus* Ald. Junt. Manut. Lamb. Grut. Paulo post *ac tributa* Reg. 7703. et Erl. 1. *atque tributa* Guelf. 1. item codd. Gruteri.—6 Erl. 1. *pensum*, sine *que.*—7 Idem codex *perspicuum est, dici nihil. Nihil est ornatissime. Sunt igitur, &c.*—8 Erl. 1. *a privata et a singulari.* Mox, *qui audiunt* Schutz. et Orell. Tum *naturæ genere* codd. aliquot, probante Gulielm. *natura generis* conj. Schutz.—9 Lamb. *est Antonius cohortatus.* Verbum *est* deest in Erl. 1.

NOTÆ

[f] *Pensum*] Proprie manipulus est puellis fuso trahendus: metaphorice lanæ vel lini ex colu pendens, et a sumitur pro negotio cuique injuncto.

nem vim varietatemque [o] vos disserendi traducendos putavit. [*p.* 154.] Quare non est paucorum libellorum hoc munus, ut ii, qui scripserunt de dicendi ratione, arbitrati sunt, neque Tusculani, atque hujus ambulationis [10] antemeridianæ, aut nostræ pomeridianæ sessionis.[p] Non enim solum acuenda nobis, neque procudenda[q] [11] lingua est, sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate. XXXI. 122. Nostra est enim[1] (si modo nos oratores sumus, si in civium disceptationibus, si in periculis, si in deliberationibus publicis adhibendi [2] auctores et principes sumus) nostra est, inquam, omnis ista prudentiæ doctrinæque possessio, in quam homines, quasi caducam atque vacuam,[r] [3] abundantes otio, nobis occupatis, involaverunt, atque etiam aut irridentes oratorem, ut ille in Gorgia Socrates,[g] cavillantur, aut aliquid de oratoris arte paucis præcipiunt libellis, eosque rhetoricos inscribunt,[s] quasi non illa sint propria rhetorum,[4] quæ ab iisdem de justitia, de officio, de civitatibus instituendis et regendis, de omni vivendi, denique etiam de naturæ ratione dicuntur. 123. Quæ quoniam jam aliunde [5] non possumus, sumenda sunt nobis ab iis ipsis, a quibus expilati sumus; dummodo

[o] *Quæ certis definitæ sunt personis, temporibus, ac locis.*

[p] *Hæc ars de universo genere disserendi præcipi non potest paucis rhetorum libellis, neque hoc sermone quem habuimus in Tusculano horis antemeridianis ambulando, neque hoc quem nunc habemus horis pomeridianis sedendo.*

[q] *Quasi cudendo formanda ex arte.*

[r] *Philosophi prudentiæ et eruditionis possessionem, quæ nostra est, rapuerunt, quasi possessore fuisset destituta.*

[s] *Ut Aristoteles et Theophrastus.*

Paulo post, *disserendi vos traducendos* Schutz. *nos traducendos* Guelf. 3. *vos* deest in Guelf. 2. Manut. et Mull. uncis inclusit Orell.—10 Erl. 1. *ambulationes.* Schutz. in Addend. ed. min. conj. *atque nostræ amb. antem. aut hujus, &c.*—11 Guelf. 1. *procludenda;* Guelf. 2. *procutenda.* Ernesti conj. *atque procudenda.* Mox, *sed ornandum* Schutz. e conjectura Heusingeri. Dein *et plurimarum* omittit Schutz.

CAP. XXXI. 1 *Nostra enim* Guelf. 1. Mox, *sumus* deest in Erl. 1.—2 Erl. 1. *adimendi.*—3 Erl. 1. *in qua . . . caduca atque vacua.*—4 Schutz. e conjectura *oratorum.* Mox, *et regendis* desunt in Guelf. 1.—5 *Quæ q. aliunde,* omisso *jam,* Schutz. ex uno codice. Mox, *expoliati;* quædam edd. *compilati.* Tum,

NOTÆ

[g] *Ut ille in Gorgia Socrates*] Socratis in Gorgia mentem non est hic assecutus Crassus, ut jam annotavimus ad l. I. de Orat. § 47.

illa ad hanc civilem scientiam, quo pertinent, et quam intuentur, transferamus: neque (ut ante dixi) omnem teramus in his[6] discendis rebus ætatem, sed cum fontes viderimus, quos nisi qui celeriter cognorit, nunquam cognoscet omnino, tum, quotiescumque opus erit, ex iis tantum, quantum res petet, hauriamus.[7] 124. Nam neque tam est acris acies[8] in naturis hominum, et ingeniis, ut res tantas quisquam, nisi monstratas, possit videre: neque tanta tamen in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri vir ingenio cernat, si modo aspexerit.[t] In hoc igitur tanto tam immensoque campo,[9] cum liceat oratori vagari libere, atque, ubicumque constiterit, consistere in suo, facile suppeditat[u] omnis apparatus ornatusque dicendi. 125. Rerum enim copia verborum copiam[10] gignit: et, si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, existit ex rei natura[11] quidam splendor in verbis: sit modo is, qui dicet aut scribet, institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili, et flagret studio, et a natura adjuvetur, et in universorum[12] generum infinitis disceptationibus exercitatus; ornatissimos scriptores oratoresque ad cognoscendum imitandumque cognorit:[13] næ ille haud sane, quemadmodum verba struat et illuminet, a magistris istis requiret:[v] ita facile in rerum abundantia ad orationis ornamenta sine duce, natura ipsa, si modo est exercitata,[14] labetur.

XXXII. 126. Hic Catulus, Dii immortales! inquit;[1] quan-

[t] *Penitus intelligat, si modo attigerit.* [u] *Præsto est, abundat.*
[v] *Profecto nequaquam ille requiret a magistris, &c.*

qua pertinent Guelf. 1. *ad quam pertinent* Guelf. 2. et Lamb. *et quam intuemur* Schutz. Harles. et Mull.—6 Erl. 1. *in iis.*—7 Ita Erl. 1. Lamb. Schutz. Wetzel. et Harles. *hauriemus* codd. alii, Junt. Crat. Man. Lamb. 1566. Grut. Orell. quam lectionem defendit Matthiæ de Anacol. p. 22.—8 Guelf. 1. *acris et alacer;* et mox in eodem *nisi monstratis.*—9 Ita codd. omnes Pearcii, unus Oxon. et Erl. 1. *tanto tamque immenso campo* Junt. et Grut. *tanto immensoque campo* Lamb. Mox, *consistere* omissum est in Erl. 1. et Guelf. 1.—10 Hæc duo vocabb. *verborum copiam* desunt in Erl. 1.—11 Erl. 1. *re natura;* Guelf. 1. et Vet. ap. Steph. *re naturalis.* Paulo post, *et institutus* Erl. 1.—12 Guelf. 1. *et universorum.*—13 Ita unus Oxon. Junt. Lamb. Grut. *legerit* Lamb. et Olivet. *delegerit* complures codd. Pearc. Schutz. Harles. Orell.—14 Ita codd. cum edd. Junt. Lamb. Grut. Pearc. *excitata* e conjectura Schützii, Harles. et Orell.

CAP. XXXII. 1 *Dii immortales, Hic Catulus* Erl. 1. *inquit* omissum est in

tam rerum varietatem, quantam vim, quantam copiam, Crasse, complexus es, quantisque ex angustiis oratorem educere ausus es, et in majorum suorum regno collocare! Namque illos veteres doctores auctoresque dicendi nullum genus disputationis a se alienum putasse accepimus, semperque esse in omni orationis ratione [2] versatos. 127. Ex quibus Eleus [h] Hippias,[i] cum Olympiam [j] venisset, maxima illa quinquennali celebritate ludorum,[k] gloriatus est, cuncta pæne audiente [3] Græcia, nihil esse ulla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret: nec solum has artes, quibus liberales doctrinæ, atque ingenuæ continerentur,[4] geometriam, musicam, literarum cognitionem, et poëtarum, atque illa, quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebuspublicis dicerentur; [5] sed annulum, quem haberet, pallium, quo amictus, soccos,[w] quibus indutus esset, se sua manu confecisse.[6] 128. Scilicet nimis hic quidem est progressus, sed ex eo ipso est conjectura facilis, quantum sibi illi ipsi oratores [7] de præclarissimis artibus appetierint,

[w] *Calceos.*

Guelf. 1. Mox, *compressus es* in eodem codice.—2 Steph. *orationis genere.*—3 Guelf. 1. et Erl. 1. *sæpe audientibus.*—4 Vet. ap. Steph. et Lamb. *continentur.*—5 Lamb. *disseruntur.*—6 Guelf. 1. *esset, sua m. confecisse;* Erl. 1. *esset, sua m. fecisse*, sed *con* suprascriptum est.—7 Erl. 1. *ex eo ipsi conjectura f. q.*

NOTÆ

[h] *Eleus*] Oriundus ex Elide, quæ urbs est in Peloponneso; nunc *Belvedere.*

[i] *Hippias*] Totus hic locus ex Platonis Hippia Minore desumtus est; in quo Socrates Hippiam audacissimum ardelionem, nihil non sibi arrogantem dum facete deridet, sophistarum disputandi rationem evertit. De Hippia vide Apuleium Florid. l. II. Paulo post ea tempora, annis circiter ante Chr. 360. Hiuhingus quidam inter Sinas philosophus, isti Hippiæ persimilis, vestes, calceos, &c. sua sibi industria et manu conficiebat. Martin. l. v. Sinicæ Historiæ, Decad. I.

[j] *Olympiam*] Urbem in Elide regione Peloponnesi, dictam quoque Pisam; nunc *Langanico* Castaldus, Niger *Stauri* vocari scribit.

[k] *Quinquennali celebritate ludorum*] Olympicos ludos ad Jovis cultum Olympiæ quinto quoque anno celebrandos instituit Hercules, Diodoro teste; quanquam illorum auctorem Velleius facit Atreum. Eos instauravit Iphitus Eleus, anno post excidium Trojæ 408. ante Romam conditam 23. ante Chr. 776. Atque hinc primum certum aliquid habetur in historia Græca. Eorum ludorum celebritas desiit Theodosio Magno imperante, ut narrat Cedrenus.

qui ne sordidiores quidem repudiarint. Quid de Prodico Chio?[8] quid de Thrasymacho Chalcedonio, de Protagora Abderita loquar? quorum unusquisque plurimum temporibus illis, etiam de natura rerum et disseruit et scripsit. 129. Ipse ille Leontinus Gorgias, quo patrono (ut Plato voluit) philosopho succubuit orator,[x] qui aut non est victus unquam a Socrate, neque sermo ille Platonis verus est; aut, si est victus,[9] eloquentior videlicet fuit, et disertior Socrates, et, ut tu appellas, copiosior et melior orator. Sed hic,[y] in illo ipso[10] Platonis libro, de omni re, quæcumque in disceptationem quæstionemque vocaretur,[11] se copiosissime dicturum esse profitetur; isque princeps[z] ex omnibus ausus est in conventu poscere, qua de re quisque vellet audire: cui tantus honos habitus est a Græcia, soli ut ex omnibus Delphis[m] non inaurata statua,[n] sed aurea statueretur. 130. Atque ii,[12] quos nominavi, multique[o] præterea summi dicendi auctores, uno tempore fuerunt: ex quibus intelligi potest, ita se rem habere, ut tu, Crasse, dicis; oratorisque nomen apud antiquos in Græcia, majore quadam vel copia vel gloria,[13] floruisse. 131. Quo qui-

[x] *Qui dum in dialogo a Platone composito, defensorem se rhetoricæ profitetur contra Socratem, quem cum illo de philosophiæ dignitate disputantem Plato facit, vincitur a Socrate.* [y] *Gorgias.* [z] *Primus omnium.*

sibi illi oratores. Mox Erl. 1. et Guelf. 1. *appeterent.* Erl. 1. *repudiarent.*— 8 Guelf. 2. 3. unus Oxon. et Lamb. *Prodico Ceo; P. Cio* Manut. et Mull. *P. Ceio* codd. aliquot et Schutz. *P. Chio* Junt. et Grut. *pdico ho* Erl. 1. Actutum, *quid* deest in Guelf. 1. 2. 3. et Erl. 1.—9 Voc. *victus* deest in Erl. 1. et Guelf. 1. Mox, *Socrates ut tu* in iisdem codd. *et tu appellas* Guelf. 2.— 10 Pronomen *ipso* deest in Guelf. 1.—11 Guelf. 1. et Erl. 1. *revocetur.*— 12 *Sed hii* Guelf. 1. *Sed ii* Erl. 1. Mox, pro *auctores*, quod ex Erl. 1. rescripsit Ernesti, *doctores* habent codd. plerique, Junt. Lamb. Grut.—

NOTÆ

[l] *De Prodico Chio, &c.*] Vide notas in Brutum.

[m] *Delphis*] Delphi, Phocidis urbs in Achaia, Apollinis oraculo celeberrima. *Castri* Sophiano, *Salona* Nigro.

[n] *Non inaurata statua*] Perperam itaque Pausanias in Phocicis Gorgiæ statuam inauratam erectam fuisse scribit: verius Valerius Maximus et Plinius auream fuisse referunt; quanquam et hic lapsus est l. XXXIII. c. 4. qui Gorgiam sibi, non Græciam ipsi statuam auream posuisse refert, Olymp. circiter LXX. sive annis ante Chr. 500.

[o] *Multi*] Ut Theodorus Byzantius, Isocrates, &c.

dem magis dubito, tibine plus laudis,[14] an Græcis vituperationis esse tribuendum statuam: cum tu, in alia lingua ac moribus natus, occupatissima in civitate, vel privatorum negotiis pæne omnibus,[15] vel orbis terræ procuratione, ac summi imperii gubernatione districtus,[a] tantam vim rerum cognitionemque comprehenderis, eamque omnem cum ejus,[b] qui consilio et oratione in civitate valeat, scientia atque exercitatione sociaris: illi[c] nati in literis, ardentesque his studiis,[16] otio vero diffluentes, non modo nihil acquisierint, sed ne relictum quidem, et traditum, et suum conservaverint. XXXIII. 132. [*p.* 155.] Tum Crassus, Non in hac, inquit, una, Catule, re, sed in aliis etiam compluribus,[1] distributione partium ac separatione magnitudines sunt artium diminutæ.[d] An tu existimas, cum esset Hippocrates ille Cous,[p] fuisse tum alios medicos, qui morbis, alios,[e] qui vulneribus, alios, qui oculis[2] mederentur? num geometriam Euclide[q] aut Archimede,[r] num musicam Damone[s]

[a] *Occupatus.* [b] *Q. Mucii Scævolæ.* [c] *Græci.*
[d] *Quia partes artium aliæ ab aliis separatæ sunt et aliis attributæ, ideo artes, maximæ antea, valde sunt imminutæ.*
[e] *Chirurgos appellant.*

13 Guelf. 1. *vel gloria, vel copia.*—14 Erl. 1. *tibine laudis*, omisso *plus*. Mox, *statuam esse tribuendum* Guelf. 1. 2. 3. et Erl. 1.—15 Ernesti conj. *omnium;* Schutz. suspic. *obrutus.*—16 Erl. 1. *ardentes his studiis.* Mox, *defluentes* unus Oxon. Paulo post, *conservarint* Erl. 1.

CAP. XXXIII. 1 Erl. 1. *Non hac inquit una Catule: sed in aliis etiam quam pluribus.* Mox, *deminutæ* Erl. 1. 2.—2 Lamb. *alios, qui oculis, qui auribus.*—

NOTÆ

[p] *Hippocrates ille Cous*] Medicorum princeps Hippocrates, 'qui tam fallere quam falli nescit,' ut ait Macrobius Somn. Scip. I. 6. in insula maris Ægæi Co (hodie dicitur *Lango*) natus est, teste Histomacho, anno I. Olymp. LXXX. scilicet ante Chr. 460. obiit apud Larissæos, quo ætatis anno vix constat: scribunt alii nonagesimo, alii octogesimo quinto, alii centesimo quarto, alii denique centesimo nono. Soranus.

[q] *Euclide*] Euclides mathematicus geometriam Alexandriæ docuit Ptolemæi Lagidæ Ægypti regis temporibus, Olymp. CXVIII. annis ante Chr. 308. Multum differt ab antiquiore illo Euclide Megarensi Socratis discipulo. In opere de geometria omnem magnitudinis ac multitudinis rationem complectitur, quæ subinde divisa est, aliis figuras planas, aliis solidas, aliis numeros, aliis lineas commensurabiles, ut vocant, et incommensurabiles tractantibus.

[r] *Archimede*] Hic Syracusanus cœ-

aut Aristoxeno,[t] num ipsas literas Aristophane[u] aut Callimacho[v] tractante, tam discerptas[3] fuisse, ut nemo genus universum complecteretur, atque ut alius aliam sibi partem, in qua elaboraret,[4] seponeret? 133. Equidem sæpe hoc audivi de patre et de socero[5] meo,[f] nostros quoque homines, qui excellere sapientiæ gloria vellent, omnia, quæ quidem tum hæc civitas nosset, solitos esse complecti. Meminerant illi Sex. Ælium, M' vero Manilium[w] nos etiam vidimus transverso ambulantem foro; quod erat insigne, eum, qui id faceret, facere civibus omnibus consilii sui copiam:[g] ad quos olim et ita ambulantes, et in solio sedentes domi, sic adibatur, non solum ut de jure civili

[f] *De patre uxoris meæ.*

[g] *Signum erat eum esse paratum ad respondendum, si quis ab ipso quid petere vellet.*

3 Ed. s. l. et a. et margo Crat. *discretas;* Erl. 1. *discerpta.* Paulo ante verba, *num ipsas literas Aristophane,* desunt in Erl. 1.—4 Erl. 1. *elaboret.*—

NOTÆ

li siderumque spectator, geometricæ ac machinalis scientiæ peritissimus; patriam adversus Romanorum conatus novis bellicorum operum inventis facile per triennium defendit: Syracusis captis, cum esset in sua studia intentus, ab ignoto milite interfectus est, id ægre ferente Marcello victore, qui edixerat, ne vir tantus violaretur, A. U. C. 542. ante Chr. 212. ætatis circiter 70. Liv. l. XXIV. Plutarch. Plinius, &c. Scripsit Archimedes de sphæra et cylindro, de circuli dimensione, de æquiponderantibus, de conoidibus et sphæroidibus, de spiralibus, de quadratura paraboles, et insidentibus in humido. Quotusquisque hæc omnia simul complectitur?

[s] *Damone*] Damon Agathoclis discipulus non in musicis tantum, verum etiam aliis artibus perjucundis excelluit. Plato in Lachete.

[t] *Aristoxeno*] Qui ortus ex urbe Tarento philosophicis juxta et musicis disciplinis eruditus extitit. Aristotelem audivit præceptorem, in quem officii parum memor subinde invectus est, quod Aristoteles in schola sibi delegisset Theophrastum successorem. Inclaruit anno ante Chr. circiter 320. Suidas.

[u] *Aristophane*] Hic Byzantius grammaticus, Callimachi et Zenodoti discipulus, vixit Olymp. XLV. ante Chr. annis 600. Suidas.

[v] *Callimacho*] Cyrenæo grammatico, qui poëmata quovis carminum genere scripsit, multaque oratione numeris soluta edidit. Ista subinde partiti sunt studia, alii grammaticæ, alii poëticæ addicti. Vixit Callimachus ad tempora Ptolemæi Euergetæ, qui regnare cœpit in Ægypto Olymp. CXXVII. anno 2. ante Chr. 261. Suidas.

[w] *Sex. Ælium, M' vero Manilium*] De quibus, ut et ceteris qui dicendi laude præstiterunt, disseremus in notis ad Brutum.

ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo,[6] de omni denique aut officio aut negotio referretur. 134. Hæc fuit P. Crassi illius veteris,[x] hæc Ti. Coruncanii,[y] hæc proavi generi mei,[7] Scipionis,[z] prudentissimi hominis, sapientia, qui omnes pontifices maximi fuerunt, ut ad eos de omnibus divinis atque humanis rebus referretur: iidemque et in senatu,[8] et apud populum, et in causis amicorum, et domi, et militiæ consilium suum fidemque præstabant. 135. Quid enim M. Catoni,[a] præter hanc politissimam doctrinam transmarinam atque adventiciam,[h] defuit? num, quia jus civile didicerat,[9] causas non dicebat? aut quia poterat dicere, juris scientiam negligebat? at utroque in genere et laboravit, et præstitit:[i] num propter hanc ex privatorum negotiis collectam gratiam tardior in republica capessenda fuit? nemo apud populum fortior, nemo melior senator: idem facile optimus[10] imperator:[j] denique nihil in hac civitate temporibus illis sciri discive potuit, quod ille non cum investigarit et scierit, tum etiam conscripserit. 136. Nunc contra[11] plerique ad honores adipiscendos et ad rempublicam gerendam nudi veniunt atque inermes; nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati.

[h] *Petitam a Græcis, qui ab Italis mari sejunguntur.*
[i] *Excelluit.* [j] *Dux belli scientissimus.*

5 Steph. et Lamb. *et de patre et socero.*—6 Tria hæc verba, *de agro colendo,* desunt in Erl. 1.—7 Grut. *proavi, generi mei.*—8 Erl. 1. *idemque in senatu;* unus Oxon. *hi denique et in senatu.* Mox, *et domi* omittit Olivet.—9 Guelf. 1. 2. 3. Erl. 1. septem Palatt. tres ap. Grut. et omnes fere codd. Pearcii, cum edd. Mediol. et edd. vett. habent *jus civile non didicerat;* Aldus primus τὸ *non* delevit. Mox, Erl. 1. *negtegebat.* Tum *at* delent Guelf. 1. Erl. 1. Joan. Vet. Steph. Schutz. Harles. et Orell. *atqui utroque* Lamb. *at* habent Guelf. 2. 3. Junt. Crat. Grut. *laboravit* Erl. 1.—10 Erl. 1. et Guelf. 1. *et idem optimus.* Mox, *temporibus sciri discive potuit, quod non, &c.* Erl. 1.—11 *Nunc cuncta* Erl.

NOTÆ

[x] *P. Crassi illius veteris*] Cognomento Divitis, qui pontificis maximi munere functus est, et consulatum gessit A. U. C. 548. ante Chr. 196.

[y] *Ti. Coruncanii*] Hic etiam pontifex maximus fuit, et obiit A. U. C. 601. ante Chr. 153. ut indicat Cicero in Catone.

[z] *Scipionis*] Hic ille Scipio est Nasica Corculum, et ipse pontifex maximus, proavus Scipionis qui Crassi gener fuit.

[a] *M. Catoni*] Vide notas in Brutum.

Sin aliquis excellit[12] unus e multis; effert se, si unum aliquid affert,[k] ut bellicam virtutem, aut usum aliquem militarem; (quæ sane nunc quidem obsoleverunt[l 13]) aut juris scientiam, ne ejus quidem universi;[m] (nam pontificium, quod est conjunctum,[n] nemo discit) aut eloquentiam, quam in clamore et in verborum cursu positam putant: omnium vero bonarum artium, denique virtutum ipsarum societatem cognationemque,[14] non norunt. XXXIV. 137. Sed, ut ad Græcos referam orationem, (quibus carere in hoc[1] quidem sermonis genere non possumus: nam ut virtutis a nostris, sic doctrinæ sunt ab illis exempla[2] repetenda;) septem fuisse dicuntur[b] uno tempore, qui sapientes et haberentur, et vocarentur. Hi omnes, præter Milesium[c] Thalen, civitatibus suis præfuerunt. Quis doctior iisdem illis temporibus, aut cujus eloquentia literis instructior fuisse traditur, quam Pisistrati? qui primus Homeri[d] libros, confusos antea,[3] sic disposuisse dicitur,[e] ut nunc

[k] *Præstantiorem se aliis haberi vult, si una aliqua dote præditus est.*
[l] *Quæ virtus bellica et usus militaris nunc jacent sine honore.*
[m] *Ne totius quidem juris.*
[n] *Jus de rebus divinis a pontificibus scriptum, quod est conjunctum cum jure civili.*

1.—12 *Sin aliquis excellet* Guelf. 2. 3. *Sin ... si unum aliquod affert* conj. Ernesti; *excellit unus e multis affert, sed si unum aliquid affert: aut bellicam virtutem, aut usum aliquid* Erl. 1.—13 Erl. 1. *absoluerunt.*—14 Erl. 1. *cogitationemque.*

CAP. XXXIV. 1 Erl. 1. *carere hoc.*—2 Guelf. 1. 2. *nam ut virtute ... ab illis exempla;* in Guelf. 1. omissum *exempla;* Erl. 1. habet, *nam ut virtutes a nos-*

NOTÆ

[b] *Septem fuisse dicuntur*] Omnes illi, excepto Thale Milesio omnium antiquissimo, suis civitatibus præfuerunt; Pittacus Mitylenæis, Bias Prienensibus, Solon Atheniensibus, Cleobulus Lindiis, Myson Chenensibus in Laconica, Chilo Lacedæmoniis. Plato in Protagora, &c. Floruerunt ab Olymp. XL. ad LVIII. sive ab anno ante Chr. 620. ad 548. Diogenes, &c.

[c] *Milesium*] Oriundum e Mileto, nunc *Melasso;* ex Ptolemæo Cariæ, ex Herodoto civitas est Ioniæ. Quod in utriusque provinciæ finibus sita sit, hinc orta fortasse geographorum æqualium dissensio; quorum alii, ut Mela, Strabo, et Plinius, Miletum in Ionia; alii, ut Ptolemæus, in Caria collocant.

[d] *Homeri*] De quo supra § 57.

[e] *Disposuisse dicitur*] Recte assensum hic sustinet Cicero; neque enim Pisistratum, sed ejus filium Hipparchum Homeri libros ordine disposuisse tradit Plato in Hipparcho.

habemus. Non fuit ille quidem civibus[4] suis utilis, sed ita eloquentia floruit, ut literis doctrinaque præstaret. 138. Quid Pericles? de cujus dicendi copia[5] sic accepimus, ut, cum contra voluntatem Atheniensium loqueretur pro salute patriæ, severius tamen id ipsum,[o] quod ille contra populares homines diceret, populare omnibus et jucundum videretur: cujus in labris[f] veteres comici, etiam cum illi maledicerent (quod tum Athenis fieri licebat), leporem habitasse dixerunt, tantamque in eo vim fuisse,[6] ut in eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. At hunc non clamator[7] aliquis[p] ad clepsydram[g] latrare docuerat, sed, ut accepimus, Clazomenius[h] ille Anaxagoras, vir summus in maximarum rerum scientia. Itaque hic doctrina, consilio, eloquentia excellens, quadraginta annos[8] præfuit Athenis et urbanis, eodem tempore, et bellicis rebus. 139. Quid Critias? quid Alcibiades? civitatibus suis quidem[9] non boni,[q] sed certe docti atque

[o] *Ejus oratio quamvis esset severior.* [p] *Rhetoricæ magister imperitus.*
[q] *Civitates suas damnis affecerunt, quippe qui fuerunt tyranni.*

tris si doctrinæ sunt ab illis petenda.—3 Guelf. 1. *confusos ante.*—4 Erl. 1. et Wetzel. *civitatibus.* Mox, *ita* deest in eodem codice.—5 Voc. *copia* deest in Erl. 1. *dicendi ratione* habet Reg. 7703. Mox, *dum contra* idem Reg.—6 Erl. 1. et Guelf. 1. *in eodem vim fuisse.*—7 *At hunc non declamator* Guelf. 1. et Erl. 1. Actutum *aliqui* Erl. 1.—8 Guelf. 1. et Erl. 1. *XL. annis.*—9 Erl. 1. *qui-*

NOTÆ

[f] *Cujus in labris*] Conviciis ac maledictis Periclem, ut refert Plutarchus in ejus vita, proscindebant comici poëtæ Cratinus et Eupolis: hic nihilominus, auctore Tullio in Bruto § 59. quam Deam Græci vocant Πειθὼ, Ennius *Suadam*, in Periclis labris sessitavisse scripsit. Vide notas in Brutum § 27.

[g] *Ad clepsydram*] Clepsydra, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν ὕδωρ, *a furandis horis*, appellata, vas est, inquit Suidas, angustissimo ore circa fundum, quod guttatim aqua defluente certum temporis spatium notabat; quo tempore non modo privatim declamabant rhetores, sed etiam in foro actor et reus æquali spatio perorabant. Eam consuetudinem invaluisse Romæ patet ex Plin. l. 1. Epist. ad Falconem; Athenis receptam ait Æschines in orat. contra Ctesiphontem: Ἐγχεῖται γὰρ τὸ μὲν πρῶτον ὕδωρ τῷ κατηγόρῳ· τὸ δὲ δεύτερον ὕδωρ τῷ τὴν γραφὴν φεύγοντι· *Infunditur prima aqua accusatori, secunda vero aqua reo.*

[h] *Clazomenius*] Natus Clazomenis urbe Ioniæ in Asia Minore: Theveto *Grine.*

eloquentes, nonne Socraticis erant disputationibus eruditi? Quis Dionem Syracusium [10] [i] doctrinis omnibus expolivit? non Plato? atque eum idem ille non linguæ solum, verum etiam animi ac virtutis magister, ad liberandam patriam impulit, instruxit, armavit. Aliisne igitur artibus hunc Dionem instituit Plato, aliis Isocrates clarissimum virum Timotheum,[j] Cononis,[k] præstantissimi imperatoris, filium, summum ipsum imperatorem, hominemque doctissimum? aut aliis Pythagoreus ille Lysis [11] [l] Thebanum Epaminondam,[m] haud scio an summum virum unum omnis Græciæ? aut Xenophon Agesilaum? aut Philolaum[n] Archytas[o] Tarentinus? [12] aut ipse Pythagoras totam illam veterem

dem suis.—10 *Syracorum* Erl. 1.—11 *Lysias* Erl. 1. Cf. Corn. Nep. xv. 2. 2. ibique Bosium: ibi codd. Leid. Voss. 1. 2. aliique et edd. vett. habent quoque *Lysiam.* Mox, *omnis unum* Erl. 1.—12 Guelf. 1. 2. *aut Philolaus Archytam Tarentinum;* Erl. 1. *Xenopho hagesilanum, aut philolanos architam tharenti-*

NOTÆ

[i] *Dionem Syracusium*] Hic Platonis discipulus contra Dionysium Minorem tyrannum copias movit, eumque devicit, ad libertatem popularium vindicandam egregie multa manu et consilio gessit. Calippi opera a Zacynthiis mercenariis perfide jugulatus est anno 3. Olymp. CVI. ante Chr. 314. Diodorus, Plutarchus, et Corn. Nepos.

[j] *Timotheum*] Qui dux Atheniensis bellicam gloriam doctrinæ laude cumulavit. Corn. Nepos. Ejus res præclare gestas inimici tribuebant fortunæ, quam depingebant urbes retibus inclusas ipsi offerentem; quod ægre tulit Timotheus: ex quo tempore adversa ei ceciderunt omnia; adeo ut tandem ab infenso populo in exilium pulsus fuerit. Plutarchus in Sylla.

[k] *Cononis*] Hic Atheniensis a Lysandro Lacedæmoniorum duce bello superatus, voluntario se mulctavit exilio, et auxilio Artaxerxis, Persarum regis, a servitute patriam liberavit. Corn. Nepos.

[l] *Lysis*] Tarentinus, cui præceptori sic fuit deditus Epaminondas, ut adolescens tristem ac severum senem omnibus æqualibus suis in familiaritate anteposuerit. Corn. Nepos. Floruit Olymp. circiter XCV. annis ante Chr. 400.

[m] *Epaminondam*] De quo, ut et Xenophonte et Agesilao, jam supra diximus.

[n] *Philolaum*] Philolaus Crotoniata philosophus Pythagoricus, teste Laërtio, tyrannidis affectatæ suspectus mortuus est; cujus tres libros decem millibus denarium emtos a Platone refert Gellius III. 17.

[o] *Archytas*] Philosophus Pythagoricus, Platonis a Dionysio necandi salutem asseruit: sæpius populo præfectus est, sed mathematicis quam bellicis artibus multo clarior extitit. Claruit annis ante Chr. circiter 350. Diogenes.

Italiæ Græciam,[13] [p] quæ quondam Magna vocitata est? XXXV. 140. Equidem non arbitror. Sic enim video, unam quandam omnium rerum, quæ essent homine erudito dignæ, atque eo, qui in republica vellet excellere, fuisse doctrinam: quam qui accepissent, si iidem[1] ingenio ad pronunnuntiandum valuissent, et se ad dicendum quoque, non repugnante natura, dedissent, eloquentia præstitisse. 141. Itaque ipse Aristoteles, cum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod ipse[2] suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutavit repente totam formam prope disciplinæ suæ, versumque quendam Philoctetæ[3] [q] paulo secus dixit. Ille enim[r] 'turpe' sibi ait 'esse tacere, cum barbaros;'[r] hic autem, 'cum Isocratem pateretur dicere:' itaque[4] ornavit et illustravit doctrinam illam omnem, rerumque cognitionem cum orationis exercitatione conjunxit. [*p.* 156.] Neque vero[5] hoc fugit sapientissimum regem, Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem accierit,[s] a

[r] *Tacere barbaris loquentibus.*

num.—13 Erl. 1. *tantum illam v. I. Græciæ;* et mox in eodem *vocata* a m. pr. sed suprascriptum *vocitata.*

Cap. XXXV. 1 Erl. 1. *si eidem.*—2 Schutz. conj. *quod ille.*—3 Ita Joan. Nov. Wag. Mead. Harl. 1. 2. Erl. 1. item edd. Venett. Mediol. Mannt. Pearc. Harles. *de Philocteta* Gnelf. 2. 3. Junt. Lamb. Grut. Orell. Mox, *cum barbaris* Junt. Lamb. Grut.—4 Schutz. in ed. maj. legit *ita.*—5 *Ne vero* Erl. 1. Mox

NOTÆ

[p] *Italiæ Græciam*] Vide notas ad l. I. de Orat. § 154.

[q] *Philoctetæ*] Philoctetes comes Herculis, a quo sagittarum ad excidium Trojæ fatalium hæres institutus est. Earum una decidente graviter eo pede læsus, quo tumulum Herculis contra datam fidem monstraverat, Machaonis arte convaluit.

[r] *Ille enim*] Philocteten tragicus quidam poëta hoc fere versu loquentem inducebat, Αἰσχρὸν σιωπᾷν, βαρβάρους δ' ἐᾷν λέγειν, *Turpe est silere, et barbaros sinere loqui.* Quem versum paulatim sic immutabat Aristoteles: Αἰσχρὸν σιωπᾷν, καὶ Ἰσοκράτην ἐᾷν λέγειν, *Turpe est tacere, et Isocratem sinere loqui.* Cum ex Isocratis ludo celeberrimos prodire vidisset Aristoteles pomeridianis horis, præcipere cœpit artem oratoriam. Quintil. III. 3.

[s] *Doctorem accierit*] Brevem Philippi epistolam, qua Aristoteli committit institutionem Alexandri, refert Gellius IX. 3. Φίλιππος Ἀριστοτέλει χαίρειν. Ἴσθι μοὶ γεγονότα υἱόν·

quo eodem ille et agendi acciperet præcepta et loquendi. 142. Nunc, si qui volet,[6] eum philosophum, qui copiam nobis rerum orationisque tradat, per me appellet oratorem licet; sive hunc oratorem, quem ego dico sapientiam junctam habere eloquentiæ, philosophum appellare malit,[7] non impediam: dummodo hoc constet, neque infantiam[5] ejus, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat; neque inscientiam illius, cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam: quorum si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem.[8] 143. Sin quærimus, quid unum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est; quem si patiuntur eundem esse philosophum, sublata controversia est: sin eos disjungent; hoc erunt inferiores, quod in oratore perfecto inest illorum omnis[9] scientia, in philosophorum autem cognitione non continuo inest eloquentia: quæ quamvis[10] contemnatur ab eis, necesse est tamen aliquem cumulum illorum artibus afferre videatur. Hæc cum Crassus dixisset, parumper et ipse conticuit, et ceteris silentium fuit.

XXXVI. 144. Tum Cotta, Equidem, inquit, Crasse, non possum queri, quod mihi videare aliud quiddam, et non id, quod susceperis, disputasse; plus enim aliquanto attulisti,

[5] *Orationis inopiam.*

a quo e. i. et vivendi unus codex ap. Steph. *præcepta eloquendi* Erl. 1.—6 *Nunc, sive qui volet* Guelf. 1. 2. 3. Junt. Ald. et vulgg. *si qui volet* est e conjectura Ernesti.—7 Guelf. 1. Lamb. Schutz. *malet;* Erl. 1. *mallet;* Junt. Crat. Grut. *malit.* Mox, pro *norit,* Guelf. 2. habet *novit.* Dein, *inscitiam* codd. aliquot, Junt. Crat. Manut.—8 Gell. Noct. Att. I. 15. *stultam loquacitatem.*—9 Lamb. *omnis illorum.* Mox, idem omittit *autem.*—10 Guelf. 1. Erl. 1. *quæ quamquam.* Mox, *parumper ipse* Erl. 1.

NOTÆ

πολλὴν οὖν τοῖς θεοῖς χάριν ἔχω, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ παιδὸς, ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι· ἐλπίζω γὰρ αὐτὸν, ὑπὸ σοῦ τραφέντα καὶ παιδευθέντα, ἄξιον ἔσεσθαι καὶ ἡμῶν καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς. *Philippus Aristoteli salutem. Scito mihi natum filium; multam igitur Diis gratiam habeo, non tam quod natus sit puer, quam quod tua ætate natus sit. Spero enim ipsum, a te educatum et institutum, dignum fore et nobis et negotiorum susceptione.*

quam tibi esset tributum a nobis ac denuntiatum:[t] sed certe[1] et hæ partes fuerunt tuæ, de illustranda oratione ut diceres, et eras ipse jam ingressus, atque in quatuor partes omnem orationis[2] laudem descripseras: cumque de duabus primis nobis quidem satis, sed, ut ipse dicebas, celeriter exigueque dixisses, duas tibi reliquas feceras, quemadmodum primum ornate, deinde etiam apte diceremus.[3] 145. Quo cum ingressus esses, repente te quasi quidam æstus ingenii tui procul a terra abripuit,[u] [4] atque in altum a conspectu pæne omnium abstraxit. Omnem enim rerum[5] scientiam complexus,[v] non tu quidem eam nobis tradidisti; neque enim fuit tam exigui temporis: sed, apud hos quid profeceris, nescio; me quidem in Academiam totum compulisti.[w] In qua velim sit illud, quod sæpe posuisti, ut[6] non necesse sit consumere ætatem, atque ut possit is illa omnia cernere, qui tantummodo aspexerit: sed etiamsi est aliquanto[7] spissius,[x] aut si ego sum tardior, profecto nunquam conquiescam, neque defatigabor ante, quam illorum ancipites vias rationesque et pro omnibus, et contra omnia disputandi,[y] percepero.

146. Tum Cæsar, Unum, inquit, me ex tuo sermone maxime,[8] Crasse, commovit, quod eum negasti, qui non cito quid didicisset, unquam omnino posse perdiscere: ut

[t] *Plura explicuisti quam a te petieramus et exponenda tribueramus.*

[u] *Quod cum inciperes exponere, subito impetus ingenii te impulit ad eas res tractandas quas minime sperabamus.*

[v] *Disseruisti de omnium rerum scientia.*

[w] *Nescio ex oratione tua quem fructum Cæsar et Sulpicius retulerint: ego quidem ita sum ea commotus, ut statuam Academicorum omnem scientiam pernoscere.*

[x] *Difficilius.* [y] *Rationes quibus in utramque partem disputatur.*

Cap. xxxvi. 1 Erl. 1. *et quod non id susceperis.* Mox, *erat attributum* Guelf. 1. Regg. Wald. Schutz. et Orell. *erat attribuendum* unus Oxon. *esset attributum* Guelf. 3. *erat tributum* Erl. 1. Actutum, *sed denuntiatum* Wald. *ac denuntiatum* deest in Guelf. 1. Tum, *sed certe ut* Erl. 1. *sed certe hac, &c.* Junt. Manut.—2 Erl. 1. *omnem orationem.* Mox, *cumque duabus p. n. q. s. sed ut ipse celeriter* Erl. 1.—3 Idem codex, *ornatum d. e. a. dicerem.*—4 Idem codex *arripuit.* Mox, pro *abstraxit,* Mediol. Ascens. Lips. habent *distrixit.*—5 Ita Joan. Cant. Bod. Wag. Harl. 1. 2. Erl. 1. Lamb. cum tribus vetustissimis: *Omnemque rerum* Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. Mox, *non quidem* Erl. 1.—6 Schutz. conj. *velim (illud quod sæpe posuisti) ut, &c.* Mox, *ut posset* Erl. 1. Tum pro *cernere,* Guelf. 2. habet *tenere.*—7 Erl. 1. *aliquando.* Mox,

mihi non sit difficile periclitari,[z] et aut statim percipere ista,[a] quæ tu verbis[9] ad cœlum extulisti; aut, si non potuerim, tempus non perdere, cum tamen his nostris[b] possim esse contentus. 147. Hic Sulpicius, Ego vero, inquit, Crasse,[10] neque Aristotelem istum, neque Carneadem, nec philosophorum quenquam desidero: vel me, licet existimes, desperare, ista posse[11] perdiscere, vel, id quod facio, contemnere. Mihi rerum forensium et communium vulgaris hæc cognitio satis magna est ad eam, quam specto, eloquentiam: ex qua ipsa tamen permulta nescio; quæ tum denique,[12] cum causa aliqua, quæ a me dicenda est, desiderat, quæro. Quamobrem,[13] nisi forte es jam defessus, et si tibi non graves sumus, refer ad illa te, quæ ad ipsius orationis laudem splendoremque pertinent: quæ[14] ego ex te audire volui, non ut desperarem me eloquentiam consequi posse, sed ut aliquid addiscerem.

XXXVII. 148. Tum Crassus, Pervulgatas res[c] requiris, inquit,[1] et tibi non incognitas, Sulpici: quis enim de isto genere non docuit, non instituit, non etiam scriptum reliquit? sed geram morem, et ea duntaxat, quæ mihi nota sunt, breviter exponam tibi;[2] censebo tamen ad eos, qui auctores et inventores sunt harum sane minutarum rerum, revertendum. 149. Omnis igitur oratio conficitur[3] ex verbis; quorum primum nobis ratio simpliciter videnda est, deinde conjuncte:[d] 4 nam est quidam ornatus orationis, qui ex singulis verbis est; alius, qui ex continuatis con-

[z] *Experiri.* [a] *Rerum omnium maximarum cognitionem.*
[b] *Mediocri Romanorum scientia.* [c] *Quæ ad elocutionem pertinent.*
[d] *In singulis verbis separatim sumtis, deinde in continuatis.*

in eodem cod. a m. pr. *quiescam.*—8 Voc. *maxime* deest in Guelf. 2.—9 Erl. 1. a m. pr. *istu quæ tu verba*, sed correctum a manu recent. *istud, quod tu, &c.* Guelf. 2.—10 Erl. 1. *crassum.* Mox, *quendam desidero* Lamb. 1566.—11 Ita Erl. 1. et edd. vett. *posse ista* Guelf. 2. 3. Ald. Junt. Lamb. Grut.—12 Mull. conj. *ex qua i. t. permulta, quæ nescio, tum denique.*—13 *Quam omnem* Erl. 1. Mox, in eodem cod. *tibi congraves sumus;* Lamb. *tibi graves non sumus.*—14 Vet. ap. Steph. *quod.*

Cap. XXXVII. 1 Guelf. 1. Mull. et Orell. *inquit, requiris,* prob. Goerenz. Mox, *scriptum etiam* Guelf. 1. ed. s. l. et a. et Schutz. Actutum, *sed geram tibi morem* ed. s. l. et a. Omnib. Lamb. et Schutz.—2 Pronomen *tibi* delet Lamb.—3 Guelf. 1. *compingitur.*—4 Idem codex *conjuncta;* et mox, *qui ex-*

junctisque constat. Ergo utemur[5] verbis aut iis, quæ propria sunt, et certa quasi vocabula rerum, pæne una nata cum rebus ipsis; aut iis, quæ transferuntur, et quasi alieno in loco collocantur; aut iis, quæ novamus, et facimus[6] ipsi. 150. In propriis est igitur verbis illa laus[7] oratoris, ut abjecta[t] atque obsoleta[u] fugiat, lectis atque illustribus utatur, in quibus plenum quiddam et sonans inesse videatur. Sed in hoc verborum genere propriorum delectus est quidam habendus,[8] atque is aurium quodam judicio ponderandus: in quo consuetudo etiam bene loquendi valet plurimum. 151. Etiam hoc,[9] quod vulgo de oratoribus ab imperitis dici solet, 'Bonis is verbis,' aut, 'aliquis non bonis utitur,' non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu judicatur: in quo non magna laus est, vitare vitium,[10] (quanquam id est magnum,) verum hoc quasi solum quoddam atque fundamentum[e] est, verborum usus et copia bonorum. 152. Sed quid ipse ædificet

[e] *Sedes ac fundamentum elocutionis.*

tenuatis conjunctis constat in eodem codice.—5 *Ergo utimur* Guelf. 1.—6 Erl. 1. *faciamus.*—7 *In propriis igitur est illa laus,* omisso *verbis,* Guelf. 1. Mox, *ut a. aut obsoleta* in eodem; et paulo post, *plenum quoddam consonans esse.* In Guelf. 3. legitur etiam *quoddam.*—8 Verbum *habendus* deest in Erl. 1. Mox, *ponderandus est* Guelf. 1.—9 *Atque hoc* Erl. 1. probante Harles. *Itaque hoc* Guelf. 1. Mox, *vulgo* deest in Guelf. 2. *ab imperitis* uncis inclusit Schutz. Tum, *Bonis his* unus Oxon. *Bonus hic* Erl. 1. Guelf. 1.—10 Erl. 1. ed. s. l. et a. et Omnib. *evitare vitium.* Actutum, *quanquam magnum* nonnulli codd. ap. Orell. *quanquam est magnum* Erl. 1. Guelf. 1. et Omnib. Tum, *verum tamen quasi hoc solum* codd. aliquot, Steph. Lamb. Schutz. *verum jam hoc solum* Vet. ap. Steph. *verum in hoc solum* Mull. ex codd. *verum hoc solum* Ald.

NOTÆ

[t] *Abjecta*] Verba vilia ac sordida, quibus sæpe utuntur comici et satirici. Observat tamen Quintilianus VIII. 3. vim rebus aliquando ipsa rerum humilitate afferri: ut cum dicit in Pisonem Cicero, 'cum tibi tota cognatio in sarraco advehatur,' incidit in sordidum nomen, quo contemtum auxit hominis quem destructum volebat. Et alibi, 'caput opponis cum eo coniscans.'

[u] *Obsoleta*] Ridicule nescio quis apud Gell. XI. 7. cum vellet dicere inopia quemdam miseroque victu vivere, et furfureo pane vesci, et vini fæcem potare: 'Hic,' inquiebat, 'eques Romanus apludam edit et floces bibit.' Obsoleta aliquando Tullius adhibuit, præcipue in epistolis, 'raudusculum,' 'muginari,' 'averruncare,' 'tricari,' 'noctuabundus,' &c. Consule Gell. I. 10.

orator, et in quo adjungat artem, id esse a nobis [11] quærendum atque explicandum videtur.

XXXVIII. Tria sunt igitur in verbo simplici, quæ orator afferat ad illustrandam atque exornandam orationem: [1] aut inusitatum verbum, aut novatum, aut translatum. 153. Inusitata sunt, prisca fere ac vetusta, et ab usu quotidiani sermonis jamdiu intermissa, quæ sunt poëtarum licentiæ [v] liberiora, quam nostræ: [2] sed tamen raro [f] habet etiam in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem: neque enim illud fugerim dicere, ut Cœlius, [g 3 w] [*p.* 157.] 'Qua tempestate Pœnus in Italiam venit;' [4] nec 'prolem,' aut 'subolem,' aut 'effari,' aut 'nuncupari:' [x] aut, ut tu soles, [y] Catule, 'non rebar,' [5] aut 'opinabar;' et alia multa, quibus loco positis, grandior, atque antiquior oratio sæpe [6] videri solet. 154. Novantur [z] autem verba, quæ ab eo, qui di-

f Aliquando.

g Non abstinendum mihi esse putem ab hoc vocabulo, quo Cœlius Antipater usus est.

Junt. Man.—11 Codd. aliquot, Steph. Lamb. *id esse nobis.*

CAP. XXXVIII. 1 Erl. 1. *orationem atque exorandam.*—2 Ita Mead. Harl. 1. 2. item edd. Ascens. Steph. Manut. Streb. Lamb. Pearc. et recentt. *nostra* Erl. 1. Ald. Junt. Crat. Grut. Mox, *raro habet tamen* Erl. 1. *sed tamen haud raro* conj. Ernesti; *sed, raro tamen*, vel delend. *raro*, suspic. Matthiæ. Deinde, pro *poëticum*, Pearc. conj. *pervetustum.*—3 Erl. 1. *fugimus d. ut lelius.* —4 *Pœnorum venit in Italiam exercitus* vet. ap. Steph. Mox, pro *effari* Lamb. legit *fari.* Tum, *aut nuncupare* Schutz. e Quintil.—5 Reg. 7703. *non verebar.* Mox, *aut alia multa* Cant. Wag. Harl. 1. Joan. Erl. 1. aliique codd.

NOTÆ

v *Poëtarum licentiæ*] Plurima inusitata adhibet Virgilius; 'olli,' 'fuat,' 'aulai,' 'quianam,' &c.

w *Cœlius*] De quo in notis ad l. II. de Orat. § 54.

x *Nuncupari*] 'Nuncupo' et 'opinor,' verba ceteris modis ac temporibus maxime communia, ut ex hoc loco patet, vix usitata erant, hoc in prima persona imperfecti indicativi, illud in præsenti infinitivi passivi.

y *Ut tu soles*] 'Non rebar,' dixit Catulus supra § 82.

z *Novantur*] Novari posse verba, testis est locuples Horatius in Arte, 'licuit semperque licebit Signatum præsente nota procudere nomen.' Multa in Latium invexit vocabula Tullius, quæ ne statim offendant aures, præposito verbo solet emollire. 'Ista beatitas sive beatitudo dicenda est: utrumque omnino durum est, sed usu mollienda nobis verba sunt;' de Nat. Deor. l. I. § 95. 'Confugis ad æquilibritatem; sic enim ἰσονομίαν, si placet, appellemus;' ibid. § 110. 'Carentem omni qualitate (faciamus enim tractando usitatius hoc verbum et tritius);' Acad. Quæst. l. I. § 27. 'Id autem visum, cum ip-

cit, ipso gignuntur ac fiunt, vel[7] conjungendis verbis, ut hæc:

'Tum pavor[a] sapientiam omnem mihi exanimato[8] expectorat.'[h]

'Num non vis[9] [b] hujus me versutiloquas malitias . . .'[i]

videtis enim et 'versutiloquas,' et 'expectorat,' ex conjunctione facta esse verba, non nata:[10] vel sæpe sine conjunctione [verba novantur], ut, 'ille senius,' ut, 'Dii genitales,'[11] [c] ut 'baccarum[d] ubertate incurvescere.'[k] 155. Tertius ille modus transferendi[e] verbi late patet, quem

[h] *Tunc timor mihi consternato adimit omnem sapientiam ex pectore.*
[i] *Nonne vis me cavere ab hoc, qui fraudulentis verbis mihi malum machinatur?*
[k] *Multitudine fructuum incurvari.*

ap. Steph.—6 Unus codex ap. Steph. omittit *sæpe.*—7 Erl. 1. omittit *vel.*—8 Ita Erl. 1. Schutz. Harles. *omnem mi exanimato* Orell. *mihi omnem exanimato* Manut. Steph. Grut. *mihi omnem ex animo* multi codd. item Junt. Crat. Lamb. *mi omnem ex animod* Bothe.—9 Ita codd. aliquot, Ald. Junt. Crat. Manut. *Num vero vis* Guelf. 3. *Numquid vero non vis hujus me vers. mal.* Lamb. *An num non vis* Steph. *Num vis hujus me, &c.* Schutz. *Non novisse hujus me, &c.* Bothe.—10 Schutz. *non nativa.* Mox, *sed sæpe vel sine* codd. ap. Grut. *sæpe* delet Lamb. Tum, *verba novantur,* Ernestio suspecta, delerunt Lamb. et Schutz. restituit Mull.—11 Quidam Palatt. *ut ille sensus disertus vidi genitales;* Junt. et Manut. *ut ille sensus disertus indigenitalis;* Lamb. conj. *ut illud diserti senis: Dii genitales;* Turneb. susp. *ut ille Ennius; Dii genitales;* Orell. malit, *ut ille Ennii: Di genitales;* Erl. 1. habet, *ut ille sensus disertus: vidi genitales vaccarum ubertate incurvescetur.* 'Ego Lambini emendationem præferrem; et *Ennius* interpretamentum *τοῦ senis diserti* esse videtur.' *Harles.* *incurviscere* Lamb. Schutz. et Orell. e Nonio; *inturgescere*

NOTÆ

sum cerneretur, comprehensibile: feretis hoc? Nos vero, inquam; quonam enim modo *κατάληπτον* diceres?' ibid. § 41. Scite omnino Fabius I. 6. 'Ut novorum verborum optima erunt maxime vetera, ita veterum maxime nova.'

[a] *Tum pavor*] Versus hic ex Ennio citatur Tusc. Quæst. l. IV. § 19.

[b] *Num non vis*] Desumtus ex alio vetere poëta versus.

[c] *Ut, ille senius, ut,* [*Ut ille Ennius,*] *Dii genitales*] In maxima lectionum varietate facilius est sortiri, quam certo conjicere quid recte dicas. Habent edd. aliæ, *ut ille sensus disertus indigenitalis;* aliæ, *ut illud diserti senis Dii genitales;* aliæ, *ut ille senius, ut Dii genitales;* aliæ, *ut illud senium disertum.* Aliæ aliud etiam exhibent: nos lectioni Turnebi adhæsimus; similis est enim Ennii versus, 'Jupiter in cœlo cum Diis genitalibus ævum Degit.'

[d] *Baccarum*] Baccæ sunt fructus variorum generum; lauri, olivæ, myrti, et aliorum hujuseemodi.

[e] *Modus transferendi*] De verbis translatis sive metaphora ejusque legibus hic fuse et egregie disputare Crassus incipit. Est autem metaphora vox a propria significatione

necessitas genuit, inopia[l] coacta[12] et angustiis; post autem delectatio jucunditasque celebravit:[m] nam ut vestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi cœpta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem; sic verbi translatio instituta est inopiæ causa,[f] frequentata delectationis. Nam 'gemmare vites,' 'luxuriem esse in herbis,' 'lætas segetes,'[13] etiam rustici dicunt: quod enim declarari vix verbo proprio potest, id translato cum est dictum, illustrat id, quod intelligi volumus, ejus rei, quam alieno verbo posuimus, similitudo. 156. Ergo hæ translationes, quasi mutuationes[14] sunt, cum, quod non habeas, aliunde sumas. Illæ paulo audaciores, quæ non inopiam indicant,[15] [g] sed orationi splendoris aliquid arcessunt: quarum ego, quid vobis aut inveniendi rationem, aut genera ponam?

XXXIX. 157. Similitudinis est ad verbum[1] unum contracta brevitas,[n] quod verbum in alieno loco, tanquam in suo, positum, si agnoscitur, delectat; si simile nihil habet,[h] re-

[l] *Propter penuriam verborum propriorum.* [m] *Frequentiorem reddidit.*
[n] *Translatio seu metaphora est similitudo quæ breviter uno verbo exprimitur.*

Schutz. in ed. maj.—12 Lamb. *coacta primo.* Mox, *post haberi c. e. ad ornamentum* Erl. 1.—13 Ita Junt. Lamb. Grut. Harles. Mull. Orell. *lætas esse segetes* conj. Pearc. recepit Schutz. confirmat cod. Reg. 7753. Mox, *quod enim delectari* Erl. 1. Tum Orell. distinxit, *illustrat, id quod, &c.* Deinde pro *posuimus,* Schutz. conj. *exposuimus,* quod habet Vet. Steph. *similitudine* margo Crat. *posuimus. Similitudo ergo hujus translationis* Erl. 1.—14 Ita Wald. Lips. Ald. Junt. Lambin. *mutationes* Manut. Grut.—15 Unus Oxon. et Steph. *vindicant;* Erl. 1. *judicant.* Idem mox, *quarum ego quidem, aut i. orationem.*

CAP. XXXIX. 1 *Translatio omnis similitudinis est ad unum verbum* Lamb. *Est autem translatio similitudinis* conj. Schutz. Paulo post *omnia* delet Schutz.

NOTÆ

translata ad alienam propter similitudinem.

[f] *Instituta est inopiæ causa*] Quæ necessitatis causa usurpantur ea ὁμώνυμα rectius dici quam μεταφορικὰ, auctoribus Porphyrio Tyrio et Demetrio, sentit Vossius.

[g] *Quæ non inopiam indicant*] Tales sunt hæ translationes significantiores; 'o plumbeum pugionem!' de Fin. l. IV. § 48. dicere potuit, o infirmum argumentum! 'Cum enim sit campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias et in Stoicorum dumeta compellimus?' Acad. Quæst. l. IV. § 112.

[h] *Si simile nihil habet*] Haud scio an quisquam hanc Solini in proœmio translationem probet: 'libri non tam bracteas eloquentiæ præferant quam fermentum cognitionis.' Quotus enim quisque Solini mentem assequatur,

pudiatur. Sed ea transferri oportet, quæ aut clariorem faciunt rem,[i] ut illa omnia :

'Inhorrescit mare,[j]
Tenebræ conduplicantur, noctisque et nimbum occæcat nigror,[o]
Flamma inter nubes coruscat, cœlum tonitru contremit,
Grando mista imbri largifluo[2] subita præcipitans cadit :[p]
Undique omnes venti erumpunt, sævi existunt turbines :
Fervit[3] æstu pelagus :'

omnia fere, quo essent clariora, translatis per similitudinem verbis dicta sunt : 158. aut quo significetur magis[k] res tota, sive facti alicujus,[4] sive consilii, ut ille, qui occultantem consulto,[q] ne id, quod ageretur, intelligi posset, duobus translatis verbis similitudine ipsa indicat,

'Quandoquidem iste circumvestit[5][l] dictis, sepit sedulo.'[r]

[o] *Nigror noctis et nubium intuentes veluti cæcos reddit, ac lucem eripit.*
[p] *Grando cum ingenti pluvia præcipitans repente ruit.*
[q] *De industria utentem obscura oratione.*
[r] *Quandoquidem iste obscure loquitur, et mentem tegit.*

—2 Ita Junt. Lamb. Grut. *largifico* unus Oxon. et Erl. 1. *largifico imbri* Schutz.—3 Ita unus Oxon. Lamb. Grut. *Fervet* Junt. Crat. Man. Bothe Poët. Scen. p. 121.—4 Voc. *alicujus* deest in Erl. 1. Mox, *qui occult. rem consulto* Lamb. Tum, *intelligi possit* Erl. 1.—5 Ita Erl. 1. Ald. Junt. Lamb. Grut. *ista circumvestit* ed. s. l. et a. Mediol. et Ascens. *is te circumvestit*

NOTÆ

qui censet oportere libros potius esse longos et spissos ad intelligentiam lectoris, quam breves ac tenues ad ostentationem ingenii paucis multa complectentis?

[i] *Aut clariorem faciunt rem*] Id præcipue cavendum est, ne id quod similitudinis gratia ascivimus, aut obscurum sit aut ignotum : debet enim quod illustrandæ alterius rei gratia assumitur, ipsum esse clarius eo quod illuminat. Quintil. VIII. 3.

[j] *Inhorrescit mare*] Hos esse Pacuvii versus scribit Cicero de Divinat. l. 1. § 24.

[k] *Quo significetur magis*] 'Necessitate nos durum hominem aut asperum [dicimus]. Non enim proprium erat quod daremus his affectibus nomen. Jam incensum ira, et inflammatum cupiditate, et lapsum errore significandi gratia. Nihil horum suis verbis, quam his accersitis magis proprium erat.' Quintil. VIII. 6.

[l] *Circumvestit*] 'Circumvestit,' verbum translatum a corporis partibus

Nonnunquam etiam brevitas[m] translatione conficitur,[5] ut illud, 'Si telum manu fugit.' Imprudentia teli emissi brevius propriis verbis exponi[6] non potuit,[n] quam est uno significata translato. 159. Atque[7] hoc in genere persæpe mihi admirandum videtur, quid sit, quod omnes translatis et alienis magis delectentur[8] verbis, quam propriis, et suis. XL. Nam si res suum nomen et proprium vocabulum[1] non habet, ut 'pes' in navi,[o] ut 'nexum,'[p] quod per libram agitur, ut in uxore 'divortium;'[q] necessitas cogit, quod non habeas, aliunde sumere: sed in[2] suorum verborum maxima copia, tamen homines aliena multo magis, si sunt ratione translata, delectant. 160. Id accidere credo, vel quod ingenii specimen est quoddam,[3] transilire ante pedes posita, et alia longe repetita sumere: vel quod is, qui audit, alio ducitur cogitatione, neque tamen aberrat; quæ maxima est delectatio: vel quod singulis verbis[4] res ac

[5] *Ideo brevis est oratio, quia metaphorica.*

conj. Grut. *is se circumvestit* Guelf. 1. Orell. et Schutz. et sic conj. Pearc. —6 Margo Crat. *exprimi.*—7 *Atque* omittunt unus Oxon. ed. s. l. et a. Steph. et Lamb.—8 Ita primus Lamb. eumque secuti Steph. et recentt. *delectantur* Erl. 1. edd. vett. Junt. Manut. Grut.

CAP. XL. 1 Erl. 1. *vocabulum proprium.* Mox, *per æs et libram* Lamb. et Schutz. sine codd. auctoritate: *quod libra agitur* unus Oxon. et ed. s. l. et a. —2 Codd. aliquot ap. Orell. *sed cur in;* Vet. ap. Steph. *sed qui suorum.*— 3 Erl. 1. *quiddam.* Mox, *posita, alia, &c.* unus codex, prob. Schutz.—4 Erl. 1.

NOTÆ

quæ teguntur; sepit, ab agris aut oppidis quæ circumcinguntur.

m *Brevitas*] Simile est illud Tullii de N. Deor. l. 1. § 104. 'Quicquid horum attigeris, ulcus est: ita male instituta ratio exitum reperire non potest.' Nonnisi fusius dicere potuit quicquid ad propugnandam Deorum iuertiam ex Epicuri mente dixeris, absurdum et ineptum erit.

n *Non potuit*] Dici enim verbis propriis debuisset, telum manu imprudenter emissum est.

o *Pes in navi*] Funes quibus antennæ velis instructæ demittebantur attollebanturque, vocabant rudentes; qui vero ex utroque infimo veli angulo pendebant, dicebant pedes, quorum usus erat in captando vento. Virg. Æn. v. 'Una omnes fecere pedem.'

p *Nexum*] Vide notas in Topica, in quibus quæ ad jus civile pertinent explicamus: et quæ jam diximus ad l. 1. de Orat. § 173.

q *Divortium*] Divortia sunt, inquit Isidorus, flexus viarum, sive viæ in diversa tendentes: aquarum divortia locus est, unde aquæ duas in partes divisæ incipiunt defluere. Translatione divortium tunc est, quando vir et uxor separantur.

totum simile conficitur:[t] vel quod omnis translatio, quæ quidem sumta ratione est, ad sensus ipsos admovetur; maxime oculorum, qui est sensus acerrimus. 161. Nam et 'odor' urbanitatis, et 'mollitudo' humanitatis, et 'murmur' maris, et 'dulcedo'[5] orationis, sunt ducta a ceteris sensibus:[u] illa vero oculorum multo acriora, quæ ponunt pæne in conspectu animi, quæ cernere et videre non possumus. Nihil est enim[6] in rerum natura,[r] cujus nos non in aliis rebus possimus uti vocabulo et nomine: unde enim simile duci potest, (potest autem ex omnibus,) indidem[7] verbum unum, quod similitudinem continet, translatum, lumen affert orationi. 162. Quo in genere primum fugienda est dissimilitudo: 'Cœli ingentes fornices:'[s] quamvis sphæram in scenam[v] (ut dicitur) attulerit Ennius; tamen in sphæra fornicis similitudo non potest inesse.

[t] *Uno eodemque verbo videt is qui audit et rem quæ metaphorica voce significatur, et alteram rem unde similitudo sumta est, qua brevitate delectatur; ut cum lupus pro prædone dicitur.*

[u] *Odoratu, tactu, auditu, gustatu.*

[v] *In theatrum, ut populo proburet metaphoram suam non esse vitiosum.*

quod in singulis verbis. Mox, *summa ratione* Grut. ex errore typogr.—5 Erl. 1. et Palatt. *dulcitudo.* Mox, *sunt deducta* Steph. et Lamb. *a certis sensibus* Erl. 1. Tum, *acriora sunt* Steph. et Lamb.—6 *Nihil est autem* conj. Heusinger. recepit Schutz. Mox, *duci potest ex simili* Erl. 1.—7 Erl. 1. *in idem.* Mox, *lumen afferre* in eodem cod. uno Oxon. et ed. s. l. et a. *lumen afferet* Steph. et Lamb. Tum, *est fugienda* Erl. 1. Denique, *dissimilitudo; ut cœli*

NOTÆ

[r] *Nihil est enim in rerum natura*] A quibuslibet rebus peti posse metaphoras inductione fuse probat Vossius: a divinis 'Deus ille noster Plato' Att. Ep. IV. 16. A cœlestibus Ciceroni 'cœlestissimum os' tribuit Paterculus. Ab elementis Virg. Georg. II. 'foribus domus alta superbis Mane salutantum totam vomit ædibus undam.' A meteoris, 'nubeculam frontis' Cic. A plantis et mixtis 'Olli robur et æs triplex circa pectus erat,' Horat. Ab animalibus 'caput cœnæ,' Cic. 'ventrem facit paries' Alphenus. Ab hominibus 'lætas segetes,' Virgil. Ab artificialibus Apionem 'mundi cymbalum' vocabat Tiberius; Longinum Eunapius βιβλιοθήκην ἔμψυχον καὶ περιπατοῦν μουσεῖον, *bibliothecam vivam et ambulans museum.*

[s] *Cœli ingentes fornices*] Non adeo vituperanda videtur præsertim in carmine hæc translatio, quæ vulgi sententiæ accommodata est. Vix aliquid similitudinis in hac Planti metaphora de famelico reperias in Curculione II. 3. 'Lippiunt fauces fame.' An quod famelicis saliva faucibus inhærens lippitudinem oculorum imitari videtur?

'Vive, Ulysses, dum licet:
Oculis postremum lumen radiatum[8] [t] rape.'

non dixit, 'cape;' non, 'pete:' haberet enim moram sperantis diutius esse sese victurum;[9] sed 'rape:' hoc verbum est ad id aptatum, quod ante dixerat, 'dum licet.' Deinde videndum est, ne longe simile sit ductum.[u] XLI. 163. 'Syrtim[v] patrimonii,' 'scopulum' libentius dixerim; 'Charybdim bonorum,'[w] 'voraginem' potius: facilius enim ad ea, quæ visa, quam ad illa, quæ audita sunt, mentis oculi feruntur. Et quoniam hæc vel summa laus est verbis transferendis,[x] ut sensum feriat id, quod translatum sit; fugienda est omnis turpitudo[x] earum rerum, ad quas eorum animos, qui audiunt, trahet similitudo. 164. Nolo

Steph. et Lamb.—8 Muret. conj. *radiantis*. Actutum, *rape* omittunt aliquot codd. ap. Orell.—9 Ita codd. plerique, Junt. Manut. Grut. *diutius se esse victurum* Lamb. *sese* omittunt Erl. 1. unus Oxon. Schutz. et Orell. Mox, *verbum ad id aptatum* Erl. 1.

CAP. XLI. 1 Ita Palat. 3. Mead. Harl. 2. Bal. Erl. 1. Venet. Mediol. *in verbis transferendis* Cant. Palat. 1. 2. Pith. Mem. Joan. Wag. Harl. 1. a m. sec. Nov. Lamb. Steph. *verbi transferendi* Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. Schutz. et Orell. Actutum, *sensim* ed. 1584. Mox, *rerum* deest in Erl. 1. *animos eorum* Lamb. *qui audierint* Nov. *qui audient* Joan. Cant. Mag. Wag.

NOTÆ

[t] *Radiatum*] Muretus Var. Lect. XI. 9. putat legendum *radiantis*, quo nomine solem appellabant veteres poëtæ.

[u] *Ne longe simile sit ductum*] Quale est, teste Quintil. VIII. 6. istud Furii Bibaculi, 'Jupiter hybernas cana nive conspuit Alpes.'

[v] *Syrtim*] Syrtes sunt non modo loca in mari Libyco periculosissima, sed etiam hæ regiones Africæ continentis, quarum regionum fauces ventis arenas excitantibus pro diversa tempestate mutantur; arenis, quemadmodum in mari Libyco, modo subsidentibus, modo horrendam ad altitudinem assurgentibus. Auctor est Solinus iis in locis viatores iter sideribus dirigere. Duplex est Syrtis ad Africam; major hodie dicitur *les Sciches de Barbarie*, minor *Golphe Capes*.

[w] *Charybdim bonorum*] Quam similitudinem hic improbat Tullius, adhibuit orationis æstu abreptus Philipp. II. § 67. 'Quæ Charybdis tam vorax? Charybdin dico? quæ si fuit, animal unum fuit: Oceanus, medius fidius, vix videtur tot res tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam cito absorbere potuisse.' Charybdis autem est in freto Siculo periculosissima vorago.

[x] *Fugienda est omnis turpitudo*] Recte quidem sentinam reipublicæ dixit Cicero, fœditatem hominum significans: at minime probandum est illud veteris oratoris 'persecuisti reipublicæ vomicas,' i. e. improbos castigasti.

morte dici Africani[2] 'castratam' esse rempublicam: nolo 'stercus curiæ' dici Glauciam:[y] quamvis sit simile, tamen est in utroque deformis cogitatio similitudinis. Nolo esse[3] aut majus,[z] quam res postulet, [*p.* 158.] 'Tempestas comissationis:'[w] aut minus,[a] 'Comissatio tempestatis.' Nolo esse verbum angustius id, quod translatum sit, quam fuisset[4] illud proprium ac suum: 'Quidnam est, obsecro?[b] quid te adiri abnutas?'[x] melius esset, 'vetas,' 'prohibes,' 'absterres:' quoniam ille dixerat, 'Illico istic,[5] ne contagio mea bonis, umbrave obsit.'[y] 165. Atque etiam, si vereare, ne paulo durior translatio esse videatur, mollienda est,[c] præposito sæpe[6] verbo: ut si olim, M. Catone mortuo, 'pupillum' senatum quis relictum diceret, paulo durius; sin, 'ut ita dicam, pupillum,' aliquanto mitius.[7] Etenim verecunda debet esse translatio, ut deducta in alienum locum, non irruisse, atque ut precario,[z] non vi, venisse videatur. 166. Modus autem nullus est florentior in sin-

[w] *Immoderati convivii.* [x] *Prohibes ne te conveniam?*

[y] *An times ne ego tanquam aliqua pestis bona tua contagione inficiam, vel umbræ instar arboves tuas ac fruges lædam, et ab iis solem prohibeam?*

[z] *Precibus adhibitis.*

Lamb. Schutz. et Orell. *trahit* Erl. 1. et Mull.—2 *Nolo dici morte Africani* Cant. Norf. Joan. Bal. Wag. Mead. Harl. 1. Mag. Nov. *Nolo morte dici A.* Erl. 1.—3 *Nolo enim esse* Erl. 1. Mox, *postulet ut tempestas* Erl. 1. et Vet. ap. Steph. Tom, Erl. 1. *commessationis a. m. ut commessatio.*—4 Ita Cant. Norf. Bod. Wag. Harl. 2. Nov. Venet. Vict. Mediol. Junt. *fuisset* deest in Man. Steph. Lamb. Grut. *quam fuisse illud proprium suum,* omisso τῷ *ac,* Erl. 1. Mox, *ted audire abnutas* Bothe in Poët. Scen. p. 66.—5 *At illico istic* Steph. *Adsta illico istic* Lamb. Mox, *umbrane* Erl. 1.—6 Erl. 1. *præpositio sæpe.* Pro *sæpe,* quod Ernestio suspectum est, *leniore* conj. Harles.—7 Ita Joan. Nov. Mag. Mead. Harl. 1. *mitius est* Junt. Man. Grut. *mitius esset* Lamb. Mox, *deducta esse* Erl. 1. Junt. Man. Lamb. Schutz. Orell. Dein, *non ir-*

NOTÆ

[y] *Glauciam*] C. Servilius Glaucia, scurra ridiculus, quæstor fuit A. U. C. 644. ante Chr. 110.

[z] *Aut majus*] Quale est imperare remo, quod apud Euripidem a Telepho dictum jure arguit Aristoteles Rhet. III. 2.

[a] *Aut minus*] Ut si quis editum et asperum locum verrucam vocet cum Catone apud Gellium III. 7.

[b] *Quidnam est, obsecro*] Versus ex Atreo Attii, ut colligitur ex lib. III. Tusc. Quæst.

[c] *Mollienda est*] Translatio durior solet etiam epitheto molliri: tonitru durius dixeris 'tubam;' adde cum Tryphiodoro *cœlestem,* οὐρανίαν σάλπιγγα, durities omnis tollitur.

gulis verbis,[a] nec qui plus luminis afferat orationi.[8] * * * Nam illud, quod ex hoc genere profluit, non est in uno verbo translato, sed ex pluribus continuatis connectitur,[b] ut aliud dicatur,[d] aliud intelligendum sit:

'Neque me patiar[9] [e] iterum
Ad unum scopulum et telum classem Achivum offendere.'

Atque illud,

'Erras, erras:[10] nam exultantem[f] te, et præfidentem tibi
Repriment validæ legum habenæ, atque imperii insistent[c] jugo.'

[a] *Tropus in singulis verbis nullus est metaphora præstantior.*
[b] *Allegoria, quæ ex metaphora ducitur, constat ex pluribus metaphoris, estque veluti continuata metaphora.* [c] *Submittent.*

rupisse codd. aliquot ap. Steph. et Lamb.—8 Ita Erl. 1. Junt. Lamb. Grut. *oratori* codd. aliquot, ed. s. l. et a. 'Post hæc excidisse *quam* ἀλληγορία, sine causa opinabatur Ernesti.' *Orell.*—9 *Neque patiar* Guelf. 2. Lamb. *Neque me patior* Junt. Crat. Man. Steph.—10 Alterum *erras* deest in Erl. 1. Actutum, *nam et vidente et præsidente tibi* in eodem codice. Paulo post, *propria. Deinde in rem aliam, &c.* in eodem.

NOTÆ

[d] *Aliud dicatur*] Cum tropus nihil aliud sit quam imaginis et vocis a propria significatione ad alienam translatio, certe quisquis illum adhibet, necessario aliud dicit, aliud intelligit. Cum orator aliud dicit, aliud intelligit prope idem, tropus est synecdoche, qua pars pro toto, totum pro parte sumitur. 'Mucrones eorum a jugulis nostris rejecimus,' Catil. III. 'Mucrones,' id est gladios. Cum aliud dicit, aliud intelligit mutuo dependens, metonymia est, qua ex causis effecta significantur, et vicissim. 'Vitemus linguas hominum,' Cic. i. e. sermones. Cum aliud dicit, aliud oppositum intelligit, ironia est. 'O præclarum, ut aiunt, custodem ovium, lupum!' Philipp. III. § 27. Denique cum aliud dicit, aliud simile intelligit, metaphora est, de qua hic agitur, quæ continuata vocatur allegoria. Unum sit instar omnium hoc Tullii exemplum ex Pisoniana § 20. 'Neque fui tam timidus, ut qui in maximis turbinibus ac fluctibus reip. navem gubernassem, salvamque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem. Alios ego vidi ventos; alias prospexi animo procellas: aliis impendentibus tempestatibus non cessi, sed his unum me pro omnium salute obtuli.'

[e] *Neque me patiar*] Verba veteris poëtæ, quorum proprius est hic sensus: Non me iterum exponam periculo; ducta allegoria fortasse a discrimine quod ad promontorium Capharum adiit classis Græcorum, et a telis pestiferis quæ in Græcos Apollo immisit.

[f] *Nam exultantem*] Sumta ab equo

167. Sumta re simili, verba ejus rei propria deinceps in rem aliam (ut dixi) transferuntur. XLII. Est hoc[1] magnum ornamentum orationis, in quo obscuritas fugienda est. Etenim ex hoc genere fiunt ea, quæ dicuntur ænigmata.[g] Non est autem in verbo modus[d] hic, sed in oratione, id est, in continuatione verborum. Ne illa quidem traductio atque immutatio[e] in verbo quandam fabricationem habet, sed in oratione:[2]

'Africa terribili tremit horrida terra tumultu.'

Pro 'Afris' est sumta 'Africa;'[f] neque factum verbum est, ut, 'Mare saxifragis undis;' neque translatum, ut, 'Mollitur mare;' sed ornandi causa proprium proprio commutatum:[3] 'Desine Roma tuos hostes:' et, 'Testes sunt campi magni.' Gravis est modus in ornatu orationis et sæpe sumendus: ex quo genere hæc sunt, 'Martem[h]

[d] *Tropus.* [e] *Metonomasia et hypallage a Græcis dicta.*
[f] *Africa pro Afris ponitur.*

CAP. XLII. 1 *Est autem hoc* Erl. 1.—2 Verba *sed in oratione* delevit Schutz. restituit Mull.—3 Lamb. *commutatum; ut.* Actutum, Erl. 1. *desine roma tuos hos triumphos seq' sunt campi magni ĝius est modus in ornatu orationis et sepe*

NOTÆ

metaphora, significatur arrogantiam alicujus coërcendam esse.

[g] *Ænigmata*] Ἀπὸ τοῦ αἰνίττεσθαι, *obscure loqui*, dicitur ænigma, estque allegoria obscurior. Quo in genere eleganter et erudite lusit Ausonius Epist. IV. ad Theonem: 'Aut adsit interpres tuus, Ænigmatum qui cognitor Fuit meorum, cum tibi Cadmi nigellas filias, Melonis albam paginam, Notasque furvæ sepiæ, Cnidiosque nodos prodidit.' Nigellæ filiæ sunt literæ, quas in Græciam attulit Cadmus: Melonis alba pagina, papyrus Nilotica: Nilus olim Melo, teste Festo: atramentum quod e sepiæ succo conficiebant, appellat notas furvæ sepiæ, et nodos Cnidios calamos scribendo idoneos, e quibus Cnidii præstantiores erant ceteris. Raro sunt ab oratoribus adhibenda ænigmata, quippe quæ inter dicendum auditorum sensum etiam acutissimorum sæpe transvolent: usus est tamen Cicero pro Fonteio specie quadam ænigmatis in Pletorium, quod refert Quintilianus: 'Mater tua dum vixit, ludum; postquam mortua est, magistros habuit.' Dum viveret, suspecta erat libidinis; postquam mortua est, ejus bona hastæ subjecta sunt.

[h] *Martem*] Ut Vulcanum pro igne, Martem pro bello dicere eruditionem redolet, inquit Fabius VIII. 6. ita Liberum et Cererem pro vino et pane licentius aliquis usurpaverit. 'Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ.' Cic. pro Marcello.

belli[g] esse communem;' 'Cererem'[i] pro frugibus; 'Liberum'[j] appellare pro vino; 'Neptunum' pro mari; 'curiam' pro senatu; 'campum' pro comitiis;[h] 'togam'[k] pro pace; 'arma' ac 'tela' pro bello: 168. quo item in genere et virtutes et vitia, pro ipsis,[i] in quibus illa sunt, appellantur: 'Luxuries'[l] quam in domum irrupit, et, Quo 'avaritia' penetravit: aut 'Fides' valuit, 'Justitia' confecit. Videtis profecto genus hoc totum, cum inflexo commutatoque[4] verbo res eadem enuntiatur ornatius: cui sunt finitima illa minus ornata, sed tamen non ignoranda, cum intelligi volumus aliquid, aut ex parte totum,[m] ut, pro ædificiis cum 'parietes,' aut 'tecta' dicimus: aut ex toto partem, ut, cum unam turmam 'equitatum[5] populi Romani' dicimus: aut ex uno plures,

'At Romanus homo, tamen etsi[6] res bene gesta est,
Corde suo trepidat:'

aut cum ex pluribus intelligitur unum,[j][7]

'Nos sumu'[n] Romani, qui fuimus ante Rudini;'[8]

[g] *Aleam belli.* [h] *Quæ habentur in campo Martio.*
[i] *Pro hominibus eo vitio laborantibus, ut avaritia pro avaris.*
[j] *Cum unus homo de se loquitur quasi plures essent.*

sumendus. Ex quo genere hec sunt. Martem belli, &c.—4 Erl. 1. *mutatoque.* Mox, idem codex, *nuntiatur ornatius quo sunt.*—5 Idem codex, *aut pro ædificiis . . . et tecta . . . unam t. equitum.*—6 *Ut Romanus, &c.* multi codd. unde Lamb. conj. *plures ut At Romanus, &c.* Erl. 1. habet, *Ut Romanus homo tam et si.*—7 Ita codd. plerique, Junt. Manut. Grut. *unus* Steph.—8 Ita codd. et edd. vett. *fuvimus* Pearc. e conjectura, Schutz. et Orell. *Rulini* unus Oxon. *qui fuimus ante Rutuli* Steph. *qui fuimus Rutuli* Ald. Junt. Manut. Lamb.

NOTÆ

[i] *Cererem*] Tritum est illud Terentii in Eunucho IV. 5. 'Sine Cerere et Libero friget Venus:' i. e. subtracto pane et vino intemperantia minuitur.

[j] *Liberum*] Egregie Val. Max. II. 1. 'Proximus a Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consuevit.'

[k] *Togam*] 'Cedant arma togæ;' sic Tullius pacem præferendam esse significabat.

[l] *Luxuries*] Quatuor exempla consequuntur nullo inter se nexu conjuncta.

[m] *Aut ex parte totum*] Est hæc synecdoche, de qua paulo ante § 166.

[n] *Nos sumu'*] Non dubitat Lipsius Lect. v. 2. quin hic sit Ennii versus sibi data civitate gratulantis. Variæ sunt lectiones, *Nos sumu' Romani, qui fuimus Rutuli:* aliter *Rutilli.* Rectius *Rudini,* a Rudiis urbe Calabriæ, ex

aut quocumque modo, non ut dictum est, in eo genere intelligitur, sed ut sensum est.[k] XLIII. 169. Abutimur[o] sæpe etiam verbo non tam eleganter, quam in transferendo;[l] sed etiamsi licentius, tamen interdum non impudenter: ut cum 'grandem orationem' pro magna,[1] 'minutum animum' pro parvo dicimus. Verum illa videtisne esse non verbi, sed orationis,[m] quæ ex pluribus, ut exposui, translationibus connexa sunt? hæc autem, quæ aut immutata esse dixi, aut aliter intelligenda, ac dicerentur, sunt translata quodam modo.[n] 170. Ita fit, ut omnis singulorum[2] verborum virtus atque laus tribus existat ex rebus: si aut vetustum verbum sit; quod tamen consuetudo ferre possit: aut factum vel conjunctione, vel novitate; in quo item est auribus consuetudinique parcendum:[o 3] aut translatum; quod maxime tanquam stellis quibusdam notat et illuminat orationem.

171. Sequitur continuatio verborum, quæ duas res maxime, collocationem primum, deinde modum quendam formamque desiderat. Collocationis est componere et struere verba, sic, ut neve asper eorum concursus,[4] neve hiulcus[p]

[k] *Cum aliud quidlibet intelligitur, non ut ipsa verba videntur significare in certo genere sumta, sed ut is qui dicit sentit ipse ac significat. Sic ad significandum bellum adhibentur verba, quæ procellam ac tempestatem significant.*

[l] *Non tam eleganti modo, quam cum adhibetur translatio.*

[m] *Hæc omnia non singulis verbis continentur, sed oratione perpetua.*

[n] *Habent aliquid metaphoræ.*

[o] *Videndum est ne aures et consuetudo offendantur.*

Cap. XLIII. 1 Ita Junt. Manut. Grut. *pro longa* Regii tres, Guelf. 1. Steph. Lamb. et Orell.—2 Voc. *singulorum* deest in Erl. 1.—3 Ita omnes codd. ap. Pearc. Wald. Ald. Junt. Manut. Grut. *parendum* ed. s. l. et a. Venet. Mediol. Steph. et Lamb. Mox, *notat et illustrat* Guelf. 3. *illustrat et notat* Guelf. 1. *illustrat et nobilitat* Vet. ap. Steph.—4 Erl. 1. *ut ne asperior*

NOTÆ

qua oriundus fuit Ennius. 'Ergo qui hæc fecerat, Rudium hominem (Ennium) majores nostri in civitatem receperunt.' Cic. pro Archia § 22. Ut versus constet, pro *fuimus* lege *fuvimus*.

[o] *Abutimur*] Catachresis seu abusio vocis est, qua verbi alicujus significationem durius deflectimus ad aliam longe a propria recedentem: ita parricida dicitur interfector matris aut sororis; calamus sumitur vulgo pro penna, cum ille ex arundine fiat, hæc avium sit propria.

[p] *Neve hiulcus*] Qualis est in his locutionibus, 'Persarum rex Xerxes.'

sit,[p] sed quodammodo coagmentatus et lævis.[q] In quo lepide[5] in soceri mei persona lusit is, qui elegantissime id facere potuit, Lucilius,[r]

'Quam lepide lexeis compostæ! ut[6] tesserulæ[q] omnes
Arte pavimento, atque emblemate[r] vermiculato.'[s s]

Quæ cum dixisset in Albucium illudens, ne a me quidem abstinuit:

'Crassum habeo generum, ne rhetoricotero'[t] tu sis.'[t]

Quid ergo? iste Crassus, quoniam ejus abuteris nomine, quid efficit? idem illud scilicet, ut ille[7] voluit, et ego vellem, melius aliquanto, quam Albucius:[u] verum in me quidem lusit ille, ut solet. 172. Sed est tamen hæc[8] collocatio conservanda verborum, de qua loquor; quæ junctam orationem efficit, quæ cohærentem, quæ lenem, quæ æqua-

[p] *Hianti et aperto ore pronuntiandus.*

[q] *Concursus vocum sit recte cohærens et æquabilis.*

[r] *In quo genere facete jocatus est, qui jocandi peritissimus erat, Lucilius, in quadam satira loquentem inducens Mucium Scævolam, socerum meum, a quo Albucius accusatus erat de pecuniis repetundis.*

[s] *Verba tua, o Albuci, quam eleganter sunt composita! ita sunt coagmentata, ut in pavimento inter se consertæ sunt ex arte tesserulæ et emblemata.*

[t] *Ne glorieris esse te meliorem oratorem.*

[u] *Quorsum hic appellatur Crassus, qui non sum ex eorum numero qui verba omnia eleganter coagmentant? contendo illud tamen efficere quod ille voluit, sed vellem melius quam Albucius.*

concursus. Idem codex mox, *coaugmentatus.*—5 *In quo lepidi* Erl. 1. *In quo lepide soceri, &c.* codd. plerique, Junt. Man. Grut. *In quod lepidi, &c.* unus Oxon. *lepide s. m. personam* Ascens.—6 Unus Oxon. *lepida sinthesis composite;* Vet. ap. Steph. *lepida synthesis composita ut.* Mox, *ut t. omnes, Endo pav.* Lamb. Lall. Le Clerc. *ut t. arte Endo pav.* Schutz. Cf. Plin. Hist. Nat. XXXVI. 26. ubi ante Harduin. legebatur *Ante pavimento.*—7 Ita codd. Junt. Manut. *ut et ille* Lamb. *quod ille* de Ernesti conj. Schutz.—8 Ita Steph. et Lamb. *hæc* omittunt Ald. Junt. Manut. Paulo post, *quæ levem* Wald. s. l.

NOTÆ

[q] *Tesserulæ*] Ut et tessellæ, laterculi sunt, seu lapides quadrati.

[r] *Emblemate*] Ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν, *ab immittendo,* dicta sunt emblemata frusta quædam lignea, eburnea, &c. quæ rei alicujus, v. g. floris aut animalis, effigiem habent; quæ frusta interseruntur et immittuntur ad ornatum in pavimentis, abacis, &c.

[s] *Vermiculato*] Ornamentis quasi vermiculis variato et distincto. Plinius XXXV. 1. 'vermiculatis ad effigies rerum et animalium crustis.'

[t] *Rhetoricotero*'] Vox Græca, ῥητορικώτερος, *artis rhetoricæ peritior:* s eliditur more antiquo, ut sibi versus constet.

biliter fluentem. [*p.* 159.] Id assequemini, si verba extrema cum consequentibus primis ita jungetis,[9] ut ne aspere concurrant,[u] neve vastius[v] diducantur.[v] XLIV. 173. Hanc diligentiam subsequitur modus[w] etiam et forma verborum, quod jam vereor, ne huic Catulo videatur esse puerile. Versus enim veteres illi in hac soluta oratione propemodum,[1] hoc est, numeros quosdam,[w] nobis esse adhibendos putaverunt.[x] Interspirationis enim, non defatigationis nostræ,[2] neque librariorum[y] notis, sed verborum et sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt: idque princeps Isocrates instituisse fertur; ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem, delectationis atque aurium causa (quemadmodum scribit discipulus ejus Naucrates) numeris astringeret. 174. Namque hæc duo musici, qui erant[x] quondam iidem poëtæ,[3] machinati[z] ad voluptatem sunt, versum atque cantum, ut et verborum numero, et vocum modo, [delectatione][4]

[v] *Neque ore nimium aperto pronuntianda sint.*
[w] *Numerus in oratione.*
[x] *Antiqui voluerunt in oratione esse periodos versuum instar certis verborum finibus comprehensas, ut iis pronantiatis interspiraret orator, nec defatigaretur.*
[y] *Eorum qui libros describunt.* [z] *Excogitarunt.*

et a. Lamb. Grut. Cockman. Verburg.—9 *Quam assequemini, si extrema consequentibus primis ita jungentur* Vet. ap. Steph. *verba* deest etiam in Erl. 1. *ut neve aspere* codd. aliquot, Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Schutz.

CAP. XLIV. 1 Lamb. *propemodum in hac solata oratione.*—2 Ita codd. Junt. Manut. Lamb. Grut. *Interspirationes enim, non defatigatione nostra* Schutz. et Harles.—3 Schutz. hæc duo verba, *musici ... poëtæ,* transposuit. Pristinum ordinem restituit Mull.—4 Unus Oxon. *delectationem;* Waardenberg. conj. *delicatiorem.* 'Mihi pro *delectatione*, legendum videtur *modulatione.*'

NOTÆ

[u] *Ne aspere concurrant*] Ut si quis dicat, 'Xerxis exercitus.'

[v] *Neve vastius, &c.*] Quod accidit cum litera *a* crebrius recurrit, ut si quis dicat, 'Frugifera regna Asiæ.'

[w] *Numeros quosdam*] Hic de numeris ac periodis breviter disserit, quod argumentum cum uberius tractet in Oratore, eo notas rejicere satius est: hoc obiter tantum dixerim, numerum esse idoneum sententiæ sonum, qui ex dispositione partium oritur.

[x] *Musici, qui erant, &c.*] Hoc aperte Quintilianus testatur I. 10. 'Quis ignorat musicen tantum jam illis antiquis temporibus non studii modo, verum etiam venerationis habuisse, ut iidem musici et vates et sapientes judicarentur? mittam alios; Orpheus, et Linus,' &c.

vincerent aurium satietatem. Hæc igitur duo, vocis dico moderationem, et verborum conclusionem, quoad orationis severitas pati possit, a poëtica ad eloquentiam traducenda duxerunt.[5] 175. In quo illud est vel maximum, quod versus in oratione si efficitur conjunctione verborum, vitium est;[y] et tamen eam [6] conjunctionem, sicuti versum, numerose cadere[z] et quadrare, et perfici volumus: neque est ex multis res una,[7] quæ magis oratorem ab imperito dicendi, ignaroque distinguat, quam quod ille rudis incondite fundit, quantum potest, et id, quod dicit, spiritu, non arte, determinat; orator autem sic illigat sententiam verbis, ut eam numero quodam complectatur, et astricto[a] et soluto. 176. Nam cum vinxit modis et forma, relaxat[8] et liberat immutatione ordinis,[a] ut verba neque alligata sint quasi certa aliqua lege versus, neque ita soluta, ut vagentur. XLV. Quonam igitur modo tantum munus [1] insistemus,[b] ut arbitremur nos hanc vim numerose dicendi consequi posse? Non est res tam difficilis, quam necessaria: [2] nihil est enim tam tenerum, neque tam flexibile, neque quod tam facile sequatur, quocumque ducas, quam oratio. 177. Ex hac

[a] *Cum orator numeris orationem astrinxit, eandem solvit et liberat forma versus, evitatis pedibus quibus conficitur.*

[b] *Rem tantam perficiemus.*

Orell.—5 Codd. aliquot et ed. s. l. et a. *traducenda esse duxerunt.*—6 Unus Oxon. *etiam.* Mox, *quadrari* conj. Schutz. Tum, *et perficere volumus* codd. aliquot ap. Orell. ed. s. l. et a. *numerose sedere et quadrare et perficere volumus* Guelf. 1.—7 Guelf. 3. et Regii tres, *res ulla.* Mox, *quantum potest* omissa sunt in Erl. 1. et Guelf. 1.—8 Ita Mead. al. ap. Grut. Erl. 1. Wald. Lamb. *modis, forma, et relaxat* Ald. Junt. Manut. Grut. *forma et modis, relaxat* Joan. Harl. Norf. Mag. Palat. 1. 2. Pith. et Mem. Mox, *ut verba neque ita soluta* Erl. 1. omissis intermediis.

CAP. XLV. 1 Lamb. *numeris.* Actutum, *instituemus* margo Streb. Mox,

NOTÆ

[y] *Versus . . . vitium est*] In quod tamen non semel incidit ipse Cicero, ut in notis ad Oratorem observabimus § 189.

[z] *Numerose cadere*] Est orationem eo modo desinere, qui placeat eruditis auribus; quadrare, undecumque expolitam sibi constare.

[a] *Astricto*] Oratio numerosa et adstricta et soluta simul dicitur: astricta quidem, quod certo verborum ambitu comprehensa non vagetur sermonis instar, quem naturalis impetus sine lege effundit: soluta vero, quod non præscriptis pedibus versuum more vinciatur.

versus,[b] ex eadem dispares numeri conficiuntur:[c] ex hac hæc etiam soluta[3] variis modis, multorumque generum, oratio. Non enim sunt[4] alia sermonis, alia contentionis verba: neque ex alio genere ad usum quotidianum, alio ad scenam pompamque sumuntur:[d] sed ea nos cum jacentia sustulimus e medio,[e] sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus et fingimus.[5] Itaque tum[6] graves sumus, tum subtiles, tum medium quiddam tenemus: sic institutam nostram sententiam sequitur orationis genus, idque ad omnem rationem, et aurium[7] voluptatem, et animorum motum mutatur et vertitur. 178. Sed ut in plerisque rebus incredibiliter hoc natura est ipsa fabricata; sic in oratione, ut ea, quæ maximam utilitatem in se continerent, eadem haberent plurimum[8] vel dignitatis, vel sæpe etiam venustatis. Incolumitatis ac salutis omnium causa videmus hunc statum esse hujus totius mundi atque naturæ, rotundum ut cœlum, terraque ut media sit, eaque sua[9] vi nutuque teneatur;[f] sol ut circumferatur,[c] ut accedat ad brumale signum,

[c] *Ex iisdem verbis fit versus et oratio metri legibus soluta.*

[d] *Ex verbis quibus constat oratio soluta, si variis modis coagmententur, oritur stylus diversus, humilis, mediocris, grandiloquus: non enim sunt aliæ voces sermonis quotidiani, aliæ dictionis forensis.*

[e] *Cum e sermone communi sumsimus.*

[f] *Nixu suo conglobata, partibus omnibus ad centrum nitentibus.*

numeros edendi Erl. 1.—2 Erl. 1. *tam necessaria.*—3 Lamb. *eadem hæc soluta;* Erl. 1. *ex hac eadem d. n. c. ex hac etiam soluta.*—4 *Non sunt enim* conj. Schæf. receperunt Schutz. et Orell.—5 Erl. 1. *formamus, fingimus.*—6 *Itaque ut tum* Harles. et Orell. de conjectura Schutzii.—7 Ita codd. aliquot Gruteri, et Schutz. *omnem aurium* al. *ad omnem rationem et aurium* Junt. et Lamb. *ad omnem orationem et aurium* unus Oxon. *rationem et omittunt* Erl. 1. et Guelf. 1. Mox, *et vortitur* Erl. 1.—8 Erl. 1. *plurimum eadem haberent;* Lamb. *plurimum haberent.*—9 Erl. 1. *ea que sunt.* Mox, pro *nutuque*, Clericus conj. *nixuque.* Erl. 1. *teneantur; sol ad eam circumferatur.* Tum *sensim* deest in Guelf.

NOTÆ

[b] *Ex hac versus*] Exemplo sit ille Horatii versiculus, 'Sperne voluptates, nocet emta dolore voluptas.' Immuta verborum ordinem, evanescet forma versus: 'Voluptates sperne, dolore voluptas emta nocet.'

[c] *Sol ut circumferatur*] Conversionem annuam in zodiaco sol conficit diebus 365. horis 5. minutis 49. Cum circulum attigit æquatoris 23. Septembris sensim accedit ad hybernum capricorni signum, indeque 23. Decembris regreditur ad nos versus æquatorem, et tandem cancri signum 22. Junii ingreditur.

et inde sensim ascendat in diversam partem; ut luna[10] accessu[d] et recessu suo solis lumen accipiat; ut eadem spatia quinque stellæ[e] dispari[11] motu, cursuque conficiant. 179. Hæc tantam habent vim, ut paulum[12] immutata cohærere non possint: tantam pulchritudinem, ut nulla species ne excogitari[13] quidem possit ornatior. Referte nunc animum ad hominum, vel etiam ceterarum[14] animantium formam et figuram: nullam partem corporis sine aliqua necessitate affictam, totamque formam quasi perfectam reperietis arte, non casu.[f] XLVI. Quid in arboribus,[1] in quibus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam conservandamque naturam? nusquam tamen est ulla pars, nisi venusta. 180. Linquamus naturam,[2] artesque videamus. Quid tam in navigio necessarium,

1.—10 Erl. 1. *ut lunam.* Mox, *suo* deest in Erl. 1. et Guelf. 1.—11 Ita primus Steph. tum Lamb. Grut. et recentt. *dispares* Junt. Crat. Manut. *cursuque conspiciat* Erl. 1.—12 Idem codex *paulum ut.*—13 Erl. 1. *cogitari.*—14 Guelf. 2. 3. *ceterorum.*

CAP. XLVI. 1 *Quid in eis arboribus* Erl. 1. et Guelf. 1. *Quid in his arboribus* Guelf. 2. 3.—2 Verba, *nusquam t. est u. p. n. v. L. naturam,* desunt in Erl.

NOTÆ

[d] *Luna accessu*] Luna lumen omne suum a sole mutuatur, et pro vario accessu et recessu videtur a nobis modo pleno orbe, modo dimidiato illuminata, modo densis involuta tenebris fugit visum. Est nihilominus media sui parte, quæ a sole respicitur, semper illustrata. Nos partem illam, cum luna soli subjicitur in syzygia, videre non possumus; ut abs sole recedit primum curvata in cornua, tum æqua portione divisa; cum omnino soli adversa opponitur, ab eoque distat 180. gradibus, nobis lucet orbe pleno, ut ex optices legibus patet. Conversio lunæ in zodiaco mensem efficit, qui duplex est: alter periodicus, quo uno circuitu totum decurrit zodiacum diebus 27. horis 7. 43′. alter synodicus, quo non modo perlustrat zodiacum, verum etiam alios viginti septem circiter gradus emetitur, ut iterum cum sole conjungatur, qui mensis dies 29. horas 12. 44′. complectitur.

[e] *Quinque stellæ*] Quinque planetæ in zodiaco circuitum absolvunt alii alio temporis intervallo. Qui sunt modo infra, modo supra solem, Venus et Mercurius, hic diebus 116. ille 584. horis 22. 3′. circulum conficit. Sole superiores planetæ Mars anno uno, diebus 321. horis 22. Jupiter annis 11. diebus 315. horis 15. Saturnus annis 29. diebus 161. orbem suum describunt.

[f] *Non casu*] Democritus et Epicurus fortuito atomorum concursu omnia genita somniabant.

quam latera, quam cavernæ,[3 g] quam prora, quam puppis, quam antennæ, quam vela, quam mali? quæ tamen hanc habent in specie venustatem, ut non solum salutis, sed etiam voluptatis causa, inventa esse videantur. Columnæ et templa[4] et porticus sustinent: tamen habent non plus utilitatis, quam dignitatis.[h] Capitolii[i] fastigium illud, et ceterarum ædium, non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est:[5] nam cum esset habita ratio, quemadmodum ex utraque tecti parte[6] aqua delaberetur; utilitatem templi fastigii dignitas consecuta est; ut, etiamsi in cœlo statueretur,[7] ubi imber esse non posset, nullam sine fastigio dignitatem habiturum esse videatur. 181. Hoc in omnibus item partibus orationis evenit, ut utilitatem ac prope necessitatem suavitas quædam et lepos[8] consequatur. Clausulas enim atque interpuncta verborum animæ interclusio atque angustiæ spiritus attulerunt.[9] Id inventum ita[10] est suave, ut, si cui sit infinitus spiritus datus, tamen eum perpetuare[g] verba nolimus: id enim[11] auribus nostris gratum est inventum, quod hominum lateribus non tolerabile solum, sed etiam facile esse posset. XLVII. 182. Longissima est igi-

[g] *Sinc intermissione continuare.*

—3 Ita codd. multi; *carinæ* Junt. et Grut. *carina* Lamb. Paulo post, *quam mali, quam reliqua* plerique codd. Junt. Manut. Lamb. Tum, *quam aliquæ tamen hanc habent* Erl. 1.—4 *Columnæ templa* Erl. 1. et Guelf. 1.—5 Verbum *est* deest in Erl. 1.—6 Lamb. *parte tecti.*—7 Ita duo codd. Gruteri; *etiamsi in cœlo capitolium statueretur* plerique codd. ap. Pearc. Ald. Junt. Manut. *etiamsi in cœlum capitolium extolleretur* conj. Steph. et Lamb. Mox, *habiturum fuisse* plerique codd. Ald. Junt. Lamb. Grut. Schutz.—8 Lamb. *ac lepos.*—9 Erl. 1. *tulerunt.*—10 *Inventum* delendum censuit Schutz. probante Orell. Actutum, *est* omittunt Erl. 1. et Grut.—11 *Idem enim,* vel *Idem,* omisso *enim,* conj. Ernesti. '*inventum* sine causa suspectum Ernestio et Purgoldo.' *Orell. gratum est et jucundum* conj. Harles.

NOTÆ

[g] *Cavernæ* [*carinæ*] Ima pars navis: prora, pars anterior; puppis, pars posterior; antenna, transversum in navi lignum ad malum, cui velum alligatur.

[h] *Quam dignitatis*] Tales sunt columnæ opere Dorico, Ionico, et præcipue Corinthiaco.

[i] *Capitolii*] Capitolium templum Jovis in monte Tarpeio, cui nomen imposuit hominis caput ipsis in fundamentis repertum. Fuere quatuor Capitolia diversis temporibus exstructa. Ejus, quod erexit Tarquinius Priscus, tegulas æreas primus Catulus inauravit post Carthaginem eversam.

tur complexio verborum, quæ volvi uno spiritu potest.[h] Sed hic naturæ modus est, artis alius: nam[1] cum sint numeri plures; iambum[j] et trochæum[k] frequentem segregat ab oratore Aristoteles,[l] Catule, vester, qui natura tamen incurrunt ipsi in orationem sermonemque nostrum; sed sunt insignes[2] percussiones eorum numerorum,[m] et minuti pedes.[i] Quare primum ad heroum[j][n] nos dactyli,[o] et anapæsti,[p] et spondæi[3][q] pedem invitat: in quo impune pro-

[h] *Longissima periodus ea est quæ uno spiritus conatu pronuntiari potest.*
[i] *Oratio numerosa quæ constat ex iambis et trochæis offendit, quasi subsultat propter brevitatem pedum.*
[j] *Pedem quo utimur in carmine heroico.*

Cap. xlvii. 1 Duo hæc vocabula, *alius: nam*, desunt in Erl. 1.—2 Pearc. conj. *singulæ*.—3 Erl. 1. *dactilici et anapesti spondei*, et a m. sec. *spondi*. 'Totum hunc locum corruptum sic dedit Lamb. *quare plurimum ad heroos nos pedes dactylum et anapæstum et spondeum invitat*.' Orell. *invitant* duo codd.

NOTÆ

[j] *Iambum*] 'Syllaba longa brevi subjecta vocatur iambus,' Horat. in Arte, qui alibi versum hunc ex meris iambis scripsit, 'Suis et ipsa Roma viribus ruit.'

[k] *Trochæum*] Pedem metricum syllabis duabus, prima longa, altera brevi constantem, ut *arma*.

[l] *Segregat ab oratore Aristoteles*] De pedibus in oratione numerosa adhibendis fusius agitur in Oratore: in quo si quid difficile occurrerit, notis illustrabimus. Quod hic præcipit Cicero, tradidit Aristoteles Rhet. III. 8. Ὁ δὲ ἴαμβος αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν· διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες. Δεῖ δὲ σεμνότητα γενέσθαι, καὶ ἐκστῆσαι· ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος· δηλοῖ δὲ τὰ τετράμετρα. *Iambus autem ipsa est dictio multitudinis: quare ex omni versuum genere maxime iambicos proferunt qui loquuntur. Oportet autem orationem dignitatis esse plenam et in admirationem rapere. Trochæus cordaci* (quod lascivæ saltationis est genus) *magis convenit: hoc patet ex tetrametris.*

[m] *Percussiones numerorum*] Numerus Græce ῥυθμὸς ex multis pedibus componitur, quorum tempora animo metimur, et intervalla pedum et digitorum ictu signamus.

[n] *Ad heroum*] Id refert Aristoteles loco supra laudato: Τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς, καὶ λεκτικὸς, καὶ ἁρμονίας δεόμενος· *Inter numeros herous gravis est et orationi accommodatus, et temperatione* aliorum numerorum *indiget:* Nisi enim iambi inserantur, grandior est numerus quam desideret soluta oratio. Ex quibus secum ipse conciliandus Tullius, qui ex mente Aristotelis heroum numerum hic probat: in Oratore § 192. rejicit. Nimirum hic admittit reliquorum numerorum harmonia temperatum, alibi purum improbat. Ceterum herous pes Fabio dactylus est, Ciceroni præterea spondæus et anapæstus.

[o] *Dactyli*] Pes una longa syllaba, duabus brevibus constans, ut 'corpore:' a similitudine digiti in quo tres sunt articuli, nomen habet.

[p] *Anapæsti*] Pes a Græcis ἀντιδάκ-

gredi licet duo duntaxat pedes,[k] aut paulo plus, ne plane in versum, aut similitudinem versuum incidamus. [*p.* 160.] Aliæ[l] sunt[4] geminæ,[r] quibus hi tres heroi pedes in principia continuandorum verborum satis decore cadunt. 183. Probatur[s] autem ab eodem illo maxime pæon; qui est duplex. Nam aut a longa oritur, quam tres breves consequuntur, ut hæc verba, 'desinite,' 'incipite,' 'comprimite:' aut a brevibus[5] deinceps tribus, extrema producta, atque longa, sicut illa sunt, 'domuerant,'[6] 'sonipedes.' Atque illi philosopho ordiri[7] placet a superiore pæone, posteriore finire: est autem pæon hic posterior, non syllabarum numero, sed aurium mensura, (quod est[8] acrius judicium et certius) par fere cretico,[t] qui est ex longa, et brevi, et longa: ut

[k] *Usque ad duos tantum pedes.* [l] *Percussiones.*

prob. Schutz. Mox, *duos* Lamb. Tum, Erl. 1. *nec plane inversum; aut nec in simililudinem versus;* Pearc. ex tribus codd. dedit, *aut similitudinem versus.*—4 *Alteræ sunt* duo codd. ap. Grut. *At hæ sunt* conj. Lamb. *Aliis sunt* conj. Schutz. Mox, *continuandorum satis*, omisso *verborum*, Erl. 1. Tum, pro *cadunt*, Schutz. et Harles. dant *cedunt.*—5 Lamb. *aut longa ... aut brevibus.*—6 Erl. 1. *dormierant.*—7 Erl. 1. *oratori.*—8 Lamb. *quarum est.* Paulo post *ut*

NOTÆ

τυλος, *dactylo contrarius*, appellatus, ex duabus brevibus, et una longa componitur, ut 'animos:' ex ἀνὰ et παίω, *ferio*, quod sono reciproco dactylum repercutiat.

q *Spondæi*] Ex duabus longis conflatur, ut 'omnes:' dicti ἀπὸ τῆς σπονδῆς, *a libatione*, quod in sacrificiis adhiberi solerent.

r *Aliæ sunt geminæ*] In singulis pedibus simplicibus, quia habent ἄρσιν et θέσιν, *elationem* et *positionem*, singulæ sunt percussiones: si duos in clausula pedes certos constituimus, geminæ sunt percussiones: si totidem pedes apponimus in principio, aliæ sunt geminæ in principio continuationis, quam Græci περίοδον vocant. Ponuntur itaque non sine dignitate et in principio et in fine, vel ipsi ordine tres pedes heroi, dactylus, anapæstus, et spondeus, vel singuli cum aliis mixti: quod potius est intelligendum. Ita Strebæus.

s *Probatur*] Locus est Aristotelis ex eodem Rhetor. III. 8. desumtus. Ὁ δὲ παιὰν ληπτέος· ἀπὸ μόνου γὰρ οὐκ ἔστι μέτρον τῶν ῥηθέντων ῥυθμῶν· ὥστε μάλιστα λανθάνειν. *Paean* (sive pæon) *usurpandus: ex hoc enim uno prædictorum numerorum non fit versus: adeoque maxime latet.* Ceterum non tantum duplex, sed etiam quadruplex est pæon; constat enim præterea alius ex iambo et pyrrichio, ut 'docebimus:' alius ex pyrrichio et choreo, ut 'moriamur.' Pæones omnes ex tribus brevibus et una longa constant.

t *Par fere cretico*] Creticus seu am-

'Quid petam[u] præsidii, aut exequar?[9] quove nunc?' A quo numero exorsus est Fannius,[v] 'Si, Quirites, minas illius.' Hunc ille clausulis aptiorem putat, quas vult longa plerumque syllaba terminari. XLVIII. 184. Neque vero hæc tam acrem curam diligentiamque desiderant, quam est illa poëtarum: quos necessitas cogit, et ipsi numeri ac modi, sic verba versu includere, ut nihil sit, ne spiritu quidem minimo,[w] brevius, aut longius, quam necesse est. Liberior est oratio, et plane, ut dicitur, sic et est vere[1] soluta; non ut fugiat tamen, aut erret, sed ut sine vinculis sibi ipsa moderetur. Namque ego illud assentior Theophrasto, qui putat[2] orationem, quæ quidem sit polita atque facta quodammodo, non astricte, sed remissius numerosam esse oportere. 185. Etenim, sicut ille suspicatur, ex illis modis,[3] quibus hic usitatus versus efficitur, post anapæstus, procerior quidam numerus, effloruit; inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambus;[x] cujus membra et pedes, ut ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa.[m] Et, si nu-

[m] *Ex illis numeris qui conficiunt versum heroicum, qui maxime est in usu, ortus est versus anapæsticus heroico liberior, qui præter dactylum et spondæum admittit anapæstum: ex anapæstico fluxit multo licentior dithyrambus, qui ex quibuslibet pedibus efficitur.*

deest in Erl. 1.—9 *Quid petam præsidia, aut sequar* Erl. 1.

CAP. XLVIII. 1 Codd. Gruteri, Guelf. 1. Erl. 1. Steph. Lamb. Schutz. Harles. Mull. Orell. *sic est vere;* Gruterus maluit *sicut est soluta, &c.* Mox, *effugiat ... terreat* Erl. 1.—2 Schutz. et Harles. *quod putat.* Mox, Erl. 1. et al. ap. Verburg. *polita atque fracta.*—3 Ita Junt. et Lamb. *et ex illis modis* Grut. *ex his modis* Becichem. et margo Crat. *ex istis modis* Guelf. 1. Erl. 1. Schutz.

NOTÆ

phimacer fit ex longa, brevi, et longa, ut 'maximos:' par est pæoni aurium certo judicio, unam enim longam et duas breves æqualibus intervallis metimur.

[u] *Quid petam*] Versus ex Ennii Hecuba.

[v] *Fannius*] De quo in Bruto.

[w] *Ne spiritu quidem minimo*] Ita pedes in versibus suis quique sedibus disponi debent, ut ne syllaba quidem vel desit vel redundet.

[x] *Dithyrambus*] Hymnus ad Bacchum, qui et ipse Dithyrambus est appellatus, ἀπὸ τοῦ δὶς εἰς θύραν, seu δύο θύρας ἐμβαίνειν, *quod bis in portam, sive duas portas, ingressus esset;* bis enim natus credebatur, videlicet ex matre Semele, deinde ex Jovis femore. Carminis genus quo conficiebatur hic hymnus quoslibet pedes admittebat. Horat. IV. Od. 2. 10. 'Seu per audaces nova dithyrambos Verba devolvit, numerisque fertur Lege solutis.'

merosum est id in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam impressiones,[n y] et quod metiri possumus intervallis æqualibus; recte genus hoc numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur.[4] Nam si rudis et impolita[5] putanda est illa sine intervallis loquacitas perennis et profluens, quid est aliud causæ, cur repudietur, nisi quod hominum aures vocem natura modulantur ipsæ?[o] quod fieri, nisi inest numerus in voce, non potest. 186. Numerus autem in continuatione nullus est:[p] distinctio, et æqualium, et sæpe[6] variorum intervallorum percussio, numerum conficit; quem in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus; in amni præcipitante non possumus.[q] Quodsi continuatio[7] verborum hæc soluta multo est aptior atque jucundior, si est articulis membrisque distincta, quam si continuata ac producta; membra illa modificata esse debebunt:[r] quæ si in extremo breviora sunt, infringitur[s] ille quasi verborum ambitus: sic enim has orationis conversiones[8] Græci nominant.[t] Quare aut paria

[n] *Certos quosdam pedes quibus egregie clauditur.*
[o] *Aures hominum naturali propensione in loquentium vocibus modum exigunt.*
[p] *In rebus perpetuo cohærentibus et conjunctis nullus est numerus.*
[q] *Numerum vel parem vel imparem observare possumus in cadentibus e stillicidio guttis, quia aliæ post alias certis spatiis interpositis decidunt; non possumus animadvertere in fluvio, cujus aquæ continuato ac perenni lapsu devolvuntur.*
[r] *Quodam ambitu comprehensa.* [s] *Rumpitur.*
[t] *Cum appellant* περιόδους.

et Orell.—4 Erl. 1. *nec contunnei sint in o. t. ponitur.*—5 Ita multi codd. Grut. et recentt. *et indocta* ed. s. l. et a. Junt. Man. Lamb. Schutz. Mox, *causa aliud* Erl. 1. et Venet. an. 1536. Tum, *hominum auribus v. n. m. ipsa* codd. Ursini, alii codd. ap. Pearc. Schutz. et Orell. *hominum aures v. naturæ m. ipsæ* Junt. *hominum aures v. natura m. ipsa* Manut. et Grut. *hominum vocem natura m. ipsa* Vet. ap. Steph. et Lamb. *natura modulantur ipse ipse* (sic) Erl. 1. Actutum, *quod f. n. inesset n. in v. n. posset* Lamb.—6 Erl. 1. *aut sæpe.*—7 *Quod si complexio,* vel *comprehensio,* conj. Schutz. Mox, *acrior atque jocundior* Erl. 1. Dein, pro *membra,* quod servant Erl. 1. edd. vett. Steph. Lamb. Grut. *verba* habent unus Oxon. Junt. Crat. Manut. *debent* Vet. ap. Steph.—8 Erl.

NOTÆ

[y] *Quod habet quasdam impressiones*] Hoc quivis facile sentiat in hac periodo Tullii pro Cæcina § 1. ubi sunt quatuor impressiones totidem in periodi partibus: 'Si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque in judiciis impudentia valeret; non minus nunc in causa cederet A. Cæcina Sext. Æbutii impudentiæ, quam tum in vi faciendа cessit audaciæ.' Intervalla sunt prope æqualia, numerosa omnia.

esse debent[z] posteriora superioribus, extrema[9] primis, aut, quod etiam est melius et jucundius, longiora. XLIX. 187. Atque hæc quidem ab iis[1] philosophis,[u] quos tu maxime diligis, Catule, dicta sunt: quod eo sæpius testificor, ut auctoribus laudandis[v] ineptiarum crimen effugiam. Quarum tandem? inquit Catulus; aut quid[2] disputatione ista afferri potest elegantius, aut omnino dici subtilius? 188. At enim vereor, inquit Crassus, ne hæc aut difficiliora istis[w] ad persequendum esse videantur, aut, quia non traduntur in vulgari ista disciplina, nos[3] ea majora ac difficiliora videri velle videamur. Tum Catulus, Erras, inquit, Crasse, si aut me,[4] aut horum quenquam putas a te hæc opera quotidiana et pervagata expectare: ista, quæ dicis,[5] dici volumus: neque tam dici, quam isto dici modo: neque tibi hoc pro me solum, sed pro his omnibus sine ulla dubitatione respondeo. 189. Ego vero, inquit Antonius, inveni tandem,[6] quem negaram in eo, quem scripsi, libello, me invenisse eloquentem: sed eo te ne laudandi quidem causa interpellavi,[7] ne quid de hoc tam exiguo sermonis tui tempore verbo uno meo diminueretur.[8] 190. Hanc igitur, Crassus inquit, ad legem cum[9] exercitatione, tum stylo,[x] qui et alia, et hoc maxime ornat ac limat, formanda vobis

[u] *Aristotele et Theophrasto.*
[v] *Cum antiquos auctores citavero.*
[w] *Cottæ et Sulpicio.*
[x] *In numeros flectitur oratio exercitatione et stylo.*

1. *has orationes conversionis.*—9 *Quare aut prima ... et extrema* Erl. 1. *et extrema* etiam Steph. et Lamb.

CAP. XLIX. 1 Erl. 1. *ab his.* Mox, *ut auctoritatibus* Vet. ap. Steph.—2 Pearc. conj. *quid aut.*—3 Steph. *non.*—4 Duo hæc vocab. *aut me,* desunt in Erl. 1. Mox, Schutz. censet delendum *opera,* vel legendum *præcepta.* Tum, pro *pervagata,* quod exhibent Cant. Norf. Bal. Nov. Wag. Mead. Harl. 1. 2. Mag. Bod. Venet. Mediol. Ascens. Ald. Junt. Streb. Manut. Steph. Lamb. *pervaga* legitur in Grut. Olivet. et al. recentt.—5 Verba *quæ dicis* desunt in Erl. 1. Mox, *modo dici* Lamb.—6 Erl. 1. *inveni jam.*—7 Erl. 1. *sed eo tenore laudandi quidem* [lacuna] *ca* [lacuna] *interpellavi.*—8 Ita Erl. 1. Junt. et Grut. *deminueretur* Lamb. et Orell.—9 Schutz. *tum.* Mox, pro *vobis,* quod babent Junt. Lamb. Grut. *nobis* exhibent codd. ap. Stepb. Erl. 1. unus

NOTÆ

[z] *Aut paria esse debent*] In periodo potes advertere.
ex oratione pro Cæcina allata facile

oratio est. Neque tamen hoc tanti laboris est, quanti videtur: nec sunt hæc rhythmicorum[10] ac musicorum acerrima norma dirigenda:[y] et efficiendum est illud modo vobis, ne fluat[z] oratio, ne vagetur, ne insistat[11] interius,[a] ne excurrat longius:[b] ut membris distinguatur, ut conversiones[c] habeat absolutas. Neque semper utendum est perpetuitate, et quasi conversione[12] verborum, sed sæpe carpenda[d] membris minutioribus oratio est, quæ tamen ipsa membra sunt numeris vincienda. 191. Neque vos[13] pæon, aut herous ille conturbet: ipsi occurrent orationi: ipsi, inquam, se offerent, et respondebunt non vocati: consuetudo modo illa sit scribendi atque dicendi, ut sententiæ verbis finiantur,[a] eorumque verborum junctio nascatur a proceris[14] numeris ac liberis, maxime heroo[e] et pæone posteriore,[f] aut cretico,[g] sed varie distincteque considat.[h] Notatur enim maxi-

[y] *Numeri persequendi sunt non eorum severo more, qui carmina et odas concinendas scribunt.*
[z] *Sine ulla distinctione.*
[a] *Ne sistat prius quam numerus sit absolutus; ut ea oratio, cujus posteriores partes brevitate sua defraudant aures auditorum.*
[b] *Ne numero perfecto nondum absoluta sit sententia.*
[c] *Periodos.* [d] *Distinguenda.*
[e] *Dactylo, aut spondæo, aut anapæsto.*
[f] *Una tonga tribus brevibus.*
[g] *Longa, brevi, et longa.* [h] *Variis pedibus terminetur.*

Oxon. Schutz. et Orell.—10 Erl. 1. *neque s. h. rithmicorum.* Mox, *sed efficiendum est* conj. Schutz. *effigienda est,* omissa conjunctione *et,* Erl. 1. Dein, *modo nobis* Erl. 1. Schutz. et Orell.—11 Vet. ap. Steph. *ne insideat.*—12 Erl. 1. *quos et conversione.* Mox, *sed sæpe capienda* Erl. 1. Joan. Cant. Norf. Bal. Mag. Mead. Harl. 1. 2. Venet. Mediol. Ald. Junt. Manut. Actutum, *verbis minutioribus* Erl. 1.—13 *Neque tamen nos* ed. s. l. et a.—14 Erl. 1. *conjunctio nascatur ac pro ceteris;* Lamb. *verborumque conjunctio.* Mox, *maximeque* Lamb. *et pæone priore* Junt. Crat. Man. Grut. *aut pæone priore* ex codd. Steph. Lamb. Schutz. Orell. 'Miro errore Pearcius Lambino ascribit correctionem *pæone posteriore,* de qua ille prorsus silet, eamque refutavit; errore magis etiam ridiculo Ern. Pearcio tribuit eandem illam corruptelam, eamque rescripsit. Rursus Mull. putavit se corrigere Ernestium Schutziumque,

NOTÆ

[a] *Ut sententiæ verbis finiantur*] Hæc et alia illustrabimus exemplis in Oratore. Interim hoc Quintiliani IX. 4. accipe: 'Verbo sensum cludere, multo, si compositio patiatur, optimum est: in verbis enim sermonis vis inest. At si id asperum erit, cedat hæc ratio numeris, ut fit apud summos Græcos Latinosque oratores frequentissime.'

me similitudo in conquiescendo: et, si primi et postremi illi[15] pedes sunt hac ratione servati, medii possunt latere, modo ne circuitus ipse verborum sit aut brevior quam aures expectent, aut longior quam vires atque anima patiatur.[i] L. 192. Clausulas autem diligentius etiam servandas esse arbitror, quam superiora, quod in his maxime[1] perfectio atque absolutio judicatur: nam versus æque prima, et media, et extrema pars attenditur; qui debilitatur, in quacumque sit parte titubatum:[j] in oratione autem prima pauci cernunt, postrema plerique: quæ, quoniam apparent et intelliguntur, varianda sunt, ne aut animorum judiciis repudientur, aut aurium satietate. 193. [*p.* 161.] Duo enim aut tres sunt fere[2] extremi servandi et notandi pedes, si modo non breviora et præcisa erunt superiora;[k] quos aut choreos,[b] aut heroos, aut alternos[l] esse oportebit, aut in pæone illo posteriore,[m] quem Aristoteles probat, aut ei pari cretico.[3] Horum vicissitudines efficient, ut neque ii satientur, qui audient, fastidio similitudinis, nec nos id, quod faciemus, opera dedita[n] facere videamur. 194. Quodsi Antipater[c] ille Sidonius, quem[4] tu probe, Catule, memi-

[i] *Quam ut possit uno et continenti spiritu pronuntiari.*
[j] *Versus vitiosus est quacumque in parte pedes idonei non fuerint collocati.*
[k] *Modo priores periodi partes non sint breviores.*
[l] *Permixtos inter se et alternis dispositos.*
[m] *Orationis clausula conquiescat.* [n] *Affectato studio.*

Lambino vindicans *pæone posteriore.*' Orell.—15 Voc. *illi* deest in Erl. 1.

Cap. L. 1 Erl. 1. *in eis maxima.* Paulo post, in eodem cod. *in quacumque est parte t. in o. a. pauci primi c. p. plerique; quoniam, &c.*—2 Idem codex *tres fere sunt.* Mox, in eodem, *si modo brevianda*, sed suprascriptum *breviora;* Vet. ap. Steph. *si modo breviora.* Dein, *aut chorios* Lamb.—3 Vet. ap. Steph. et ed. s. l. et a. *aut ex pari cretico;* Erl. 1. et al. ap. eund. Steph. *aut et pari cretico;* Pearc. conj. *aut ei p. cretico finire;* Ernesti suspic. *aut ei p. cretico finiendum;* Lamb. *aut pæanem illum posteriorem ... aut ei parem creticum.*—4 Ita Steph. Lamb. Grut. *ille Sidonius, ille, quem* Junt. Manut. *Sidonius ille,*

NOTÆ

[b] *Choreos*] Choreus, sive chorius, idem qui trochæus, una longa et brevi constat.

[c] *Antipater*] Hic oriundus ex Sidone in Phœnicia (nunc *Said*), poëta extemporali in carmine facundia celebris, cujus epigrammata undeviginti habemus in Anthologia. Plin. VII. 51. refert eum omnibus annis uno die natali tantum correptum febre, et eo consumtum fuisse satis longa senecta. Floruit centum circiter ante Christum annis.

nisti, solitus est versus hexametros aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore,[5] tantumque hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio, ut, cum se mente ac voluntate conjecisset in versum, verba sequerentur; quanto id facilius in oratione, exercitatione et consuetudine adhibita, consequemur?

195. Illud autem ne quis admiretur, quonam modo hæc vulgus imperitorum in audiendo notet; cum in omni genere, tum in hoc ipso magna quædam est vis incredibilisque naturæ. Omnes enim tacito quodam sensu, sine ulla arte, aut ratione, quæ sint in artibus ac rationibus recta[6] ac prava, dijudicant: idque cum faciunt in picturis, et in signis, et in aliis operibus, ad quorum intelligentiam a natura minus habent instrumenti;[o] tum multo[7] ostendunt magis in verborum, numerorum, vocumque judicio; quod ea sunt in communibus infixa sensibus,[p] neque earum rerum quenquam funditus natura voluit esse expertem. 196. Itaque non solum verbis arte positis moventur omnes, verum etiam numeris ac vocibus. Quotus enim quisque est, qui teneat artem numerorum[q] ac modorum?[8] At in his si paulum modo offensum est,[9] ut aut contractione brevius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant.[r] Quid? hoc non idem fit in vocibus, ut a multitudine et populo,[10] non modo catervæ atque conventus, sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes ejiciantur?[s] LI. 197. Mirabile est, cum

[o] *A natura non sunt facti.* [p] *Ea sunt in omnium animis et auribus innata.*

[q] *Quam pauci sciunt artem numerorum?*

[r] *Quod spectat quantitatem syllabarum, si quid histriones peccaverint vel contractione vel productione perperam adhibita, spectatores omnes et auditores reclamant.*

[s] *Nonne idem accidit in modis musicorum et symphonia? non modo tota cohors cum errat, sed etiam singuli cum sibi non consentiunt, exsibilantur.*

quem al.—5 Erl. 1. *e tempore.* Mox, *voluptate ejecisset* Erl. 1. unde Harles. conj. *cum voluptate.* Dein, in eodem codice, *facilius oratione e. et c. a. sequeremur.*—6 Ita codd. Ald. Junt. Lamb. Grut. *sine ulla ratione ... in artibus recta* conj. Schutz.—7 Hæc duo vocc. *tum multo* desunt in Erl. 1. Mox, in eodem cod. *in verbo numerorum ... nec earum quenquam f. n. esse voluit expertem.*—8 Idem codex *ac domorum.*—9 Erl. 1. *offendit.* Mox, *fierent* conj. Pearc. Dein, *reclamant theatra tota* Lamb.—10 Erl. 1. *ac populo.* Mox, pro *conventus*, quod habent edd. vett. Junt. Lamb. Grut. *concentus* legitur in Erl. 1. Guelf. 1. item in edd. Schutz. Harles. et Orell.

plurimum in faciendo intersit inter doctum et rudem, quam non multum differat in judicando. Ars enim cum a natura[1] profecta sit, nisi [natura] moveat ac delectet, nihil sane egisse videatur. Nihil est autem tam[2] cognatum mentibus nostris, quam numeri atque voces;[d] quibus et excitamur, et incendimur, et lenimur,[3] et languescimus, et ad hilaritatem, et ad tristitiam sæpe deducimur: quorum illa summa vis carminibus est aptior et cantibus, non neglecta, ut mihi videtur, a Numa, rege doctissimo, majoribusque nostris, ut epularum solennium fides ac tibiæ, Saliorumque[e] versus indicant; maxime autem a Græcia vetere[f] celebrata. Quibus utinam similibusque de rebus disputari, quam de puerilibus his verborum translationibus maluissetis![4] 198. Verum, ut in versu vulgus, si est peccatum, videt; sic, si quid in nostra oratione claudicat, sentit: sed poëtæ non ignoscit, nobis concedit:[t] tacite[5] tamen omnes non esse illud, quod diximus, aptum perfectumque cernunt. Itaque illi[6] veteres, sicut hodie etiam nonnullos videmus, cum circuitum[u] et quasi orbem verborum conficere non possent, (nam

[t] *Parcit.* [u] *Periodum numerosam.*

Cap. li. 1 Erl. 1. *cum natura.* Mox, *naturam commoveat* ed. s. l. et a. *natura moveat* codd. aliquot ap. Orell. unus Oxon. Waldarf. *naturam moveat* Norf. Mag. Harl. 2. Joan. Bodl. Exc. Nov. Guelf. 2. 3. et edd. quædam vett.—2 Particula *tam* deest in Erl. 1.—3 Idem cod. *et limamur.* Mox, *et tristitiam,* omissa præpositione *ad.*—4 Ita Erl. 1. aliique codd. Totum hunc versum, *Quibus ... maluissetis,* tanquam ineptum, delerunt Schutz. et Harles. uncis inclusit Orell.—5 Ita edd. omnes; *taciti* Erl. 1. al. ap. Steph. et Bond. e Rufino.—6 *Itaque illud* Erl. 1. a m. pr. Mox, pro *circuitum,* Erl. 1. habet

NOTÆ

[d] *Numeri atque voces*] Est hæc Simmiæ philosophi apud Platonem in Phædone sententia, hominis animum esse harmoniam: quam opinionem ibidem refellit Socrates.

[e] *Saliorum*] Salii sacerdotes Martis, sic dicti quod dum ferrent ancilia, solerent saltare. Ancile autem brevius erat scutum, quod e cœlo cum esset delapsum ad salutem Romæ fatale, ne forte subriperetur, curavit Numa secundus rex Romanorum, ut undecim alia omnino similia fabricarentur.

[f] *A Græcia vetere*] Summam eruditionem Græci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus. Igitur et Epaminondas princeps, meo judicio, Græciæ, fidibus præclare cecinisse dicitur: Themistoclesque aliquot ante annis, cum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior. Cic. Tuscul. Quæst. lib. I. § 4.

id quidem nuper vel posse, vel audere[7] cœpimus,) terna,[g] aut bina,[g] aut nonnulli singula etiam verba dicebant: qui in illa infantia[w] naturali, illud, quod aures hominum flagitabant, tendebant tamen, ut et illa essent paria, quæ dicerent, et æqualibus interspirationibus uterentur.

LII. 199. Exposui fere, ut potui, quæ maxime ad ornatum orationis pertinere arbitrabar. Dixi enim de singulorum laude verborum, dixi de conjunctione eorum, dixi de numero atque forma. Sed si habitum orationis etiam,[1] et quasi colorem aliquem requiritis, est et plena quædam, sed tamen teres: et tenuis, non sine nervis ac viribus: et ea, quæ particeps utriusque generis quadam mediocritate laudatur. His tribus figuris insidere quidam venustatis, non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color.[x] 200. Tum denique nobis hic orator ita conformandus est et verbis et sententiis, ut, quemadmodum qui utuntur armis aut palæstra, non solum sibi vitandi[y] aut feriendi rationem esse habendam putant, sed etiam, ut cum venustate moveantur; sic verbis quidem ad aptam compositionem et decentiam,[z 2] sententiis vero ad gravitatem

[v] *Quorum alia aliis responderent.* [w] *Imperitia dicendi.*

[x] *Si formam et speciem orationis nosse vultis; alia est sublimis, et tamen æqualis, non inflata; alia tenuis, non tamen exsanguis et exsucca; alia inter utramque media. In hac triplici orationis specie reperiri debet non asciticius, sed verus ac naturalis decor.* [y] *Ictus.* [z] *Gratiam.*

circulum.—7 Idem cod. *vel audire.* Paulo post, *verba numerose dicebant* Lamb. Tum, pro *naturali*, quod exhibent codd. plerique, Ald. Junt. Lamb. Grut. *naturale* servant Joan. Cant. Mag. Harl. 1. Denique, pro *tendebant*, quod ex edd. vett. recepit Ernesti, *tenebant* habent codd. et edd. recentt. *tenebat* Guelf. 1. 2. 3. et Erl. 1. *perpendebant* ed. Lips.

CAP. LII. 1 Ita Grut. *etiam orationis* Ald. Junt. Crat. Man. Lamb. et recentt. *Sed etiam si habitum orationis* Erl. 1. Mox, *et tamen teres* ed. Paris.— 2 Ita Bal. Nov. Harl. 2. Mead. edd. vetust. Lamb. *condecentiam* Ald. Junt. Man. Grut. Verba, *sic verbis quidem ... orationis utatur*, desunt in Erl. 1. aliisque codd. ap. Grut. Mox, verba uncis inclusa delerunt Lamb. et Schutz.

NOTÆ

[g] *Terna, aut bina*] Terna invicem opposita verba numerosam efficiunt orationem: ex. gr. 'Odit privatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit,' Cic. pro Muræna. Item bina binis; ut, 'In dominatu servitus, in servitute dominatus,' Cic. pro Deiotaro. Item cum singula singulis opponuntur, ut in illo Terentii Eun. I. 1. 'Exclusit, revocat: redeam? non, si me obsecret.'

orationis utatur [ut ii, qui in armorum tractatione versantur].[a] 201. Formantur autem et verba, et sententiæ pæne innumerabiles,[3][h] quod satis scio notum esse vobis: sed inter conformationem verborum et sententiarum hoc interest, quod verborum[b] tollitur,[i] si verba mutaris; sententiarum permanet, quibuscumque verbis uti velis. Quod quidem vos etsi facitis,[c][4] tamen admonendos puto, ne quid esse aliud oratoris putetis, quod quidem sit egregium atque mirabile, nisi in singulis verbis[d] illa tria tenere, ut translatis utamur frequenter, interdumque factis,[e] raro autem etiam pervetustis. In perpetua autem oratione,[f] cum et conjunctionis lenitatem,[g][5] et numerorum, quam dixi, rationem tenuerimus, tum est quasi luminibus distinguenda[j]

[a] *Arti gladiatoriæ rationem decori adjungunt.*
[b] *Venustas.* [c] *Ita esse creditis.*
[d] *Ne putetis ad summum oratoris decus aliud requiri, quam in singulis verbis, &c.*
[e] *Novatis.* [f] *In continuatione orationis.*
[g] *Lenem verborum collocationem.*

Duo codd. ap. Steph. habent *moveantur, ut, inquam, ii, qui in armorum tractatione versantur: sit verbis;* et mox, *utatur, versantur.* Erl. 1. habet *ut his qui, &c.*—3 Guelf. 1. unus ap. Steph. Lamb. Schutz. Orell. et Harles. *innumerabiliter.* Paulo post, in Erl. 1. legitur, *sed inter confirmationem verborum et sententiarum: quod verborum tollitur;* Steph. et Lamb. *tollitur venustas.*— 4 Erl. 1. *et si facitis;* Schutz. conj. *et si satis scitis.* Mox, *nc singulis* Erl. 1.

NOTÆ

[h] *Pæne innumerabiles*] Cum figura sit orationis habitus a recta et simplici consuetudine non sine dignitate recedens; patet id plurimis ac pæne infinitis modis fieri posse ab ingeniosis.

[i] *Verborum tollitur*] Sua figuræ verborum perit gratia, si verba mutentur. In illo Ovidii versiculo quem citat Quintilianus, 'Cur ego non dicam, Furia, te furiam?' paronomasia est: aliquid aliud, v. g. 'rabidam,' in fine versus substitue, evanescit figura. Contra in hac sententiæ figura, (præteritio est quam adhibet Tullius pro lege Manilia:) 'Itaque non sum prædicaturus, Quirites, quantas ille res domi militiæque, terra marique, quantaque felicitate gesserit: ut ejus semper voluntatibus non modo cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint: sed etiam venti tempestatesque obsecundarint: Hoc brevissime dicam,' &c. Immuta quantumlibet voces, eadem stabit figura sententiæ præteritio.

[j] *Quasi luminibus distinguenda*] De figurarum usu recte hoc præcipit Fabius IX. 3. 'Si quis parce et cum res poscet utetur velut asperso quodam condimento, jucundior erit oratio: at qui nimium affectaverit, ipsam illam gratiam varietatis amittet; quanquam sunt quædam figuræ ita recep-

et frequentanda[h] omnis ratio,[6] sententiarum atque verborum. LIII. 202. Nam et commoratio[1] una in re[k] permultum movet, et illustris explanatio, rerumque, quasi gerantur,[1] sub aspectum pæne subjectio: quæ et in exponenda re plurimum valet, et ad[2] illustrandum id, quod exponitur, et ad amplificandum; ut iis, qui audient, illud, quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum esse videatur: et huic contraria sæpe percursio[3][m] est, et plus ad in-

[h] *Exornanda.*

—5 Al. *levitatem;* Lamb. *lævitatem.*—6 Ita Lamb. et Harles. *omnis oratio* Junt. Crat. Grut. Schutz.

CAP. LIII. 1 *Nam et commemoratio* Guelf. 1. Mox, *rerum quæque gerantur* Erl. 1. Actutum, *sub aspectu* edd. vett. *sub aspectu pæne subjecto* Vet. ap. Steph.—2 Erl. 1. *valent ad, &c.* Mox, *ut his* in eodem codice.—3 Ita edd. vett. *præcisio* Ascens. Junt. Lamb. Grut. Schutz. *percussio* Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3. *et huic contraria præcisio*, omissis *sæpe* et *est*, Lamb. Mox, pro *est et plus*, Erl. 1. habet *stet plus.* Tum, Pearc. conj. *plus intelligendum;* vel, *ad*

NOTÆ

tæ, ut pæne jam hoc ipsum nomen effugerint: quæ etiam si fuerint crebriores, aures consuetas minus ferient. Nam et secretæ et extra vulgarem usum positæ, ideoque magis nobiles, ut novitate aurem excitant, ita copia satiant: nec se obvias fuisse dicenti, sed conquisitas, et ex omnibus latebris extractas, congestasque declarant.'

[k] *Commoratio una in re*] Exempla suggerent Ciceronis orationes prope omnes. Insignis est hic locus pro Rosc. Amer. § 74. 'Quomodo occidit? ipse percussit, an aliis occidendum dedit? si ipsum arguis, Romæ non fuit; si per alios fecisse dicis, quæro servosne an liberos? quos homines? indidemne Ameria, an hosce ex urbe sicarios? si Ameria, qui sunt hi? cur non nominantur? si Romæ, unde eos noverat Roscius, qui Romam multis annis non venit, neque unquam plus triduo fuit? ubi eos convenit? quicum locutus est? quomodo persuasit? pretium dedit? cui dedit? per quem dedit? unde aut quantum dedit?' &c.

[1] *Rerumque, quasi gerantur*] Figuram hanc διατύπωσιν et ὑποτύπωσιν vocant Græci. Exemplum illustre suppeditat Tullius Verr. VII. § 117. 'Patres hi, quos videtis, jacebant in limine, matresque miseræ pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo complexu liberum exclusæ: quæ nihil aliud orabant, nisi ut filiorum extremum spiritum excipere sibi liceret. Aderat janitor carceris, carnifex prætoris, mors terrorque sociorum ac civium, lictor Sestius; cui ex omni gemitu doloreque certa merces comparabatur: ut adeas tantum dabis: ut cibum tibi intro ferre liceat, tantum: nemo recusabat. Quid, ut uno ictu securis afferam mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur? ne sæpius feriatur? ne cum sensu doloris aliquo et cruciatu spiritus auferatur? Etiam ob hanc causam pecunia lictori dabatur.'

telligendum,[n] quam dixeris, significatio, et distincte[4] concisa brevitas,[o] et extenuatio,[p] et huic adjuncta illusio,[q] a præceptis [*p.* 162.] Cæsaris non abhorrens: 203. et ab re longa degressio;[5 r] in qua cum fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus et concinnus esse debebit: propositioque, quid sis dicturus, et ab eo, quod est dictum, sejunctio,[i] et reditus ad propositum,[6] et iteratio,[s] et rationis apta conclusio: tum augendi minuendive causa, veritatis superlatio[t] atque trajectio:[j] et rogatio,[u] atque huic finitima quasi percunctatio,

[i] *Ab eo quod dictum est transitus ad aliud rei genus.*
[j] *Quæ fertur ultra veritatem.*

plus intelligendum.—4 Ita codd. omnes, Junt. Lamb. *destricte* Schutz. *distinctio, c. b. extenuatio: et h. a. inclusio* Erl. 1.—5 Codd. aliquot, Schutz. et Orell. *et ab re degressio;* codd. plerique, Junt. Lamb. Grut. *et a re non longa degressio;* Ernesti conj. *et a re bene longa degressio.*—6 Verba *et reditus ad propositum* suspecta sunt Schutzio. Mox, *et orationis apta, &c.* Erl. 1. et

NOTÆ

[m] *Percursio* [*Præcisio*] Vide ad Herenn. lib. IV. § 41.

[n] *Plus ad intelligendum*] Refertur ad emphasin, de qua ad Heren. lib. IV. § 67.

[o] *Concisa brevitas*] Βραχυεπίαν vocat Rutilius, cujus hoc exemplum affert ex Lysia: 'Sed nos æquum est voluntatem dispicere. Nam consilio valuit, fortuna lapsus est: homo fuit, fatetur, concedendum non omnia posse; hoc enim Deorum est proprium.'

[p] *Extenuatio*] Consule de Orat. lib. II. § 267.

[q] *Illusio*] De qua fuse admodum et eleganter Cæsar disserit de Orat. lib. II. § 235. &c.

[r] *Degressio*] Degressio, propositio, sejunctio, reditus ad propositionem et rationis apta conclusio, quorum omnium exempla passim occurrunt, vix inter figuras locum obtinent.

[s] *Iteratio*] Qualis est hæc in oratione pro Quintio § 36. 'Ostendam primum causam non fuisse cur a prætore postularet ut bona P. Quintii possideres: deinde ex edicto te possidere non potuisse: postremo non possedisse. Quæso, C. Aquilli, vosque qui estis in consilio, ut quid pollicitus sim, diligenter memoriæ mandetis..... Nego fuisse causam cur postularet: nego ex edicto possidere potuisse: nego possedisse.'

[t] *Veritatis superlatio*] Est hyperbole, de quo ad Herenn. lib. IV. § 44. et de Orat. lib. II. § 267.

[u] *Rogatio*] Rogatio aliquid detegendi causa adhibetur. Pro Roscio Comœdo § 13. 'Stipulatus es? ubi? quo die? quo tempore? quo præsente? quis spopondisse me dicit? nemo.' Percontatio fit etiam de iis quæ notissima sunt. Pro Lege Manilia § 61. 'Quid enim tam novum quam adolescentulum privatum, exercitum difficili reip. tempore conficere? confecit: huic præesse? præfuit: rem optime ductu suo gerere? gessit. Quid tam præter consuetudinem,' &c.

expositioque sententiæ suæ: tum illa, quæ maxime quasi irrepit in hominum mentes, alia dicentis, ac significantis, dissimulatio;[v] [quæ est perjucunda, cum in oratione[7] non contentione, sed sermone tractatur:] 204. deinde dubitatio,[w] tum distributio, tum correctio,[x] vel ante, vel postquam dixeris, vel cum aliquid a te ipse[8] rejicias: præmunitio[y]

paulo post, *veritatis: superscriptioque sententiæ suæ. Tum illa, &c.*—7 Pearc. ex quibusdam codd. *cum in orationis.* Verba uncis inclusa desunt in tribus codd. Mox, pro *correctio*, Erl. 1. habet *correptio.*—8 Ita e conjectura Er-

NOTÆ

[v] *Dissimulatio*] Sive ironia qua aliud dicitur, aliud omnino oppositum intelligitur. Tullius in Pisoniana a § 58. ad 62. ironia mirabili Pisonem exagitat, qui negaverat se triumphi cupidum esse: 'Non est integrum Cn. Pompeio consilio jam uti tuo: erravit enim: non gustarat istam tuam philosophiam: ter jam homo stultus triumphavit. Crasse, pudet me tui: quid est quod confecto formidolosissimo bello, coronam illam lauream tibi tantopere decerni volueris a senatu? P. Servili, Q. Metelle, C. Curio, P. Africane, cur non audistis tam doctum hominem, tam eruditum, priusquam in istum errorem induceremini? O stultos Camillos, Curios .... Sed quoniam præterita mutare non possumus: quid cessat hic homulus ex argilla et luto fictus Epicureus, dare hæc præclara præcepta sapientiæ clarissimo et summo imperatori genero suo? fertur ille vir, mihi crede, gloria ... meditare quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas atque restinguas .... dices enim ut es homo facetus, ad persuadendum concinnus, perfectus, politus e schola. Quid est, Cæsar, quod te supplicationes toties decretæ, tot dierum, tantopere delectent? ... Quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces? quid simulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis, et tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? inania sunt ista, mihi crede, delectamenta pæne puerorum, captare plausus, vehi per urbem, conspici velle, &c. Hac tu oratione non dubito quin illum jam ascendentem in currum possis revocare. O tenebræ! o lutum! o sordes!' &c. Vide et Verr. ult. § 26. et Misopogonem Juliani, qui perpetua ironia contextus est.

[w] *Dubitatio*] De qua ad Heren. lib. IV. § 40. Est præterea egregium exemplum in Verr. lib. V. § 103. Occurrebat illa ratio: 'Quid Cleomene fiet? poterone animadvertere in eos, quos dicto audientes esse jussi? missum facere eum, cui imperium potestatemque permisi? ... Pereat Cleomenes una. Ubi fides? ubi execrationes? ubi dextræ complexusque? ... fieri nullo modo poterat quin Cleomeni parceretur.'

[x] *Correctio*] Est hæc aculeata in sororem Clodii pro Cœlio: 'Quod quidem facerem vehementius, nisi inimicitiæ intercederent cum istius mulieris viro: fratrem volui dicere: semper hic erro.' Vide ad Heren. lib. IV. § 36.

[y] *Præmunitio*] Qualis est hæc Tul-

est etiam ad id, quod aggrediare, et trajectio in alium:[z] communicatio,[a] quæ est quasi cum iis ipsis, apud quos dicas, deliberatio: morum ac vitæ imitatio[9 b] vel in personis, vel sine illis, magnum quoddam ornamentum orationis, et aptum ad animos conciliandos vel maxime, sæpe autem etiam ad commovendos: 205. personarum[c] ficta inductio, vel gravissimum lumen augendi;[k] descriptio,[d] erroris induc-

[k] *Quæ maxime prodest amplificationi.*

nesti; *a te ipso* codd. et edd. vett. Mox, *et rejectio* codd. aliquot, Junt. Lamb. Grut.—9 Ita plerique codd. *ac v. mutatio* unus Oxon. *ac vitæ notatio*

NOTÆ

lii Philippica VII. § 8. 'Ego itaque pacis, ut ita dicam, alumnus, qui quantuscumque sum (nihil enim mihi arrogo) sine pace civili certe non fuissem (periculose dico: quemadmodum accepturi P. C. sitis, horreo; sed pro mea perpetua cupiditate vestræ dignitatis retinendæ et augendæ, quæso oroque vos P. C. ut primo, si erit vel acerbum auditu, vel incredibile a M. Cicerone esse dictum, accipiatis sine offensione quod dixero; neve id prius quam quale sit explicavero, repudietis). Ego ille, dicam sæpius, pacis semper laudator, semper auctor, pacem cum M. Antonio esse nolo. Magna spe ingredior in reliquam orationem, P. C. quoniam periculosissimum locum silentio sum prætervectus.'

[z] *Trajectio* [*rejectio*] *in alium*] Sic in Miloniana Cicero accusatoris partes occupat et Clodium ipsum Miloni struxisse insidias probat. Sic apud Livium lib. XLV. Rhodii culpam totius civitatis in seditiosos aliquot conferunt.

[a] *Communicatio*] Qua adversarios vel judices consulimus: valet ad urgendum adversarium et confessionem ab eo exprimendam. Exemplum habes pro Quintio § 53. &c. 'Si mehercule hæc tecum duo verba fecisses, Quid ago? respirasset cupiditas atque avaritia paululum .... Ego pro te nunc hoc consulo post tempus in aliena re, quod tu in tua re, cum tempus erat, consulere oblitus es. Quæro abs te C. Aquilli ... vadimonium mihi non obiit quidam socius et affinis meus ... postulone a prætore, ut ejus bona mihi possidere liceat ... profecto si recte vestram bonitatem atque prudentiam cognovi, non multum me fallit, si consulamini, quid sitis responsuri: primum expectare: deinde si latitare ac diutius ludificare videatur, amicos convenire: quærere quis procurator sit: domum denuntiare: dici vix potest, quam multa sint, quæ respondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem extremam necessariam devenire.'

[b] *Morum ac vitæ imitatio*] Ethopœia dicitur a Græcis, de qua ad Heren. lib. IV. § 63.

[c] *Personarum*] Prosopopœia, cujus exempla attulimus in notis ad Heren. lib. IV. § 66.

[d] *Descriptio*] Cujusmodi est hæc Pisonis apud Ciceronem in Sextiana, § 19. 'Alter, o Dii boni! quam teter incedebat! quam truculentus! quam terribili aspectu! unum aliquem tu ex barbatis illis exemplum imperii veteris, imaginem antiquita-

tio,[e] ad hilaritatem [10] impulsio :[f] ante occupatio :[g] tum duo illa, quæ maxime movent, similitudo [h] et exemplum,[i] digestio,[l] [k] interpellatio,[l] contentio,[11] [m] reticentia,[n] commendatio,[o]

[l] *Distributio.*

conj. Schutz. Mox, *quoddam habens ornamentum* Steph. et Lamb.—10 Ita Grut. et recentt. *et ad hilaritatem* Steph. et Lamb. *et in hilaritatem* unus Oxon. ed. s. l. et a. Junt. Manut.—11 Ita codd. omnes, Junt. Lamb. Grut. *interpellatio, interpellantis coërcitio, contentio* conj. Schutz. e Quintil. IX. 2. 2.

NOTÆ

tis, columen reip. diceres intueri: vestitus asper nostra hac purpura plebeia ac pæne fusca: capillo ita horrido, ut Capua, in qua ipse tum imaginis formandæ causa duumviratum gerebat, Seplasiam sublaturus videretur. Nam quid ego de supercilio dicam? quod tum hominibus non supercilium, sed pignus reip. videbatur: tanta erat gravitas in oculo, tanta frontis contractio, ut illo supercilio resp. tanquam Atlante cœlum niti videretur.'

[e] *Erroris inductio*] Qua aliquid inopinatum ac præter expectationem dicitur: ut in Heautontimorumeno Terentii v. 1. 'In me quidvis harum rerum convenit Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus: In illum nil potest: nam exsuperat ejus stultitia omnia hæc.'

[f] *Ad hilaritatem impulsio*] Fit adhibitis jocis, de quibus prolixe de Orat. lib. II. § 235. &c.

[g] *Ante occupatio*] Sive prolepis, qua id quod contra nos dici potest, anticipamus et refellimus. Ita Cicero pro Cœlio § 39. 'Dicet aliquis, hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentes? ob hanc causam tibi hunc puerum parens commendavit et tradidit, ut in amore et voluptatibus adolescentiam suam collocaret, et hanc tu vitam et studia defenderes? Ego, si quis, judices, hoc robore animi atque hac indole virtutis ac continentiæ fuit, ut respueret omnes voluptates, omnemque vitæ suæ cursum in labore corporis atque in animi contentione confieeret; quem non quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non convivia delectarent; nihil in vita expetendum putaret, nisi quod esset cum laude et cum dignitate conjunctum; hunc mea sententia divinis quibusdam bonis instructum atque ornatum puto. Ex hoc genere illos fuisse arbitror Camillos,' &c.

[h] *Similitudo*] Sic apud Cic. de Nat. Deor. lib. II. § 20. 'Ut profluens amnis aut vix aut nullo modo, conclusa autem aqua facile corrumpitur; sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur, angustia autem conclusæ orationis non facile seipsa tutatur.'

[i] *Exemplum*] Cicero in Catilin. I. § 3. 'An vero vir amplissimus P. Scipio, pontifex maximus, Ti. Gracchum mediocriter labefactantem statum reip. privatus interfecit: Catilinam vero orbem terræ cæde atque incendiis vastare cupientem, nos consules perferemus?'

[k] *Digestio*] Vide ad Her. lib. IV. § 47.

[l] *Interpellatio*] Qua sermo adversarii interrumpitur vel ipsi indicitur silentium.

[m] *Contentio*] Antithesis est de qua diximus ad Herenn. lib. IV. § 21.

[n] *Reticentia*] Vide eundem lib. § 41. et 67.

[o] *Commendatio*] Qua factum ali-

vox quædam libera,[p] atque etiam effrænatio, augendi causa: iracundia,[q] objurgatio,[r] promissio, deprecatio,[s] obsecratio, declinatio brevis a proposito,[u] non ut superior illa degressio, purgatio,[v] conciliatio,[w] læsio,[x] optatio,[y] atque

Pro *commendatio* Purgoldus conj. *commentatio;* Schutz. *comminatio.* Pro *effrænatio,* quod habent Wald. et Pearc. *effrænatior* legitur in codd. Guelf. 2. 3. Ald. Junt. Lamb. Grut. Schutz. Harles. Orell. Actutum, *agendi* Erl. 1. ed. s. l. et a. et Wald. Deinde, *permissio* solus Steph.

NOTÆ

quod pluribus extollimus.

[p] *Vox quædam libera*] Παῤῥησία est. Consule ad Herenn. lib. IV. § 48.

[q] *Iracundia*] Acris et vehemens oratio, quæ iracundiam oratoris indicat.

[r] *Objurgatio*] Qua egregie adversus seditiosos utitur Germanicus apud Tacit. Annal. I. 'Quid enim per hos dies inausum intemeratumve vobis? Quod nomen huic cœtui dabo? Militesne appellem, qui filium imperatoris vestri vallo et armis circumsedistis? an cives, quibus tam projecta senatus auctoritas? Hostium quoque jus et sacra legationis et fas gentium rupistis,' &c.

[s] *Deprecatio*] Sophonisba uxor Syphacis victorem Masinissam sic urget precibus apud Liv. lib. XXX. 'Si captivæ apud dominum vitæ necisque suæ vocem supplicem mittere licet, si genua, si victricem attingere dextram, precor quæsoque per majestatem regiam, in qua paulo ante nos quoque fuimus, perque gentis Numidarum nomen, quod tibi cum Syphace commune fuit; per hujusce regiæ Deos, qui te melioribus ominibus accipiant quam Syphacem hinc miserunt; hanc veniam supplici des, ut ipse quodcumque feret animus, de captiva statuas, neque me in cujusquam Romani superbum ac crudele arbitrium venire sinas . . . Si nulla alia re potes, me morte ut vindices ab Romanorum arbitrio, oro obtestorque.'

[t] *Obsecratio*] Est vehementior deprecatio.

[u] *Declinatio brevis a proposito*] Sive digressio, Græcis παρέκβασις est, teste Quintiliano IV. 3. 'Alienæ rei, sed ad utilitatem causæ pertinentis, extra ordinem procurrens tractatio.' 'Quo ex genere est,' ut ibidem dicitur, 'in orationibus contra Verrem compositis, Siciliæ laus, Proserpinæ raptus; pro L. Cornelio popularis illa virtutum Cn. Pompeii commemoratio: in quam ille divinus orator, veluti nomine ipso ducis cursus dicendi teneretur, abrupto quem inchoaverat sermone, divertit.'

[v] *Purgatio*] Legati C. Manlii perduellionis crimen a se amoliuntur apud Sallustium in bello Catilinario: 'Deos hominesque testamur, imperator, nos arma neque contra patriam cepisse, neque quo periculum aliis faceremus: sed uti corpora nostra ab injuria tuta forent, qui miseri, egentes, violentia atque crudelitate fœneratorum, plerique patria, sed omnes fama atque fortunis expertes sumus,' &c.

[w] *Conciliatio*] 'Tantam enim mansuetudinem, tam insuitatam inauditamque clementiam, tantum in summa potestate rerum omnium modum, tam denique incredibilem sapientiam ac pæne divinam, tacitus præterire

execratio.[z] His fere luminibus illustrant orationem sententiæ. LIV. 206. Orationis autem ipsius, tanquam armorum, est vel ad usum comminatio [1] et quasi petitio, vel ad venustatem ipsa tractatio.[m] Nam et geminatio verborum [a] habet interdum vim, leporem alias ;[n] et paulum [2] immutatum verbum [b] atque deflexum, et ejusdem verbi crebra tum a primo repetitio,[c] tum in extremum conversio,[d] et in eadem verba impetus [e] et concursio, et adjunctio,[f] et progressio,[3] [g] et

[m] *Oratione tanquam armis utimur, vel ad comminandum, et quasi ad lacessendum, vel ad decoram tractationem.*

[n] *Aliquando robur, aliquando venustatem.*

CAP. LIV. 1 Schutz. conj. *communitio.* Mox, idem Schutz. et Harles. de Ernesti conjectura, *ad venustatem apta tractatio.*—2 Plerique codd. *et paulu-*

NOTÆ

nullo modo possum.' Pro Marcello § 1.

[x] *Læsio*] 'O tenebræ! o lutum! o sordes! o paterni generis oblite, materni vix memor!' In Pisonem, § 62.

[y] *Optatio*] Virgil. Ecl. VIII. 'En erit unquam Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta? En erit ut liceat totum mihi ferre per orbem Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.'

[z] *Execratio*] Dido Æneid. IV. sic furit in Trojanos: 'Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor, Qui face Dardanios ferroque sequare colonos. Nunc, olim quocumque dabunt se tempore vires, Littora littoribus contraria, fluctibus undas Imprecor, arma armis: pugnent ipsique nepotes.'

[a] *Geminatio verborum*] Modo vim habet, ut in prima Catilinaria § 2. 'O tempora! o mores! senatus hoc intelligit, consul videt: hic tamen vivit: vivit? immo vero in senatum venit.' Modo leporem, ut in hoc Virgilii Ecl. VI. 21. 'Addit se sociam, timidisque supervenit, Ægle; Ægle, Naiadum pulcherrima.'

[b] *Immutatum verbum*] Consule notas in Heren. lib. IV. § 29. et de Orat. lib. II. § 256.

[c] *A primo repetitio*] Anaphora dicitur hæc figura: 'Legum ministri magistratus, legum interpretes judices, legum denique idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possimus.' Pro Cluentio § 146. et Virgil. Ecl. IV. 'Pan etiam Arcadia mecum si judice certet, Pan etiam Arcadia dicat se judice victum.'

[d] *In extremum conversio*] Est epiphora seu repetitio in clausulis. Cic. Philip. II. 'Doletis tres exercitus pop. Rom. interfectos? interfecit Antonius. Desideratis clarissimos cives? eos quoque eripuit vobis Antonius. Auctoritas hujus ordinis afflicta est? afflixit Antonius.' Et Virgilius Ecl. X. 75. 'Surgamus: solet esse gravis cantantibus umbra; Juniperi gravis umbra; nocent et frugibus umbræ.'

[e] *In eadem verba impetus*] Complexio est Græcis συμπλοκή. Vide ad Heren. lib. IV. § 20.

[f] *Adjunctio*] Sive ἐπανάληψις, est ejusdem verbi iteratio. Martial. IX. 98. 'Rumpitur invidia quidam, carissime Juli, Quod me Roma legit; rumpitur invidia,' &c.

[g] *Progressio*] Species est gradatio-

ejusdem verbi[h] crebrius positi quædam distinctio, et revocatio verbi, et illa, quæ similiter desinunt,[i] aut quæ cadunt similiter, aut quæ paribus paria[j] referuntur,[4] aut quæ sunt inter se similia. 207. Est etiam gradatio[k] quædam, et conversio,[l] et verborum concinna transgressio,[m] et contrarium,[n] et dissolutum, et declinatio,[o] et reprehensio, et exclamatio,[p] et imminutio,[q] et quod in multis casibus[r] ponitur, et quod de singulis[5] rebus propositis ductum, refertur ad singula,[s] et ad propositum[t] subjecta ratio, et

lum.—3 Erl. 1. et *processio.*—4 Idem codex *paria deferuntur.*—5 Hæc omnia, *et quod de singulis ... et circumscriptio,* etsi leguntur etiam ap. Quintil. uncis

NOTÆ

nis. Cicero pro Muræna § 22. 'Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas: ille ut eo quo intendit, mature cum exercitu perveniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Tu caves ne consultores tui, ille ne urbes aut castra capiantur,' &c.

[h] *Ejusdem verbi, &c.*] Cicero in Pisonem § 24. 'Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna majestas consulis.'

[i] *Quæ similiter desinunt*] Lib. IV. ad Heren. § 28. disseruimus de similiter desinentibus et cadentibus.

[j] *Paribus paria*] Vide ad Heren. lib. IV. § 27.

[k] *Gradatio*] Ad Heren. lib. IV. § 34.

[l] *Conversio*] Sive ἐπάνοδος, cum per eadem verba recurrimus. Cic. pro Cluentio: 'Sine invidia culpa plectatur, et sine culpa invidia ponatur.' Tale est illud Biantis auctore Aristotele Rhetor. II. Δεῖ φιλεῖν ὡς μισήσοντας, καὶ μισεῖν ὡς φιλήσοντας. *Ita ames, ut aliquando fortasse osurus; ita oderis, ut amaturus.*

[m] *Transgressio*] De qua ad Herenn. lib. II. § 44.

[n] *Contrarium*] De antithesi ad Heren. lib. IV. § 21. de dissoluto sive asyntheto, ibidem § 41. diximus.

[o] *Declinatio*] An quemadmodum gradatio ascensus est ad superiora, ita declinatio descensus est ad inferiora? Nonnulla enim hic congeruntur schemata, quæ si non omnino eadem, certe sunt simillima; ut quæ mox dicitur reprehensio eadem est ac correctio, de qua diximus ad Heren. lib. IV. § 36.

[p] *Exclamatio*] Ad Heren. lib. IV. § 22.

[q] *Imminutio*] Ibid. § 50.

[r] *Quod in multis casibus*] Πολύπτωτον vocant Græci, cujus hoc exemplum ex Charisio Rutilius suggerit: 'Pater hic tuus nunc denique est, ut egestatem tuam debere alere videatur? Patrem nunc appellas, quem prius egentem auxilio tuo ut alienum deseruisti? Patris tu filius es ad potiundas opes, cujus ad senectutem violandam crudelissimus hostis fuisti? Nimirum nullo consilio filios procreamus: nam majorem partem ex illis doloris et contumeliæ capimus.'

[s] *Refertur ad singula*] 'Est enim hæc, judices, non scripta sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad

item in distributis[u] supposita ratio, et permissio,[v] et rursum alia dubitatio,[w] et improvisum[x] quiddam, et dinumeratio,[y] et alia correctio,[6 z] et dissipatio,[a] et quod continuatum,[b] et interruptum, et imago,[c] et sibi ipsi responsio,[d] et

inclusit Schutz. Mox, *et item in tributis* Turic. ap. Quintil.—6 Erl. 1. et Guelf. 1. *et alia correptio.* Actutum, pro *et dissipatio*, omnes codd. item edd. Ald. Junt. Lamb. Grut. habent *et disputatio.* Tum, *et continuatum* duo codd.

NOTÆ

quam non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus: ut, si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis.' Pro Milone § 10.

[t] *Ad propositum, &c.*] Ætiologia est, quod 'schema,' inquit Rutilius, 'efficitur ratione brevi et sententiosa, ita ut quod dubium est visum, ad certam fidem adduci videatur.' Cicero Divinat. in Verrem: 'Intelligo quam difficili scopulosoque verser loco. Nam cum omnis arrogantia sit molesta, tum illa ingenii atque eloquentiæ multo molestissima.'

[u] *In distributis, &c.*] Prosapodosis est, ut ait Rutilius Lupus, qua sententiis duabus aut pluribus propositis, sua cuique ratio subjungitur. Rem illustrat hoc Demosthenis exemplo: 'Non enim pari ratione Philippus, atque nos, diversis rebus medetur: sed ille usque eo nititur quoad superet; nos contra statim vinci meditamur. Ille enim pro laude, sicut pro patria, præliatur: nobis autem si nihil accedit mali, satis ac nimium boni videtur.'

[v] *Permissio*] Ad Heren. lib. IV. § 39.

[w] *Alia dubitatio*] Non in sententiis, sed in verbis posita: ut 'Obfuit eo tempore plurimum reip. consulum sive stultitiam, sive malitiam dicere oportet, sive utrumque.'

[x] *Improvisum*] De Orat. lib. II. § 255.

[y] *Dinumeratio*] Ad distributionem referri potest.

[z] *Alia correctio*] Quæ non sententiis ut prior, sed vocibus constat. Philip. III. 'Patrimonium suum effudit: quanquam non sumus usi eo verbo quo decuit: non effudit, sed in salutem reip. collocavit.'

[a] *Dissipatio* [*disputatio*] Ratiocinatio fortasse figuris ornata, cujus egregium habetur exemplum ad Heren. lib. IV. § 23.

[b] *Continuatum*] Continuatum, inquit Strebæus, dicitur cui nihil deest: interruptum cui unum verbum aut plura desunt.

[c] *Imago*] Aliud nihil est quam translatio, addito adverbio similitudinis. Imagine Cicero utitur in Vatinium: 'Repente enim te tanquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intulisti.' Utitur translatione in Pisonem: 'Atque adeo vos geminæ voragines scopulique reip.'

[d] *Sibi ipsi responsio*] Hoc adhibet schema Latinus Pacatus in Panegyrico Theodosii § 38. ubi describit æstum Maximi antequam cum Theodosio confligeret: 'Quoties sibi ipsum putamus dixisse, Quo fugio? Bellumne tentabo? ut quem viribus totis ferre non potui, parte sustineam! Alpes Cottias obserabo? Quia Juliæ profuerunt! Peto Africam? quam

immutatio,[e] et disjunctio,[f] et ordo,[g] et relatio,[7] [h] et degressio,[8] [i] et circumscriptio.[j] 208. Hæc enim sunt fere, atque horum similia, (vel plura etiam esse possunt,)[9] quæ sententiis[10] orationem, verborumque conformationibus illuminent.

LV. Quæ quidem te, Crasse, video, inquit Cotta, quod nota esse nobis[1] putes, sine definitionibus, et sine exemplis effudisse. Ego vero, inquit Crassus, ne illa quidem, quæ supra dixi, nova vobis[2] esse arbitrabar, sed voluntati vestrum omnium parui. 209. His autem de rebus sol me ille[3]

ap. Steph.—7 Guelf. 1. et Erl. 1. *et latio.*—8 'Cur tertium h. l. memoratur *degressio?* Cod. Tur. et al. Quintil. omittunt hæc, *et ordo, et r. et d. et circumscriptio.*' Orell.—9 Signa parentheseos omittunt Schutz. et Orell.—10 Lamb. solus *sententiarum.* Mox, Erl. 1. *orationemque illuminent*, omissis intermediis.

CAP. LV. 1 Guelf. 1. *nota nobis esse.*—2 Ita Erl. 1. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. Schutz. Mull. Orell. *nota vobis* Ernesti solus, errore typogr. posteaque Harles. Mox, Erl. 1. *voluntati nostrum.*—3 Guelf. 1. *sol*

NOTÆ

exhausi. Repeto Britanniam? quam reliqui. Credo me Galliæ? sed invisus sum. Hispaniæ me committo? sed notus sum. Quid ergo faciam inter arma et odia medius? a tergo premor hostibus, a fronte criminibus. Si morerer, evaseram? Sed ecce nec animum sequitur manus, nec manum gladius; labitur ferrum, tremit dextra, mens fatiscit. O quam difficile est miseris etiam perire!'

[e] *Immutatio*] Rutilius Lupus de Figuris lib. II. ἀλλοίωσιν appellat schema, quod ostendit personarum, rerum, factorumque dissimilitudinem. Hoc exemplum profert ex Hyperide: 'Non enim simile est vivere in æqua civitate, ubi jus legibus valeat; et venire sub unius tyranni imperium, ubi singularis libido dominatur: sed necesse est aut legibus fretum meminisse libertatis, aut unius potestati traditum quotidianam commentari servitutem.'

[f] *Disjunctio*] Qua res eadem diversis vocibus quasi distinguitur. Cicero I. in Catil. § 1. 'Patere tua consilia non sentis? constrictam jam omnium horum conscientia teneri conjurationem tuam non vides? Quid proxima, quid superiori nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris?'

[g] *Ordo*] In narrationibus ac descriptionibus observandus.

[h] *Relatio*] Eadem fere ac conversio, de qua mox diximus.

[i] *Degressio*] Multo brevior ea, cujus supra meminimus; ut in hoc Virgilii Æneid. III. 'Fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat, et auro Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?'

[j] *Circumscriptio*] Elegans et paucis comprehensa sententia. Hannibal ad Scipionem apud Livium lib. XXX. 'Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria: hæc in tua, illa in Deorum manu est.'

admonuit, ut brevior essem, qui ipse jam præcipitans,[o] me quoque hæc præcipitem pæne evolvere[p] coëgit.[4] Sed tamen hujus generis demonstratio est, et doctrina ipsa, vulgaris: usus autem, gravissimus, et in hoc toto dicendi studio difficillimus. 210. Quamobrem, quoniam de ornatu omni[5] orationis, sunt omnes, si non patefacti, at certe commonstrati loci; nunc, quid aptum sit, hoc est, quid maxime deceat in oratione, videamus: quanquam id quidem perspicuum est, non omni causæ, nec auditori, neque personæ, neque tempori congruere orationis unum genus. 211. Nam et causæ capitis alium quendam[q] verborum sonum[6] requirunt, alium[r] rerum privatarum atque parvarum: et aliud dicendi genus[k] deliberationes, aliud laudationes, aliud judicia, aliud sermones, aliud consolatio, aliud objurgatio, aliud disputatio,[7] aliud historia desiderat. Refert etiam, qui audiant, senatus,[l] an populus, an judices, frequentes, an pauci, an singuli: et quales ipsi quoque oratores,[8] qua sint ætate, honore, auctoritate, debet videri: tempus pacis an belli, festinationis an otii. 212. Itaque hoc loco nihil sane est,[9] quod præcipi posse videatur, nisi

[o] *Declinans ad occasum.*
[p] *Breviter exponere.*
[q] *Acrem scilicet et vehementem.*
[r] *Lenem ac moderatum.*

me ipse.—4 Ita codd. Junt. Lamb. Grut. *devolvere coëgit,* Harles. de conjectura Schutzii. Mox, *sed est tamen ... demonstratio* Lamb. Pro *est, et* Erl. 1. habet *stet.*—5 Schutz. e conjectura expunxit *omni.* Mox, *si non sunt omne patefacti* edd. ante Pearc. Nostram lectionem præbent Erl. 1. Guelf. 2. 3. Joan. et Harl. 1.—6 Schutz. de conjectura legit, *alium quendam sonum,* omisso *verborum;* eum secutus est Harles.—7 Unus Oxon. *dissipatio;* Vet. ap. Steph. *aliud dissipatio, aliud disputatio.*—8 Orell. *et quales: ipsique oratores,* e codd. ap. Goerenz. Mox, *debent videri* unus Oxon. Junt. Steph. *debet videri* delevit Schutz. Tum, *item tempus* Orell. ex ejusdem Goerenzii conjectura.—9 *Itaque sane hoc loco nihil est* conj. Goerenz. ad Acad. II. 44. 139.

NOTÆ

[k] *Aliud dicendi genus*] Requirunt dicendi genus grave ac temperatum deliberationes; laudationes floridum, et ornatum; judicia vel remissum, vel concitatum; sermo vulgare; consolatio suave, ac sententiosum; objurgatio asperum; disputatio subtile; historia simplex, fusum, et tractum.

[l] *Senatus*] Delectatur senatus oratione brevi, ac sapienti; populus magnifica; judices candida, et perspicua; frequentes vehementiore; pauci temperata; singuli quotidiana.

ut figuram orationis plenioris, et tenuioris, et item illius mediocris, ad id, quod agimus, accommodatam deligamus: ornamentis iisdem[10] uti fere licebit, alias contentius,[s] alias submissius:[t] omnique in re posse, quod deceat, facere, artis et naturæ est; scire, quid quandoque deceat, prudentiæ.

LVI. 213. Sed hæc ipsa omnia perinde sunt, ut aguntur.[u 1] Actio, inquam, in dicendo una dominatur: sine hac summus orator esse in numero nullo[2] potest; mediocris, hac instructus, summos sæpe superare. Huic primas[v] dedisse Demosthenes dicitur, cum rogaretur, quid in dicendo esset primum; huic secundas, huic tertias. Quo mihi melius etiam illud ab Æschine dictum videri solet: qui, cum propter ignominiam judicii[w] cessisset[3] Athenis, et se Rhodum contulisset, rogatus a Rhodiis, legisse fertur orationem illam egregiam, quam in Ctesiphontem[4 m] contra Demosthenem dixerat: qua perlecta, petitum est ab eo postridie, ut legeret illam etiam, quæ erat contra a Demosthene pro Ctesiphonte edita; quam cum[5] suavissima et maxima voce legisset, admirantibus omnibus, Quanto, inquit, magis[n] admiraremini, si audissetis ipsum! [*p.* 163.] Ex quo satis

[s] *Cum animorum motus erunt concitandi.*
[t] *Cum subtilius erit disserendum.*
[u] *Talia sunt qualis est oratoris actio et pronuntiatio.*
[v] *Primum locum.* [w] *Quod turpiter in judicio victus esset.*

Mox, *ne aut figuram orationis, et tenuioris, et idem illius m. ad id, q. agemus accommodatum diligamus* Erl. 1.—10 Lamb. *ornamentis enim iisdem.* Mox, *alias incensius* Vet. Steph. *contemptius alias, summissius* Guelf. 1. unde Heusinger. conj. *contentius alias, alias submissius;* quam conjecturam receperunt Schutz. et Harles. Dein, *naturæ si scire* Erl. 1. *quid quandoque id doceat* Guelf. 2. 3.

CAP. LVI. 1 *Sed hæc omnia p. s. ut agantur* Erl. 1. et Guelf. 1.—2 Guelf. 1. 2. *in numero nullo modo.*—3 Tres codd. Regii ap. Lallem. Guelf. 2. et al. ap. Steph. *excessisset.*—4 *Ctesiphonte* Erl. 1. Mox, Guelf. 2. 3. *petitum ab eo est.*—5 Erl. 1. *quod cum.* Paulo post, *magis miraremini* in eodem codice.—

NOTÆ

[m] *In Ctesiphontem*] Quod sit Æschinis ac Demosthenis in causa Ctesiphontis argumentum orationum, perspicue exponit Tullius de Optimo Genere Oratorum § 19.

[n] *Quanto, inquit, magis, &c.*] Idem refert Valerius Maximus VIII. 10. et Quintil. XI. 3.

significavit, quantum esset in actione, qui orationem eandem aliam esse[6] putaret, actore mutato. 214. Quid fuit in Graccho, (quem tu, Catule, melius[7] meministi) quod me puero tantopere ferretur?[x] 'Quo me miser[o] conferam? quo vertam? in Capitoliumne? at fratris sanguine redundat:[8] an domum? matremne ut miseram lamentantemque videam et abjectam?' Quæ sic ab illo acta esse constabat, oculis, voce, gestu, inimici ut lacrymas tenere non possent. Hæc eo[9] dico pluribus, quod genus hoc totum oratores, qui sunt veritatis ipsius actores,[y] reliquerunt; imitatores autem veritatis,[z] histriones, occupaverunt.[a] LVII. 215. Ac sine dubio[1] in omni re vincit imitationem veritas:[b] sed ea si satis in actione efficeret ipsa per sese, arte profecto non egeremus: verum quia animi permotio, quæ maxime aut declaranda, aut imitanda est actione, perturbata[2] sæpe ita est, ut obscuretur, ac pæne obruatur; discutienda sunt ea, quæ obscurant, et ea, quæ sunt eminentia et promta, sumenda.[c] 216. Omnis enim motus animi suum quendam a natura habet vultum, et sonum, et gestum: totumque corpus hominis, et ejus omnis vultus, omnesque voces, ut nervi

[x] *Tantis laudibus prædicaretur.* [y] *Non fictarum causarum actores.*
[z] *Qui in argumentis ad veri similitudinem fictis versantur.*
[a] *Sibi sumserunt.* [b] *Natura superat artem.*
[c] *Quia affectus animi, quem naturali permotione significare oportet, si verus est, aut actione imitari, si fictus est, sæpe ita perturbatur, ut vix notari possit; tollenda sunt ea, quibus obscuratur, gestus et pronuntiatio affectata: sumenda ea, quibus maxime apparet, vocis et vultus totiusque corporis conformatio, certas quasdam perturbationes naturaliter indicans.*

6 Palatt. 1. 2. 3. Pith. Mem. Cant. Bal. Joan. Mag. Wag. Guelf. 1. Erl. 1. Pearc. et Orell. *aliam fore.* Mox, pro *actore*, Junt. et Steph. habent *auctore.* —7 Ita Junt. Lamb. Grut. *melius, Catule,* Guelf. 1. Schutz. Harles. Orell. et sic Nonius ed. Ald. p. 1423. et Merceri p. 524. *probe, Catule* aliæ edd. Nonii. Mox, *tanto opere* Erl. 1. Guelf. 1. et Orell. *efferetur* solus Lamb.—8 Vet. ap. Steph. *madet;* Erl. 1. *aut fratri sanguine mandat: domum matremne.* Mox, idem cod. Guelf. 1. Schutz. Harles. et Orell. *ut miseram lamentantem videam.*—9 *Hoc ideo* Erl. 1. *Hæc ideo* Vet. ap. Steph. Mox, pro *oratores,* Erl. 1. habet *orationis.*

CAP. LVII. 1 *At sine dubio* Guelf. 3.—2 Guelf. 1. *perdita.* Mox, *atque*

NOTÆ

[o] *Quo me miser*] Verba ex oratione Gracchi depromta, quibus fratris a Scipione Nasica in Capitolio interfecti necem deplorabat.

in fidibus,[d] ita sonant, ut a motu animi quoque sunt pulsæ.[3] Nam voces, ut chordæ sunt intentæ, quæ ad quemque tactum respondeant; acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva; quas tamen inter omnes est suo quæque in genere[4] mediocris.[e] Atque etiam illa sunt ab his delapsa plura genera,[f] lene,[5] asperum: contractum, diffusum:[g] continenti spiritu, intermisso: fractum, scissum: flexo sono attenuatum,[6] inflatum. 217. Nullum est enim horum similium generum, quod non arte, ac moderatione tractetur. Hi sunt actori, ut pictori, expositi ad variandum colores. LVIII. Aliud enim vocis genus iracundia sibi sumat,[1] acutum, incitatum, crebro incidens:[h]

'Impius[2] [p] hortatur me frater, ut meos malis miser
Manderem[3] natos:'[i]

et ea, quæ tu dudum, Antoni, protulisti,

'Segregare[q] abs te ausus:'

et

[d] *Ut chordæ in citharis.*
[e] *Media inter acutam et gravem, citam ac tardam, magnam et parvam.*
[f] *Vocum.*
[g] *Quod contracto et brevi spiritu, quod fuso pronuntiatur.*
[h] *Crebro interruptum.*
[i] *Impius frater me invitavit, ut infelix dentibus conficerem filios.*

pæne Guelf. 1.—3 Erl. 1. *quendam natura habet: vultum, sonum, et gestum: corpusque totum hominis, vultis* (sic) *omnisque vocis .... ita sonant hi motu animi cumque sunt pulsæ;* Schutz. conj. *habet vultum et gestum: omnesque voces hominis, ut nervi in fidibus, ita sonant;* Vet. ap. Steph. *hominis, vultusque omnes voces;* tres codd. Gruteri, *ut motu animi cumque sunt pulsæ;* Erl. 1. etiam *cumque.*—4 Ita margo Crat. Lamb. Grut. *suo quoque in genere* Junt. Crat. Manut. unde Pearc. conj. *est sua quoque in genere mediocris;* ed. Venet. 1478. *est sua quoque in genere mediocritas.*—5 Ita codd. aliquot, Manut. Lamb. Pearc. *leve* Junt. Grut.—6 Ita Mull. *flexo sono; attenuatum* Junt. Crat. Manut. Grut. Schutz. *flexo sono extenuatum* codd. aliquot; *flexo sono; recto, attenuatum* Lamb. Mox, pro *similium,* Lamb. habet *omnium.*

CAP. LVIII. 1 Ita Junt. Crat. Manut. Grut. *sibi sumit* ed. s. l. et a. Becich. Lamb. Schutz. Harles. et Orell. Pro *sumat,* codd. ap. Grut. habent *aliud.*—2 Ita Junt. Crat. Man. Grut. *Ipsius* Erl. 1. *Ipsus* ed. s. l. et a. *Ipse* vet. ap. Steph. unus Oxon. et Lamb. Actutum, Bentl. conj. *hortatus;* Bothe

NOTÆ

[p] *Impius*] Versus ex Thyeste tragœdia Ennii. De Thyeste et Atreo fratribus nonnulla perstrinximus ad Heren. lib. IV. § 46.

[q] *Segregare*] Versus ex Teucro Pacuvii. Vide de Orat. lib. II. § 195.

'Ecquis[r] hoc animadvertit?[4] vincite.'[j]
et Atreus fere totus.[k] Aliud miseratio ac mœror; flexibile, plenum, interruptum, flebili voce:[5]

'Quo nunc[s] me vertam? quod iter incipiam ingredi?
Domum paternamne? anne ad Peliæ[t] filias?'[6]

et illa,[l]

'O pater,[u] o patria, o Priami domus!'

et quæ sequuntur,

'Hæc omnia vidi[7] inflammari,
Priamo vi vitam evitari.'[m]

218. Aliud metus:[n] demissum, et hæsitans, et abjectum:

'Multi' modis[v] sum circumventus,[8][o] morbo, exilio, atque inopia:
Tum pavor sapientiam mihi omnem exanimato expectorat:[p]
Alter[9] terribilem minitatur vitæ cruciatum et necem:
Quæ[q] nemo est tam firmo ingenio, et tanta[10] confidentia,
Quin refugiat timido sanguen,[11] atque exalbescat metu.'[r]

[j] *Vinculis constringite.* [k] *Tota de Atreo tragœdia.*
[l] *Verba.* [m] *Priamo regi Trojanorum vitam violenter auferri.*
[n] *Aliud est vocis genus in metu.* [o] *Undecumque sum afflictus.*
[p] *Adimit attonito.* [q] *Quæ cum impendent.*
[r] *Qui non sentiat metu sanguinem ad cor coire, et se pallescere.*

Poët. Scen. p. 186. *hortatust.*—3 Lamb. *mandem.*—4 *Ecquis* [lacuna] *animadvertit* Erl. 1. *Ecquis animadvertit* Guelf. 1. Schutz. Harles. probante Heusinger. *Ecquis hoc animum advertit* Lamb.—5 Ita plerique codd. et edd. etiam Ald. Junt. Lamb. Grut. *flexibili voce* Vet. ap. Steph. *flexum, lene, interruptum, flebile: Quo, &c.* Schutz. et Harles.—6 *Domum paternam? anne ad P. filias* Norf. Bod. et Mag. *Domum paternam? Peliæne ad filias* Lamb. *ingredi Paternam domumne an appellare filias* Erl. 1.—7 *Hæc o. vidit* Erl. 1. Mox, idem codex habet *Priamo vitam evitare.*—8 *Multis sum mod' circumventus* Erl. 1. Mox, *omnem mihi* Wetzel. Actutum *ex animo* Junt. Crat. Manut. Lamb. *ex animod* al.—9 *Alte* Steph.—10 Lamb. *aut tanta.*—11 Ita Erl.

NOTÆ

[r] *Ecquis*] Ex Accii Atreo.

[s] *Quo nunc*] Ex Medea Ennii.

[t] *Peliæ*] Pelias Neptuni filius, et Thessaliæ rex, quem filiæ occiderunt, impulsu Medeæ, quæ illum ad juventutem revocandum suis artibus pollicebatur. Ovidius in Metamorph.

[u] *O pater*] Hic et duo sequentes versiculi ex Hecuba Ennii citati sunt.

[v] *Multi' modis*] Versus Ennii.

219. Aliud vis: contentum, vehemens, imminens quadam incitatione gravitatis:

'Iterum Thyestes[w] Atreum attractum advenit,[s] [12]
Iterum jam aggreditur me, et quietum exsuscitat.
Major mihi moles, majus miscendum 'st malum,[13]
Qui illius acerbum cor contundam et comprimam.'[t]

Aliud voluptas: effusum, lene,[14] tenerum, hilaratum ac remissum:[u]

'Sed mihi cum detulit[15] coronam ob collocandas nuptias,
Tibi ferebat, cum simulabat sese alteri dare:[16]
Tum ad te ludibunda[17] docte et delicate detulit.'[v]

Aliud molestia: sine commiseratione grave quiddam,[18] et uno pressu,[w] ac sono obductum:

'Qua tempestate Paris[19] Helenam innuptis junxit nuptiis,
Ego tum gravida,[20] expletis jam fere ad pariendum mensibus:

[s] *Rursus venit Thyestes ut attrahat ad se Atreum.*
[t] *Atrocius aliquid mihi aggrediendum est, majus inferendum malum, quo crudele illius pectus subigam et conteram.*
[u] *Quo genere vocis pronuntiandi sunt sequentes versus ex vetere poëta.*
[v] *Cum ad me attulit coronam, qua in nuptiis ornari me oportebat, tibi afferebat, etiam cum fingebat se alteri dare: tunc ludens erudite et solerter ad te attulit.*
[w] *Simili sono prolatum.*

1. aliique codd. item edd. Crat. Manut. Lamb. *sanguine* unus Oxon. Junt. Steph. et Pearc. in ed. 5. an. 1795. *sanguem* Grut. *sanguen'* al.—12 Mag. *Atreum a terècia tum venit ad tractum advenit;* Palatt. 6. 7. *Atreum alter etiam advenit;* Joan. ap. Cockman. *Atreum ad tractum advenit;* Lamb. etiam *venit;* Schutz. *mecum altercatum,* prob. Bothe.—13 Erl. 1. *miscendum e malum.* Idem codex mox omittit *cor.*—14 Pro *lene,* Schutz. dedit *plenum;* Erl. 1. habet *effusum et tenerum,* omisso τῷ *lene.* Mox, *hilarum* Lamb.—15 *Sed sibi cum tetulit* Erl. 1. *Sed mihi cum tetulit* alii codd. edd. item Ald. Junt. Crat. Lamb. Grut. Harl. Schutz. et Orell. Mox, *ob colligandas* Erl. 1.—16 *Sese eam alteri dare* Lamb. *alteri sese dare* Schutz. *alteri* est ab Aldo. In codd. est *Ajaci;* atque in Erl. 1. *se sibi ajaci dare;* unus Oxon. *ad allaci ajaci.* 'Latere in his videtur nomen aliquod proprium.' *Orell.*—17 *Tunc ad te ludibundu'* Lamb. *Cum a te* Erl. 1.—18 Ita Junt. Lamb. Grut. *quoddam* Guelf. 1. 2. 3. unus Oxon. Schutz. Harles. et Orell. Actutum, *et uno gressu* Erl. 1. *et uno spiritu* conj. Schutz. et Becichem. *et uno pressu* est altera Schutzii conj. Deinde, pro *obductum* Becichem. conj. *ductum,* recepit Schutz.—19 *Qua Paris tempestate* Bothe Poët. Scen. p. 280. Mox, *sibi junxit* Lamb. *junxit: nuptias* Erl. 1.—

Per idem tempus[21] Polydorum Hecuba partu postremo parit.'[v]

LIX. 220. Omnes autem hos motus subsequi debet gestus, non hic verba exprimens, scenicus,[y] sed universam rem et sententiam, non demonstratione,[x] sed significatione declarans, laterum inflexione hac forti ac virili,[1] non ab scena et histrionibus, sed ab armis, aut etiam a palæstra.[z 2] Manus[y] autem minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens: brachium[z] procerius projectum,[a] quasi quod-

[v] *Quo tempore Paris, filius Priami, nuptias illicitas confecit cum Helena, ego tum, uterum ferens, completis fere novem mensibus, brevi paritura eram. Eodem tempore Hecuba, Priami conjux, Polydorum, e liberis ultimum, in lucem edidit.*

[y] *Theatralis.*

[z] *Quæ petitur non ex theatro et histrionibus, sed ex foro et oratoribus, qui ad recte agendum instituunt.*

[a] *Non inflectatur ad pectus, sed longius removeatur.*

20 Lamb. *gravida fui.* Mox, *jam fere ad, &c.* Bothe ibid.—21 *Idem prope tempus* Lamb. *hæc ubi*, pro *Hecuba*, Erl. 1. *pario* Wetzel. de conj. sua.

CAP. LIX. 1 Erl. 1. *demonstrans clarans laterum i. hec forte virili.*—2 *a*

NOTÆ

[w] *Iterum Thyestes*] Vel ex Ennii Thyeste, vel ex Atreo Pacuvii.

[x] *Non demonstratione*] 'In hac Tullii periodo, 'Cædebatur in medio foro Messanæ,' &c. non est motus laterum, qualis esse ad verbera solet, torquendus; nec vox qualis dolore exprimitur eruenda; nec si quis de citharœdo loquatur, eum compositis quasi ad pulsandos nervos manibus designare debet: permittitur tamen manum ad se referre, aut in alium intendere de quo loquitur.' Fabius XI. 3.

[y] *Manus*] 'Quot motus habeant manus, dici vix potest: his poscimus, pollicemur, vocamus, dimittimus, &c. Est ille gestus maxime communis, quo index ad pollicem contrahitur explicatis tribus aliis digitis; convenit exordiis cum leni in utramque partem motu prolatus, capite sensim, ad id quo fertur manus, inclinante. Idem genus erit paulo productior in narrando, in exprobrando acrior. Est et ille verecundæ actioni aptissimus, quo quatuor primis leviter in summum coëuntibus digitis non procul a pectore ad nos fertur manus. Deinde admirationi convenit hic gestus, quo manus modice supinata ac per singulos a minimo collecta digitos redeunte flexu simul explicatur atque convertitur. Præterea optime manus a sinistra parte incipit, et in dextra deponitur; sed ut deponi non ferire videatur. Denique in exordiis gestus fieri non solet nisi post tria, quatuor, aut quinque verba.' Ex Quintiliano.

[z] *Brachium*] 'Brachia projiciantur in contentionibus, contrahantur in remissis: nunquam tamen sint omnino extenta, nunquam supra oculos attollantur, nunquam demittantur infra pectus.' Ex eodem.

dam telum orationis : supplosio pedis in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis. 221. Sed in ore sunt omnia. In eo autem ipso dominatus est omnis oculorum : quo melius nostri illi senes,[b] qui personatum,[a] ne Roscium quidem, magnopere laudabant. Animi est enim omnis actio, et imago animi vultus est,[3] indices oculi : nam hæc est una pars corporis, quæ, quot animi motus sunt, tot significationes et commutationes[4] possit efficere : neque vero est quisquam, qui eadem contuens, efficiat.[c] Theophrastus quidem, Tauriscum quendam, dixit,[5] actorem aversum[d] [b] solitum esse dicere, qui in agendo contuens aliquid pronuntiaret. 222. Quare oculorum est magna moderatio :[e] nam oris[f] non est nimium mutanda species, ne aut ad ineptias, aut ad pravitatem aliquam deferamur. Oculi sunt, quorum tum intentione, tum remissione, tum conjectu, tum hilaritate, motus animorum significemus apte cum genere ipso orationis : est enim actio quasi sermo corporis : quo magis menti congruens esse debet. [*p.* 164.] Oculos[6] autem natura nobis, ut equo[c] et leoni setas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit. 223. Quare in hac nostra actione secundum vocem vultus valet :[g] is autem oculis

[b] *In quo sentiebant optime nostri senes.*
[c] *Qui fixis in unam partem oculis possit diversos animi affectus significare.*
[d] *Histrionem dixit oculis aversum.*
[e] *In agendo maxime moderandi sunt oculi.* [f] *Totius vultus.*
[g] *Vultus post vocem maxime valet.*

palæstra sumpta Vet. ap. Steph.—3 Verbum *est* deest in Erl. 1.—4 Ita Junt. Crat. Man. Lamb. Grut. *et communicutiones* Olivet. *et commutationes* omittunt Palatt. 1. 2. Pith. Mem. et Guelf. 1. probante Schutz. Mox, *qui eas, idem contuens, efficiat* conj. Schutz. *qui eadem connivens eff.* Gulielm. *connivens* habent codd. ap. Grut. *continens* unus Oxon. *qui eadem contuens, quicquam eff.* Waardenburg. Schutzii conjecturam recepit Mull.—5 Erl. 1. unus Oxon. et ed. s. l. et a. *dicit.* Paulo post, *connivens aliquid* conj. Schutz.—6 *Oculis* Erl. 1. Mox, *aut leoni* Lamb. Pro *setas,* quod habent Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *jubas* dant cod. Reg. 7703. Steph. Lamb. Schutz. et

NOTÆ

[a] *Personatum*] *Masqué:* quo habitu prodibant aliquando in scenam histriones.

[b] *Actorem aversum*] Qui aversis ab auditore oculis, in aliquid aliud semper aspectum defigeret.

[c] *Ut equo*] 'Leonum animi index cauda, sicut et equorum aures.' Plin. VIII. 16.

gubernatur. Atque in iis omnibus, quæ sunt actionis,[7] inest quædam vis a natura data: quare etiam hac imperiti, hac vulgus, hac denique barbari maxime commoventur. Verba enim neminem movent, nisi eum, qui ejusdem linguæ societate conjunctus est; sententiæque sæpe acutæ non acutorum hominum sensus prætervolant:[h] actio, quæ præ se motum animi fert, omnes movet: iisdem enim omnium animi[8] motibus concitantur, et eos iisdem notis et in aliis agnoscunt, et in se ipsi indicant. LX. 224. Ad actionis autem usum atque laudem, maximam sine dubio partem vox obtinet: quæ primum est optanda nobis; deinde, quæcumque erit, ea tuenda. De quo illud jam nihil ad hoc præcipiendi[1] genus, quemadmodum voci serviatur:[i] equidem magnopere censeo serviendum: sed illud videtur ab hujus nostri sermonis officio non abhorrere, quod, ut dixi paulo ante, plurimis in rebus quod maxime est utile, id nescio quo pacto etiam decet maxime. Nam ad vocem obtinendam[2] nihil est utilius, quam crebra mutatio: nihil perniciosius, quam effusa sine intermissione contentio. 225. Quid? ad aures nostras, et actionis suavitatem, quid est vicissitudine, et varietate, et commutatione aptius? Itaque idem Gracchus[d] (quod potes audire, Catule, ex Erycino[3] cliente tuo, literato homine, quem servum sibi ille habuit ad manum,[j]) cum eburneola solitus est habere fistula, qui staret occulte post ipsum, cum concionaretur,

[h] *Non concipiuntur ab hominibus non acutis.*
[i] *Nihil ad nos pertinet hic vocis conservandæ præcepta tradere.*
[j] *Habuit scribam.*

Orell. *auris* Erl. 1.—7 *Atque in eis ... sunt actiones* Erl. 1. Paulo post, *hac vulgus* deest in Erl. 1. Statim, *denique* omissum est in Guelf. 2.—8 Verba, *omnes movet: iisdem e. o. animi* desunt in Erl. 1. Mox, *in semet ipsi* Erl. 1. *in se ipsis* Schutz. et Harles. de conjectura.

CAP. LX. 1 Erl. 1. *recipiendi.* Mox, *equidem tamen magnopere* Erl. 1. Vet. ap. Steph. et ed. s. l. et a.—2 Ita codd. plerique, etiam unus Oxon. Erl. 1. edd. vett. Grut. *ad vocem in dicendo obtinendam* Ald. Junt. Crat. Manut. *ad vocem in dicendo tuendam* Lamb. probante Pearc.—3 Ita unus Oxon. edd. vett. Junt. Crat. *ex Licinio* Erl. 1. ed. s. l. et a. margo Crat. Manut. Grut.

NOTÆ

[d] *Gracchus*] De C. Gracchi fistula concionatoria vide Gellium I. 11.

peritum hominem, qui inflaret celeriter eum sonum, quo illum aut remissum excitaret, aut a contentione[k] revocaret. Audivi mehercule, inquit Catulus, et sæpe sum admiratus hominis cum diligentiam, tum etiam doctrinam et scientiam. 226. Ego vero,[l] inquit Crassus, ac doleo quidem, illos viros[m] in eam fraudem in republica esse delapsos: quanquam ea tela[4] texitur,[n e] et ea incitatur in civitate ratio vivendi, ac posteritati ostenditur, ut eorum civium, quos nostri patres non tulerunt, jam similes habere cupiamus. Mitte, obsecro, inquit, Crasse, Julius, sermonem istum, et te ad Gracchi fistulam refer; cujus ego nondum plane rationem intelligo. LXI. 227. In omni voce, inquit Crassus, est quoddam[1] medium,[o] sed suum cuique voci: hinc gradatim[p] ascendere vocem utile et suave est; (nam a principio clamare, agreste quiddam est) et idem illud ad firmandam[2] est vocem salutare.[q] Deinde est quoddam[3] contentionis extremum, (quod tamen interius est,[r] quam acutissimus clamor,) quo te fistula progredi non sinet, et tamen ab ipsa contentione revocabit. Est item contra quoddam[4] in remissione gravissimum, quoque tanquam

[k] *A vehementi pronuntiatione.*
[l] *Ego quoque idem audivi.* [m] *Tib. et C. Gracchos.*
[n] *Is agendi modus instituitur.* [o] *Inter acutum et gravem sonum.*
[p] *Per gradus.* [q] *Prodest voci corroborandæ.* [r] *Inferius est.*

ex Licino Gronov. *ex Licinio Erycino* Schutz.—4 Erl. 1. *quia mea tela.* Mox, *incitatur* deest in Erl. 1. Palatt. 1. 2. Pith. Joan. et Harl. 1. probantibus Grut. et Victor. Var. Lect. v. 7. Tum, *posteritatis* plerique codd. et Junt. *posteri* conj. Pearc. *texitur in civitate, ac posteritati ostenditur* conj. Schutz.

CAP. LXI. 1 Ita ed. Wald. *quiddam* Junt. Lamb. Grut. Schutz. Orell. Actutum, *sed suum quoque voci* Erl. 1.—2 Ita codd. edd. item Ald. Junt. Lamb. Grut. *Hinc gradatim ascendere vocem et suave est, et idem illud ad firmandam est vocem solutare* Schutz. et Mull. *et illud idem* edd. vett. *sed illud idem* Lamb. *ad firmandum* codd. aliquot et edd. vett. *vocem est salutare* Lamb.—3 Ita Lamb. *quiddam* Grut. et al. ante Ernesti. Mox, *inferius est* Junt. Crat. Manut. Lamb. Paulo post, *non* suspectum est Ernestio: *et* ante *tamen* omittit Vet. ap. Steph. *sed jam ab ista* Schutz.—4 Edd. ante Ernesti

NOTÆ

[e] *Ea tela texitur*] Carpit ætatis suæ factiones Marianas et Syllanas, quibus tota resp. concutiebatur. Ceterum eam vocem *incitatur* temere librariis excidisse putat Victorius Var. Lect. v. 7.

sonorum gradibus descenditur. Hæc varietas, et hic per omnes[5] sonos vocis cursus, et se tuebitur, et actioni afferet suavitatem. Sed fistulatorem domi relinquetis; sensum hujus[6] consuetudinis vobiscum ad forum deferetis.[s]

228. Edidi, quæ potui, non ut volui, sed ut me temporis angustiæ coëgerunt. Scitum est enim, causam conferre in tempus, cum afferre plura, si cupias, non queas.[t] Tu vero, inquit Catulus, collegisti omnia, quantum ego possum judicare, ita divinitus, ut non a Græcis didicisse,[7] sed eos ipsos hæc docere posse videare. Me quidem istius sermonis participem factum esse gaudeo: ac vellem, ut[8] meus gener, sodalis tuus, Hortensius,[f] affuisset; quem quidem ego confido omnibus istis laudibus, quas tu oratione complexus es, excellentem fore. 229. Et Crassus, Fore dicis? inquit: ego vero esse jam judico, et tum judicavi,[9] cum, me consule,[g] in senatu causam defendit Africæ, nuperque etiam magis, cum pro Bithyniæ rege[h] dixit. Quamobrem recte vides, Catule: nihil enim isti adolescenti neque a natura, neque a doctrina deesse sentio. 230. Quo magis est tibi, Cotta, et tibi, Sulpici, vigilandum ac laborandum: non enim ille mediocris orator vestræ quasi succrescit ætati:[u 10] sed et

[s] *Cavebitis ne vox gravior sit aut acutior.*

[t] *Lepidum est, cum plura, vel si velis, non possis dicere, id rejicere in angustias temporis.*

[u] *Sensim crescendo vestram ætatem subsequitur.*

quiddam. Mox, pro *quoque*, Steph. et Lamb. *ad quod.*—5 Erl. 1. *et per omnes*, omisso *hic.* Mox, *sonos cursus, et vocem tuebitur* Schutz. Tum, *orationi deferet suavitatem* ed. s. l. et a.—6 Unus Oxon. et ed. s. l. et a. *sensum illius;* edd. ante Ald. *sensus hujus.*—7 Duo codd. Stephani, *sumpsisse;* Erl. 1. *sūpsisse.*—8 Suspectum hoc *ut* Lambino in marg. ed. 1581. et Ernestio; tuentur codd. delevit Schutz.—9 Schutz. et Harles. de Heusingeri sententia, *ego vero esse judico, et jam tum indicavi.*—10 Steph. solus, *in nostram quasi*

NOTÆ

[f] *Hortensius*] De quo fuse Tullius in sequente libro, præcipue sub initium et finem.

[g] *Me consule*] Anno scilicet U. C. 658. ante Christum 196. quo primum tempore, ut refert Tullius in Bruto, in foro dixit Hortensius, annos natus undeviginti.

[h] *Bithyniæ rege*] Nicomede, qui moriens Bithyniam populo Rom. reliquit. Bithynia autem Asiæ minoris regio nunc *Bersangial*, teste Castaldo, a Turcis appellatur *Osman ili*, quemadmodum scribit Leunclavius.

ingenio peracri, et studio flagranti, et doctrina eximia, et memória singulari. Cui quanquam faveo, tamen illum ætati suæ præstare cupio:[v] vobis[11] vero illum tanto minorem[i] præcurrere vix honestum est. Sed jam surgamus, inquit, nosque curemus,[w] et aliquando ab hac contentione disputationis animos nostros, curamque[12] laxemus.

[v] *Cupio illum esse adolescentibus duntaxat ætatis suæ superiorem.*
[w] *Epulis reficiamus.*

succrescit ætatem.—11 Voc. *vobis* deest in Erl. 1. Mox, *minus honestum est* Becich. et margo Crat.—12 Lamb. *curaque.* In Erl. 1. sequitur, *Liber tertius explicit.*

NOTÆ

[i] *Illum tanto minorem*] Cottam et jores fuisse scribit Cicero in Bruto. Sulpicium annis decem Hortensio ma-

PISL-
875
314
In case
price of th
held respo
Return
iginal
ver is
1